

CONFESSIONALE

A  
40  
569

ALE



i 16875278

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL  
GRANADA

Sala:

A

Estante:

40

Numero:

569

C

53

108

N A  
dum  
fariu  
& ip  
di

M

L O  
Iura  
X

*Vallot. de la Com. de ...*

# CONFESSIO-

*Granada*

*B. &*

NALE, SIVE LIBELLVS, MO-  
dum confitendi pulcherrimè complectens, Neces-  
sarius atque vtilis & cuilibet rectè confiteri volenti,  
& ipsis sacerdotibus qui aliorum confessiones au-  
dire habent: *Æditus à celeberrimo Academię*

*Louanien. Artium & sacrę Theologię*

*Professore. Diuiniq; verbi decla-  
matoris facundissimo*

*Magistro Godscalco Rosemondo Endouienfi,*

*Iam postremò recognitus*

*& castigatus.*



*LOVANIÏ apud Ioannem de W'inghe, Bibliop.*

*Iurat. in platea (vulgò dicta) Lapidea, eregionis Magnę*

*Xenodochij, Anno 1554. Mense Iulij*

**CVM GRATIA ET PRIVILEGIO**

*xiii*



# Ioannes de vvinghe lectori

studioso S. P. D.



Vm nuper animaduertērem à quamplurimis confessionale Godscaldi rosemondi (librum sanè pium & valde conducentem (teste magistro nostro sacrae paginae perstinacissimo Ruardo tappert, necnon ecclesie collegiatae sancti Petri Louaniensis decano dignissimo) ad salutem animarū tam consentientium quàm confessiones audientium) à plurimis desiderari, exploratumq; habere nulla exemplaria reperiri apud librorum distractores: sumpsī eundem (quatenus eum pie desiderantibus satisfacerem) denuò excudendum, non sine magnis meis laboribus ac sumptibus, papiro ac characteribus quàm potui elegatissimis comparatis, adhibita omni castitatis & puritatis cura. Nam qui hactenus inter manus versati sunt, compluribus mendis laborarunt. Tum quod verba subinde deprauata essent, tum etiam q; propter sententiarum desperam distinctionem aut nullam, non modicam lectori adducerent obscuritatem. Quod sedulitate doctissimorum virorum quos in hoc labore consului, curauī emēdari, detrahendo superflua, & adijciendo quae visa fuere necessaria, necnon restaurando pro viribus omnia. Verū nolo in hoc longior esse. Cū enim res sensibus subiaceat. Et iuxta pro uerbiū, Vmo vendibili opus nō sit appensa hedera, nō est commendatio & suffragium à verbis petendū. Hoc unum tibi candidè lector saltem persuasum velim hoc libro

verè aureo, nos de te optimè studuisse mereri.

Bene vale, quinto Ianuarij Anno à par

tu virgineo 1554.



ptū.  
con  
gen  
mer  
que  
nep  
ricu  
Indi  
lare.  
alijs  
mo  
fitēd  
simp  
limit  
pien  
stra  
neq;  
in ho  
re, m  
A  
Ar  
sens  
in 21  
tituli  
libus



VONIAM confessio omniū  
mortaliū corā idoneo sacerdo-  
te (modò facultas adsit) neces-  
saria sit hoī ad salutē & inter cę-  
tera Dei & ecclesię præcepta  
onerosum & difficillimū iu di-  
cio meo sit confessionis præce-

ptū, quod à plurimis nō rectē adimpletur, tū ppter  
confessorū cęcitatē & malitiā, tū confitentīū negli-  
gentiā, insufficientē dispositiōē, aut aliud impedi-  
mentū, vt infrā patebit. Scio enim (experientiā nam-  
que est rerū magistra) ppter defectū verę cōfessiōis  
nephāda scelera, q̄ plurimos defect°, errores, & pe-  
ricula, in omni statu & hoīm conditione regnare.  
Indiesq; magis ac magis in aīarum dispendiū pullu-  
lare. Ea ppter à nōnullis ecclesiasticis, quibusdā etiā  
alijs requisit°, ac zelo animarū & salutis proximorū  
motus, gratia Dei assistēte, hūc librū de modo Con-  
fitēdi, rectē viuēdi, salubriterq; moriēdi, p̄cipuē p  
simplicib° ædidi, & simplici stilo cōpilauī, nō in sub-  
limitate sermonis neq; in persuasibilib° humanę sa-  
pientię verbis, sed in ostēsiōe spūs, vt doctrina nos-  
tra & fides, suadēte Apostolo, nō sit in sapiētia hoīm  
neq; in sapiētia verbi, sed in virtute Dei, quę nobis  
in hoc ope & cūctis ip̄m legētibus specialiter assiste-  
re, mētes illuminare, & affect° inflāmare dignetur.

**A**D indiuiduę Trinitatis & virginis Marię glo-  
riā, aīarum refrigeriū, & nostrā eruditiōē, præ-  
sens hoc opus initiaturus distinguendū ipsum duxi  
in 21. capitula cum diuersis partibus, articulis, &  
titulis. Septem prima erunt de septē peccatis morta-  
libus quę sunt letales aīę morbi, pro quibus expel-



lendis & sanitate aīæ introducenda, tria in quolibet  
 Capitulo facere constitui, quæ ab expertis medicis  
 in medicatione & corporis sanatiōe cōiter fieri con-  
 fueuerunt. Et scđm hoc quodlibet illorū 7. ca. sub-  
 diuidetur in tres partes. In prima ponitur cognitio  
 morbi cuiuslibet mortalis, radicū, filiarū, & specie-  
 rū eius. teste enim Seneca Cognitio morbi, initiū est  
 sanitatis. In secūda parte dabitur medicina siue pō-  
 tio medicinalis ad expellendos hos morbos, eorum  
 radices & materiam superfluum atq; peccantem per  
 veram omnium mortalium confessionem. In tertia  
 contra recidiuam dabo ex apotheca vulnerū Chris-  
 sti Iesu medicinam præseruatiuā, doctrinas inquam  
 consilia, & remedia, contra præfatas ægritudines, q̄  
 aīam leprosam, paraliticā, fœdā, cęcā, idropicā & in-  
 finitis alijs morbis subiectā efficiunt. Tradamq; artē  
 rectē in via mandatorū Dei viuēdi: abstinendi etiā  
 à nocumētis extrinsecis & diuersis infirmitatibus, q̄  
 mortē aīæ æternā inducūt, & conseruādi sanitatem  
 aīæ hic per gratiā, æternaliter per gloriā. Subdiuisio  
 aliorū capitulorū patebit in processu. ¶ Antequā ad  
 specialiora descendā: primò in generali quēdā vtilia  
 & necessaria circa confessionē debitē faciendā præ-  
 mittā, præcipuè ad honorē quinq; vulnerū Christi  
 Iesu, quinq; cōditiones necessariò requisitas & suffi-  
 ciētes p̄ vera & integra cōfessione faciēda & abso-  
 lutiōe ritē impēdēda. Beat<sup>o</sup> Tho. in 4. sen. d. 17. q. 14.  
 Ricardus & cōiter doctores theologi assignant 16.  
 conditiones, vt confessio rectē fiat, quarū tamē ali-  
 quæ non sunt necessarię, & continētur his versibus.  
*Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis,  
 Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata,*

Atque

Atq  
 For  
 q  
 Q  
 Da  
 me  
 P  
 i  
 Re  
 ced  
 exa  
 salu  
 esse  
 vt o  
 exp  
 min  
 ciet  
 reud  
 corr  
 iudi  
 exill  
 rum  
 in fe  
 tem  
 tion  
 gent  
 præ  
 tus,  
 hęc  
 tpe  
 norū  
 deci  
 & c. l

*Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,  
Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

*¶ Quinq; presentes conditiones habemus à regio propheta  
David in Psal. 31. in hoc versu, Dixi confitebor aduersum  
me iniustitiam meam Domino. I. ¶ Præmeditata.*

**P**rimò. Confessio debet esse præmeditata, quod  
innuitur in illo verbo Dixi. i. deliberatè proposui.  
Requiritur enim vt confitès antequã sacerdotè ac-  
cedat, præmittat diligentè consciētīę examinationē,  
exactam concussionem, ac tantam in hoc arduo  
salubri negotio adhibeat diligentiam sicuti facturus  
esset in re aliqua ardua quæ sibi maximè esset cordi,  
vt omnia delicta perfectè confiteatur. Vndè sicut  
expertus fidelis & diligens receptor antequam Do-  
mino suo redditurus sit rationem & computum fa-  
ciet, librum computus & omnia eius folia sollicitè  
reuoluit quo ad exposita & recepta vt prima vltimis  
correspondeant, & ne in officio suo damnū vel præ-  
iudicium patiatur. Ita quilibet nostrum dispensator  
existens & creditor diuersorum bonorum & dono-  
rum à Deo principali Domino nobis traditorū cū  
in festo Paschæ ac in alijs solēnitatib<sup>9</sup> vel quouis alio  
tempore confessionis faciendæ reddere debet ras-  
tionem & de actis per eum computū plenariū, dili-  
genter reuoluere tenetur librum suæ conscientię,  
præcipuè de quinq;, quæ sunt Ætas, societas, sta-  
tus, tempus, & locus. Mentè reuoluendo quatenus  
hec & similia delicta quæ mente occurrere possunt  
tpe & flore iuuetutis ppetraui cū essem 9. vel 12. an-  
norū. deinde quid fecerim & quomodo vixerim in  
decimoquinto, in vigesimo, in quadagesimo, anno  
&c. In statu virginali, materiali, seculari, ecclesiastico

in tali societate, loco, & tpe, &c. ¶ Vnde quādo confessor ex certis cōiecturis perpēdit quòd confitēs nullā aut insufficientē disculsiōnē prēmiserit, debet eū desuper auisare & nō absoluerē sed consulere vt diligentius conscientiā suā examinet, & alia certa hora redeat, q̄a aliās ad suā damnationē sacramentū absolutiōis indignē reciperet, & nō cōsequeretur p̄tōrū remissionē. De hoc latius infrā dicā ca. 7. in tractatu quodam de confessoribus. II. ¶ *Integra.*

SECUNDÒ. Confessio debet esse integra, & hoc insinuat propheta in hoc verbo Confitebor. i. oīa simul fatebor. oīa namq; & sola mortalia q̄ post diligentē consciētiae examinationē memoriæ occurrūt, necessariò sunt confitēda. Iuxta ca. Oīs vtriusq; sexus de pe. & re. Venialia nō oportet confiteri, nisi in casu quo confitēs dubitaret an essent venialia vel mortalia. Nam ly oīa in dicto ca. distribuit solū pro mortalibus. Et ideo est opinio Scoti, & cōiter aliorū doctōrū, si quis solū haberet veniale quòd nō teneretur semel in anno confiteri, iuxta pr̄fatū ca. & ecclesię pr̄ceptū, sed sufficeret quòd talis p̄sentaret se suo curato vel alteri potestaté habenti dicēdo se nō habere conscientiā alicui⁹ mortalis vt ad cōionē possit admitti. Alij tamē doctores videlicet Tho. Bona. Ricard. dicūt, quòd talis tenetur nihilomin⁹ in festo Paschæ cōfiteri nō ex vj sacramenti, sed ex vj statuti ecclesiastici. hæc opinio est segura, sed primā credo veriorē. ¶ *De circumstantijs peccatorum.*

Circumstantias peccatorū trahentes in aliā speciē siue aliud genus peccati quia sunt distincta mortalia oportet confiteri, sicuti sunt omnes illæ quę habent specialē repugnantia ad aliquod Dei mandatū

&

& q  
vel p  
pug  
loc  
tpis  
tur f  
batū  
mēt  
ciali  
in ce  
sto a  
stare  
neco  
ris f  
dit e  
pctū  
vel o  
scien  
proh  
biū.  
pctū  
cidi  
cerc  
nus  
cōtr  
le f  
bita  
scien  
ager  
in 5  
fite  
cipu

& quę sunt cōtra aliquod determinatū præceptum,  
 vel prohibitionē diuinę legis, sicut furtū simplex re  
 pugnat huic præcepto. Nō furtū facies. si verò fiat in  
 loco sacro vel die festo, ex circumstantia illa loci vel  
 t̄pis habet repugnantā ad aliud præceptū, & phibe  
 tur specialiter videlicet p̄cepto venerādi sacrū & sab  
 batū sanctificādi. ¶ Ex quo sequuntur quinq; docu  
 mēta. Primū oportunū est in quolibet mortali spe  
 cialiter exprimere si ip̄m in ecclesia, in monasterio,  
 in cemiterio, vel alio loco sacro, in solēni vel alio fe  
 sto aut die Dominica cōmissum sit, inquantū con  
 stare possit. ¶ Scđm documentum & correlariū est,  
 necessariū est exprimere si mortale aliquod cōmiseris  
 sciēter vel cōtra dubiū consciētīę hoc enim ad  
 dit etiā specialem deformitatē & ponit aliud genus  
 p̄cti. Nam si quis bonū opus faciat cōtra consciētīā  
 vel dubiū cōsciētīę oportet cōfiteri quòd cōtra con  
 sciētīā egerit, quātō magis si rem malā in se vel quā  
 prohibitā sit operatus cōtra consciētīā vel eius du  
 biū. Nō peccāt tamē iuxta sententiam Adri. vi. de cōibus  
 p̄ctis hoc nō distinguūt vtp̄ta de fornicatiōe, homi  
 cidio, adulterio, &c. p̄babiliter enim præsumitur sa  
 cerdos hoc aduertere & scire quòd sciēter aut ad mi  
 nus cum dubio consciētīę illud egerint. ¶ Et agere  
 cōtra cōsciētīā vel ei⁹ dubiū est mortale vel venia  
 le scđm qđ illud est mortale vel veniale de quo du  
 bitat. Nā omne quod nō est ex fide. i. qđ est cōtra cō  
 sciētīā, p̄ctū est. Secus de scrupulo qđ licitū est  
 agere cōtra scrupulos, vt dicā latius infrā in 8. cap.  
 in 5. reg. quartę partis. ¶ Tertio sequitur necessariō cō  
 fitendū esse si mortale aliqđ publicē cōmiseris, præ  
 cipuē corā pusillis, vel in p̄sēntia eorū qui verissimi

liter ex hoc inclinabatur, vel in consensum opis ne-  
pharij, aut nouam complacentiam de aliquo mortali, qui  
per hoc transgredieris prohibitionem de non scandalizo-  
sando, vel preceptum seruandi proximos a scandalo passiuo.  
& es causa & occasio multorum malorum alijs malum  
exemplum prebendo. ¶ Quarto. An peccaueris cum  
religiosa, virgine, consanguinea, maritata. an vio-  
lentiam intuleris deflorando vel raptum commit-  
tendo. Item qua intentione ipsum factum prohibi-  
tum commiseris. nam si intentione furandi forni-  
cationem feceris, duo mortalia ad minus perpetrasti.  
¶ Quinto oportet numerum peccatorum etiam  
eiusdem speciei exprimere in quantum constare  
possit. & quando non constat, dices. Ecce Domine  
nescio numerum illorum peccatorum, mihi ap-  
paret quod ad minus decies vel vicesies in mense vel  
septimana commisi, vel tam frequenter quod non est  
mihi possibile distinguere & scire numerum quoties  
in illis deliquerim. oportet enim attingere & ac-  
cedere ad numerum tam prope quantum fieri potest. ¶ Et er-  
go valde consultum esset precipue his qui raro confiten-  
tur solum bis vel ter in anno & labilis sunt memoria,  
ut quedam grauiora peccata in quibus frequenter dilabun-  
tur secretum scribant, vel alijs certis signis (quibus tamen  
alijs si viderentur non innotescerent) commendent me-  
moriam, vbi, quando, & quoties illa commiserint. ma-  
ximè hoc expediret pro his qui in temporalibus curis &  
mundanis occupationibus nimium solliciti sunt & in-  
uoluti. ¶ Consultum etiam esset quibusdam, non tamen pas-  
sim omnibus hoc suadeo ut tempore confessionis faciendae  
prius recolligant se ad tres vel ad quatuor dies secundum  
varietatem statum & conditionis hominum scribendo succincte

(non

(non  
funt  
etiã  
rent  
fac  
ne c  
freq  
non o  
di.  
ne si  
vna  
fama  
mẽ d  
cipia  
tuor  
ri. C  
sã. C  
rar  
¶ Se  
elem  
vel c  
est in  
tia si  
lecta  
re, d  
puer  
vald  
catu  
nosc  
mor  
dici  
solu

(nō ad longū) p̄ certa puncta q̄ necessariō confitēda sunt, p̄cipuē quādo est verisimile quōd aliās non oīa etiā pri<sup>o</sup> p̄cogitata corā sacerdote memoriē occurrerent. Aliās cōfusio quēdam erit & inuolutio coram sacerdote sicut quibusdam apparet quōd nunq̄ bene cōfessi sunt, nec sufficiēter expresserint sua p̄cā frequēter eadē repetūt, & alia grauiora omittūt, q̄a nō obseruāt hūc vel aliū approbatū modū confitendi. ¶ Et refertur numerus peccatorum ad actionē siue factū ipsum nō ad obiectū actionis. vndē si vna vice & eadē voluntate siue volitiōe accipias bur sam in qua sunt mille ducati vñ furtū est grauius tamē q̄ si solū essent centū. Si aut̄ quatuor ducatos accipias successiuē & diuersis volitionibus, erūt quatuor furta distincta quę oportet distinctim confiteri. Circūstātię, vt inq̄t Palude, sunt plures & diuersę. Quēdā sunt q̄ nec alleuiāt nec aggrauāt, sicut furari dextravel sinistra, & illas superfluū est cōfiteri. ¶ Secundę sunt quę alleuiāt. vt furari causa dandi elemosynā vel facere aliud malū bona intentione, vel ex ignorantia vel allectus, &c. & istas confiteri est imp̄fectū nisi qs timeat scandalū cōfessorū. ¶ Tertię sunt quę aggrauāt, vt furari mille cū magna delectatiōe & diu fornicari vel aliud mortale cōmittere, diu pseuerare in cōcubinato, adulterio, vel alio p̄uerso regimine & vita scādaloſa. Et perfectū est & valde consultū est istas cōfiteri vt pleni<sup>o</sup> & clari<sup>o</sup> peccatū exprimat, & vt sic cōfessor medicus aīę cognoscēs grauitatē, radicē, occasionem, diuturnitatem morbi possit cōfidenti egroto conuenientē dare medicinā (tamē de necessitate nō sunt tales circūstātię solū aggrauātes confitēde. ¶ Quartę sunt q̄ aggrauāt

& mutāt speciē, & illæ de necessitate sunt confitēde  
quando sunt mortalia de quibus suprâ. ¶ Numerus  
circumstantiarū scđm Palude continetur hoc versu.

*Quis, quid, ubi, per quos, cur, quotiens, quomodo, quando.*

*III. ¶ Lachrymabilis.*

**T**ertio. Confessio fieri debet cum displicentia &  
detestatiōe peccatorū: quod propheta innuit in  
hoc verbo Aduersum me. & alibi. Pētū meū cōtra  
me est semp. Psal. 50. Vndē pētōr pœnitēs debet de  
testari, displicentiā habere, & dolere de mortali cō-  
miso in p̄terito, cessare in p̄senti, & in futuro abstinere  
saltē in p̄posito. Nā sic virtute sacramēti absolutiōis  
de attrito fit cōtritus. ¶ Et licet timeas & verifi-  
militer credas quōd transactō festo Paschæ vel alio  
tpe post absolutiōē & cōionē recidiuabis & in eadē  
vel alia vitia lapsurus sis confidenter tamē ad confes-  
sionē & cōionē accedas, modō habeas nō cōplacē-  
tiā sed displicentiā in pētis p̄petratis, & firmū propo-  
sitū iuxta fragilitatē abstinēdi in futurū. ¶ Vndē hoc  
fatis esse & Dominū req̄rere à nobis dilucidē tradis-  
tur nobis & ostēditur Ioā. 5. Vbi Domin⁹ vidēs para-  
liticū. 38. annis illo morbo laborantē iacentē ante pil-  
cinā q̄ significat corp⁹ Christi habentē quinq; porti-  
cus. f. quinq; apta vulnera Christi, sanādo eū à para-  
lisi corporis & aīæ dixit. Surge. f. ex lecto vitiorum  
cognoscendo & detestādo pētā p̄terita, tolle grabatū  
ante sacerdotē p̄verā confessionē, vade in domū tuā  
.f. consciētię sepulture, & gloriæ, & ad p̄positū sub-  
ditur. Iā noli peccare, nō dixit nō ampli⁹ pecces. Hu-  
manū enim est cadere, sed noli peccare. i. nō habeas  
volūtātē siue p̄positū peccādi, sed firmiter p̄ponas  
& habeas voluntatē abstinēdi in futurū à pētis. Et

prius

pri<sup>o</sup> saluator eundē infirmū interrogauit, vis sanari?  
 sicut Ioā. 8. dixit saluator ad mulierē in adulterio de-  
 phensam. Vade & iam amplius noli peccare. ¶ Per-  
 perā ergo & incōsultē qdā indiscreti confessores re-  
 quirūt a pœnitentib<sup>9</sup> obligatiōē votū siue iuramen-  
 tū de hoc quod nunq̄ amplius illa pctā cōmittent, a-  
 liās nolūt absoluere. Et longā austerā pœnitentiā eis  
 iniungūt q̄ verisimil<sup>r</sup> nō perficiēt vel nō modo debito.  
 ¶ Consultū æstimo quōd cōfessor pœnitentiā iniun-  
 gat nō nimis longā sed q̄ confitēs illico in statu gra-  
 tiæ adimplere possit postea adijciēdo & ei cōsulēdo  
 quatenus aliqua alia opa pœnalia vel pietatis faciat  
 scdm qualitātē & grauitatē delictorū quā cōmittat  
 arbitrio consentientis nō intendēs eū ad hoc obligare.  
 Nā opinio est Alexādri de Hales, Thomę, Bonauen-  
 turę, & pluriū theologorū quōd satisfactio siue pœ-  
 nitētia sciēter extra charitatē facta repetenda est q̄ si  
 nō facta, & hoc maximē verū puto si talis legēs pœ-  
 nitentiā vel horas canonicas sit sciēter in statu mor-  
 talis culpæ de qua nullo modo displicet vel est in a-  
 ctuali pposito peccādi, nā sic legēdo horas, pœniten-  
 tiā iniunctā exoluēdo, orādo peccat, irreuerentiam  
 Deo exhibēdo & eū tētando. ¶ Doctrina ergo salu-  
 bris est vt anteq̄ officiū diuinū, horarū, missæ vel a-  
 liud incipiam<sup>9</sup>, nos ipsos preparēmus dicēdo O do-  
 mine Iesu hoc officiū, pœnitentiā, vel aliud op<sup>9</sup> piū  
 pficere intēdo & cupio, principaliter ppter te Deū  
 & creatorem meū, vt tu inde glorificeris, mihi sit in  
 meritū & satisfactionē, parētibus, fundatorib<sup>9</sup> & a-  
 lijs quib<sup>9</sup> obligor in refrigeriū & pœnæ diminutio-  
 nē. Scio me exauditione indignū esse, & vt hæc sc̄ta  
 verba ore polluto pronūciē ppter grauitatē, fœdi-  
 tatem



ratē & multitudinē scelerū meorū de quibus cordi-  
liter doleo, & doleo quòd nō magis doleo. Abstine-  
re intendo in futurū, quod deest ex parte mea, sup-  
plere digneris virtute tui p̄ciosi sanguinis quē teste  
Bern. nō per guttas sed p̄ vndas effudisti. Intellectū  
illumina, affectū inflāma vt dignè, attentè, & deuotè  
hoc officiū diuinū peragere valeā Amē. ¶ Hęc dicē-  
do nedū ore sed & corde Deo & pr̄cepto ecclesie  
& sacerdotis satisfacies, quāuis nedū adhuc sis in sta-  
tu gratiē constitutus propter doloris imperfectionē  
qui solū attritio est, quāuis etiā inter legendū occur-  
rūt tūc distractiōes & variæ occupatiōes (sine quib⁹  
difficillimū est orare) nō impediēt tamē vim satisfac-  
tionis, nec virtutē orationis p̄pter illā priorē bonā  
intentionē quæ virtualiter per totū officium durat,  
nisi scienter interrūpatur per intentionē contrariā,  
aut occupationes & distractiones voluntarias & nis-  
imis morosas. ¶ Itē consiliū fundatur. Eccl. i. 18. vbi  
dicitur. Ante orationem pr̄para aīam tuam & noli  
esse quasi homo qui tentat Deū. IIII. ¶ *Propria.*

**Q**uartò. In hoc verbo, iniustitiā meā, innuitur  
quòd confessio debet esse p̄pria, vt. s. confitea-  
ris propria tua p̄tā, non aliena neq; personas com-  
peccantes nominabis nisi earū expressio esset neces-  
saria ad veram confessionem faciendam. Vndè p̄ce-  
nitens debet custodire famam proximorū inquan-  
tum potest, sed quia plus tenetur suæ conscientie  
quàm alterius famæ, ideo si circumstantia quæ ducit  
in cognitionem personæ, sit de necessitate confes-  
sionis, vt quia trahit in aliam speciem peccati mor-  
talis debet necessariò confiteri. Et ergo si quis pec-  
cauerit cum matre vel sorore, oportet exprimere,  
quia

quia  
ra pe  
grad  
pro  
pria  
cusa  
Deo  
ni in  
faci  
da p  
qui  
plo,  
veh  
uiff  
& p  
bus  
pan  
tion

**Q**  
intē  
patr  
dū a  
& sa  
stian  
nā i  
pora  
cun  
vt p  
nali  
pecc

quia sunt distinctæ species incestus & longè grauiora peccata quàm si cum sanguinea alia in remotiore gradu commercium carnala habuisset. ¶ Secundò propria debet esse, vt scilicet confitearis tuam propriam culpam teipsum non excusando, nec alios accusando, sed tibijsi ascribas peccata commissa, nò Deo te non iuuant, vel diabolo impugnant, homini incitanti, vel constellationi inclinanti sicut plures faciunt dicentes, verum est quòd hæc & alia horrenda peccata commisi, sed ille fuit principalis in culpa qui me seduxit & suis blandicijs, pernicioso exemplo, muneribus, &c. induxit, vel tentatio fuit tam vehemens, quòd eidem resistere non potui. Et si sciuissem quæ modò scio, ea nunquam perpetrassem, & plures alios modos & colores adducunt quibus videntur se excusare, & alijs, non sibijsis culpam imponendo quod est contra præfatam conditionem, & veram poenitentiam.

V. ¶ Pura.

**Q**uinta cõditio q̄ innuitur in hoc verbo Domino est quòd cõfessio debet esse pura. ¶ Primò in intètionè. vt. s. fiat Domino, ad placadũ dominũ Deũ patrẽ & creatorẽ tuũ, quẽ offendisti, & ad obtinendũ ab eo veniã, ad obediendũ ecclesiæ, nò vt bonus & sanctus ab hoĩbus reputeris, vel ne malus christian⁹ iudiceris, vel principaliter hac intètionè vt poenã infernalẽ vel aliã euadas, aut de infirmitate corporali vel alia tribulatione libereris, quãuis hoc secundariò sperare posses. ¶ Secundò debet esse pura vt purè & simpliciter peccata exprimas nò cõditionaliter sicut nonnulli cõiter faciũt dicẽdo. Domine si peccaui vel excessi in illo vel alio vitio, &c. cognosco

mcam

meā culpā. nā simpliciter dices, cōmisi totiens hoc peccatū, si dubites dices, Ecce Domine ego sum in dubio an illa dixerim, fecerim vel in eis plenū consensum dederim & quotiens ignoro. ¶ Tertiò cum pura & humili mente & humiliato corpore flexis genibus te prosternes ad pedes sacerdotis Christi carij, quantum cunq; magnus sis, nō sedendo, stādo vel super altare iacendo sicuti mos reprobis in multis locis inoleuit. Si enim principē alloquaris & necessitates tuas ei exponere velis, omnē humilitatē & reuerentiam genibus flexis ei exhibere curabis, quantò magis regi cœlesti non minus facturus es. ¶ Quartò debet fieri Domino q̄ est prima & infallibilis veritas, vt. s. sit pura & vera confessio nō admiscendo in ea falsitatē nō plura dicendo q̄ feceris. Cū enim humilitatis causa mentiris si nō eras peccator (inquit Aug.) antequā mentireris, mentiendo efficeris quod euitaueras 22. q. 2. Cum humilitatis. Nec etiā à cōfessore de quibusdā criminibus interrogatus negare vel tacere poteris si in eis te culpabile cognoueris. Cōfessor tamē discretus & moderatus esse debet in interrogationibus faciēdis, p̄cipuē in p̄ctis carnalib⁹, & nō interrogare nisi de his q̄ necessaria vel multū vtilia sint p̄ absolutiōe debitē administrāda, pœnitētia imponēda, & salubri cōsilio cōtra recidiuā dādo: ¶ Quintò purè & clarè oīa mortalia & illa sola exprimi debēt vt nō obnubilando per ambages & obscurè confitearis sicut plures per subtiles oratiōes, fucatos sermōes & amphibologicas p̄positiōes sua p̄ctā cōfessori exponūt vt ea nullaten⁹ aut nō oīa p̄fectè aut cū summa difficultate & auscultatiōe vix intelligere possit. ¶ Quidā etiā con-

fessor

fesso  
naro  
cōpl  
cæcc

C

omi  
plær  
ferū

Mo  
fori

ner  
& g

quo  
tētū

Dei  
nes.

lib⁹  
virt

¶ V  
fos

10. I  
trip

Loc  
cun

Deū  
& o

mal  
vtili

etor  
in e

fessores quærūt surdos, simplices, bonos socios, ignaros, vel quos eisdē criminibus credūt innodatos, cōplices in culpa, dicentes eis placentia, & sic cæcus cæco ducatum præstat & ambo in foueam cadunt.

*¶ De prolixitate & obscuritate confessionis.*

Consultum est salubre & valde expediēs seruare hūc subsequētē modū confitēdi de 7. mortalib<sup>9</sup> omiſſa prolixitate, obscuritate, & alijs superfluis q̄ plærunq; perplexitatē & animi inquietudinē poti<sup>9</sup> afferūt q̄ salutē, ædificationē, & mentis tranquillitatē. Mos enim est quorundā minimē approbat<sup>9</sup>, confessoribus etiā exosus, facere confessionē de omni genere & diuersitate peccatorū quorū pluriū qualitātē & grauitatē ignorāt, nec in eis oībus culpabiles sunt quod sine mēdacio aut alio pctō fieri nequit. Confitētur enim hoc modo. Domine peccaui cōtra decē Dei præcepta. In 9. pctīs alienis. contra 8. beatitudines. 7. dona spūs scti. 7. sacramēta. in 7. pctīs mortalib<sup>9</sup>. 6. pctīs in spiritū sanctū. in 5. sensibus. contra 4. virtutes cardinales. tres virtutes theologicas, & cæ.

¶ Vnusquisq; in suo sensu abundat & diuersi diuersos confitēdi modos habent. Quidā procedūt scđm 10. Dei præcepta. Aliqui secundū 5. sensus. Alij scđm triplex genus pctōrum. s. Cogitatiois siue cōsensus, Locutionis, & Operationis. Nonnulli procedūt secundū multiplices & varias diuisiones peccatorū. In Deū, Proximū, & Seipsum. In peccatū cōmissionis & omiſsionis. In peccatū ignorantix, infirmitatis, & malitię siue ex certa scientia, & cę. Sed succinctior, vtilior, & clarior modus est quem etiā approbat doctor cōsolatorius Gerson Cæcellarius Parisiē. quē in ea parte insequor vt fiat processus & distinctio sequen-

cundū septē vitia capitalia, nam oīa & sola mortalia  
necessariò sunt confitēda. Et licet de quolibet mor-  
tali plures filias, species, modos, & circumstantias  
enumerem, non ideo commendo quin potius repro-  
bo prolixam confessionem, sicuti nec approbo con-  
fessiones quorundam ex consuetudine quadam ve-  
ex libris factas, quemadmodum nec etiam sermo-  
nes compositos vbi spiritus nō adest sed quasi fabu-  
læ vel seculares relationes aut orationes subtilitate  
recitantur quibus auditorum intellectus non illu-  
minatur nec affectus inflammatur. Ad illa tamen  
duo confessores & verbi Dei concionatores maxi-  
mè conari debent vt. s. in confessionibus & sermo-  
nibus corrigant errores, veritatem doceant, nō ex-  
empla vel fabulas, & salutaribus monitis, consilijs  
& doctrinis intellectus hominum & oculos men-  
tales tenebris vitiorum excæcatos aperiant & illu-  
minent. Insuper deuotionalia ex vulneribus Chri-  
sti Iesu adducā ex Dei feruenti amore erga nos &  
eius innumeris beneficijs, de quatuor nouissimis  
& sic de alijs quibus affectus hoīm inflamment, de-  
uotionē, amorem, & Dei timorem inducāt. Et quia  
hæc rarò facimus ideo parum ædificamus, confes-  
siones audiendo & verbum Dei seminando. Non-  
nulli enim abundant in allegationibus diuersorum  
iuriū longas latinas orationes corā vulgo dicēdo vt  
docti reputētur. Hoc etiam Gerson vituperat. Sic  
nim in sermonibus docti & iurisperiti sint præsen-  
tes nō opus est docere Mineruā: ipsi enim melius no-  
uerint passus iuriū quàm tales simplices prædicato-  
res qui textus iuris vix vnquam viderint aut non  
intellexerint, sed solū superficialiter ex quibusdā

summa

summa  
semp  
sunt,  
nōnu  
sermo  
epist  
tamē  
Nō e  
iuris  
capit  
fidel  
nas &  
sitate  
lis er  
torū,  
scire,  
temp  
nati,  
quē d  
plari  
¶ It  
speci  
fiona  
neri,  
res ec  
aut  
quæ  
pabil  
teatu  
res p  
polsi  
lū est

summis vel sermonibus impressis quædã generalia  
 semper allegât. Ceteris aut laicis quibus iura ignota  
 sunt, parũ aut nihil prodest illorũ allegatio, quod fit  
 nõnunq̃ pro temporis deductiõẽ, & cum parũ circa  
 sermones faciendos studuerint. ¶ Aliqui verentur  
 epistolas & sancta Euãgelia populo exponere, cum  
 tamẽ Apostolus summus doctorũ dicat ad Rom. i.  
 Nõ erubescio Euãgeliũ. Subtilitates & difficultates  
 iuris & alias materias subtiles, quas vulgus minimẽ  
 capit in mediũ afferũt. ¶ Vndẽ doctor & verbi Dei  
 fidelis dispensator dirigere & formare debet doctri-  
 nas & sermões suos scd̃m materiã subiectã & diuer-  
 sitatẽ auditorij. Si enim corã vulgarib⁹ exponere ve-  
 lis errores, & plurimos particulares defectus prela-  
 torũ, & dominorũ tpaliũ, quos nõ expedit simplices  
 scire, nõ ædificabis, quinimõ odiũ generabis, & con-  
 temptũ p̃latorũ patriq̃q; gubernatorũ. Vndẽ in se-  
 natu, & cõgregatiõẽ taliũ dominorũ ad partẽ p̃ ali-  
 quẽ curatũ doctorẽ, aut aliũ virũ vuteticũ, & exem-  
 plaris vitẽ tales defect⁹ exponi & inæpari deberẽt.  
 ¶ In hoc tamẽ opere de quolibet mortali diuersas  
 species, modos, & circumstantias tango, vt Confes-  
 sionale & opus istud generale sit omni conditiõĩ, ge-  
 neri, & cuiuslibet hoĩm statui deseruiẽs, nõ vt secula-  
 res ecclesiasticorũ mores re p̃bos & vitia imitẽtur,  
 aut eos cõtemnant vel ecõtra, sed vt quisq; his visis  
 quæ se & suum concernũt statũ, & in quibus se cul-  
 pabilẽ cognouerit, ex eis eliciat, & de illis solũ confi-  
 teatur, & aliorũ defectib⁹ cõpatiatur, errores & mo-  
 res prauos vitet, detestetur, extirpet, & corrigat si  
 possit. Nõ enim vitatur malũ nisi cognitũ. Nec ma-  
 lũ est malũ scire, sed eo yti, & malos imitari atq; cũ

eis cōuersari, & eorū errores fouere p̄nitiosum

¶ De superbia primum capitulum habens tres partes

¶ Prima pars. Quid sit Superbia, & quæ species eius

**S**uperbia quæ est animi elatio super alios, radix

omniū malorū & initiū omnis peccati, vt dicitur

Eccle. 10. quare maximè vitanda, detestanda, &

cæteris vitijs fugiēda. ¶ Primò, quia Deo inter

mortalia maximè displicet. primā enim contumacia

Deo intulit per Luciferū & suos adhærētes, q̄ tunc

fulgur propter superbiam volētes sibi vsurpare

æqualitatē, in profundū lacu infernalis detracti sunt

vt dicitur Esa. 14. Nam superbus directè peccare

detur contra Deū, & ideo Deo magis displicet. Ali-

nanq; vitia Deū fugiunt, cōuertendo se ad aliquam

creaturā. vt Auaritia ad aurum & diuitias. Luxuria

ad venerea. Gula ad cibū & potū, &c. Sed superbia

vult sibi vsurpare quæ Dei sunt. s. honorē & gloria

quā Deus sibi soli reseruat, nobis vtilitatē & mercedem

operū nostrorū relinquens. Gloria meā, inquit saluator,

alteri nō dabo. & superbus dicit. Ego mihi eam

si non dederis vsurpabo. quod Apostolus dissuadet

ad Hebr. 5. Nemo sibi assumat honorem. Soli enim

Deo honor & gloria, inquit quidā sapiēs: hoībus autē

pax & bona volūtas. ¶ Secundò vitāda est superbia

quia diabolo inimico generis humani maximè placet,

ipse enim est rex super oēs filios supbiæ. Iob. 41.

Vndè quē superbū videris, inquit August. filiū diaboli

esse ne dubites. ¶ Tertio hoībus maximè nocet.

Sicut enim hūilitas oīa vitia euacuat, omnesq; virtutes

colligit & roborat secundū sententiā Gregorij

Sic iuperbia oēs virtutes eneruat & destruit, excor-

dat, decipit, & infatuat hominē. Prouerb. 11. Vbi

milite

milite

titia.

supbi

cōite

nulli

tem h

super

erube

cunde

exēpl

fures,

tāt, se

tiplic

libetr

quær

ētanti

perbi

loco,

uentu

ercet

reis, &

ption

cris, f

quæ c

homi

Supb

fieri v

& vo

V A

a

& est

milite

militas, ibi sapiētia. & ecōtra, vbi superbia, ibi stul-  
 titia. ¶ Quæstio oritur hic parua. Quare hoc vitiū  
 supbiæ tam periculosum in quolibet statu hominū  
 cōiter regnat. Respondeo vnā causam esse, q̄a non-  
 nulli hoīes ingnorāt infirmitatē, malitiā, & grauita-  
 tem huius peccati. Greg. inquit. Cū minus turpis  
 superbia creditur, minus vitatur. Luxuriā eo magis  
 erubescūt hoīes: quia eam oēs turpē nouerūt. Se-  
 cundò, quia manifestiora reperiūtur indies opera &  
 exēpla superbiæ: q̄ aliorū peccatorū. Nam adulteri,  
 fures, fornicatores, & alij plures sua peccata occul-  
 tāt, sed superbia palā cōmittitur. Tertiò, p̄pter mul-  
 tiplicē materiā. Nā nedū de bono verū etiā de quo-  
 libet malo in quolibet statu, hoīes nonnunq̄ gloriā  
 quærūt. Gloriātur enim cū malefecerint & dele-  
 ctantur in rebus pessimis. Vndē teste Bernar. Su-  
 perbia, Deum impugnat in omni tempore, in omni  
 loco, in omni persona. Multa sunt peccata quæ ca-  
 uentur in solēnitatibus, sed superbia tūc magis ex-  
 ercetur in curioso vestitu, in splendidis epulis, cho-  
 reis, & seculi pompis. Peccata carnis & gulæ, dece-  
 ptiones & fraudulētię, raro cōmittuntur in locis sa-  
 cris, sed superbia ibi maximè. Multæ sunt personæ  
 quæ dedignarētur fornicari, iniusta bona detinere,  
 homicidiū cōmittere, q̄ tamen à superbia nō cauēt.  
 Iob. 4. Supbus etiā extollitur supra Deū. vult enim Deus  
 fieri voluntatē suam, superbus verò honorē suum  
 & voluntatem: Dei voluntati anteponit.

¶ *De vana gloria.*

Vana gloria, vt inquit, beatus Thom. 22. q. 132.  
 ar. 3. appetit manifestationē propriæ excellētię,  
 & est ex genere suo veniale. sed quandoq; est mor-



rale, quādo videlicet repugnat charitati, & hoc studē  
tingit dupliciter. ¶ Vno modo ratione materificer  
qua gloriam queris, vt cūm gloriaris de aliquo, est, qu  
quod cōtrariatur diuinæ reuerētiae & veritati, iustus gl  
libili, vel cūm bonū vel donū temporale de quo appetit  
riaris præfers Deo, vel testimoniū hominū prae otu b  
testimonio Dei. Itē cūm gloriaris in mortali pic don  
per te, vel aliū cōmisso & recites, vt inde ab hoī quē de  
lauderis & egregius dicaris. Quid gloriaris in mimiti  
tia o peccator superbe. ¶ Secundo modo ex pō oētri  
ipsius gloriātis, qui intentionē suam refert ad gloatur,  
tanq̄ ad vltimū finē ad quē ordinat alia sua opaib⁹ pe  
virtutis, quando scilicet ratione laudis humanorincip  
intētione gloriæ, vel ne perdat honorem, laudes dedica  
gloriā hoīm. ¶ Tercio modo est agere contra Deū & humana  
tatem, p̄cimi. ¶ Si autē amor & cupiditas humoētius  
gloriæ quāuis sit inanis nō repugnet charitati, nquitur  
quantū ad id de quo est gloria, neq; quantū ad Card  
tentionē gloriā q̄rentis nō est mortale, sed venit bon  
¶ Non peccas tamē si virtutem aliquā, scientiā, cur, tu  
aliud donū à Deo datū & industria laboribus sicut in  
dioq; acquiritū recognoscas, approbes, & in eo odum E  
placentiā habeas inde gloriādo. Similiter nō peccation  
si quis velit doctrinas, sermones, elemosinas, acc  
tera bona opera ab alijs approbari de quib⁹ gloriatur. ¶ N pr  
tur, dummodo ibi nō sistat, sed principaliter hoc tuas  
tendit propter Dei glorificationē, aliorū vtilitatē ex illa  
ædificationē, vt ceteri illa opera pia & exemplū bpus, o  
næ vitę inspiciētes edificētur, & ad similia exercētur co  
excitentur. Similiter eo fine licitē potest velle bono dētia,  
opera sua ab alijs videri, & vt ipse ex bonis & doctoria  
quē in se esse cognoscit per testimoniū laudis alie tur ab

& hoc studiat in eis perseverare, continuare, & ad meliora  
 materiam perficere. Nam virtus laudata crescit. Et sic laudabile  
 aliquo est, quod quis curam habeat de bono nomine, unde appetit  
 appetitus glorie de se non nominat aliquod viciosum, sed  
 de quo appetitus inanis glorie viciium importat. unde sicut  
 non praesens boni vini moderatè sumpti homo fit hilaris, &  
 portalius donat pauperibus occurrētibus ex hilaritate ali-  
 ab homine denariū, propter Deum tamen principaliter. Sic  
 is in modum similiter dum quis laudatur populo, gratificatur eius  
 lo ex doctrina, opus piū, & modus viuendi ab alijs appro-  
 ad gloatur, per hoc magis animatur cogitās se velle in ta-  
 na opera perseverare, & tātō feruētius ipsum continuare,  
 humanior principaliter tamen propter Dei gloriam & proximorū  
 laudes edificationem. Et sic accenditur gloria ex laude hu-  
 i & humana sine peccato, tanquā dispositione quadā, qua li-  
 s humiliter, feruētius, & hilarius illa opera de cætero profe-  
 titati, acquiritur ad Dei honorē. ¶ Similiter, ut inquit Hugo  
 tū ad Cardinalem, quando quis habet bonum propositum & fa-  
 venit bonum opus, & desuper ab aliquo commendationem  
 entiam, tunc ipsum bonum propositum roboratur, si-  
 ribus sicut infans in utero. S. Ioannes baptista exultabat,  
 in eo eodem Elisabeth audiuit commendationem & salu-  
 tionem Marię. Infans ille est bonum propositum.

¶ *Contra inanem gloriam Remedium.*

3<sup>o</sup> gloria  
 hoc  
 titate  
 plū  
 exerc  
 elle  
 & do  
 is alie  
 stud

IN principio diei & cuiuslibet operis, omnes actiones  
 tuas principaliter ordines & referas in Deum. nam  
 ex illa intentione virtuali, quæ durat per totum illud tem-  
 pus, omnia opera bona & etiā de se indifferentia, si  
 exercerentur, erunt Deo grata & tibi meritoria & etiā satisfa-  
 ctoria, maxime si hæc intendas. Hęc doctrina tradi-  
 tur ab Apostolo. i. Cor. 10. dicente. Siue manducatis,

siue bibitis, vel aliud quid facitis, oīa in gloriā  
facite. Nam si radix. i. intentio, est sancta, & rami  
opera ex ea procedētia: bona erunt. Ad Rom. 11.  
si oculus tuus. i. intentio fuerit nequā, totū cor  
tuum. i. opus quod ex ea procedit: tenebrosū.  
Luc. 2. Itē secundo, quando in bonis operibus  
agitaris vō inanis gloriæ, dices, Nō nobis dom  
nō nobis. Scio enim teste Apostolo sufficientes  
nō esse cogitare aliquid à nobis. 2. Cor. 3. Vni  
enim iustitiæ nostrę quasi pānus mēstruatę. Esa.  
Dic insuper cum beato Bernardo, qui sicut plur  
alij viri religiosi & sancti tētari solēt de gloria  
& laude hoīm, O vana gloria, quid me tēptas, p  
pter te hoc opus non incepti, nec ppter te deserā  
vt Deo placeā illud perficiā. Nā vt dicit btūs Tho  
2. q. 32. ar. 3. Vana gloria: si nō sit intēta, nō minuit  
ratiōe meriti vel virtutis. Sicut de Catone dicit  
Iustius. Quo magis gloriam fugiebat, eō magis e  
gloria insequēbatur. ¶ Legitur de sancto Basilio  
Cū in solēnibus in habitu pontificali processit  
celebraret, ordinauerat vt quidā sibi diceret: Sep  
chrū eius nondum adhuc esse paratum. Similit  
gimus in vita sancti Ioannis elemosinarij, Illo  
quo Imperator coronabatur, monumētorum c  
structores eū interrogabāt: de quali marmor eve  
sibi fieri sepulchrū. ¶ Vndē consultū est, vt ho  
nes præcipuē curati, prædicatores verbi Dei, &  
periores corā alijs & subditis, quēdā bona opa  
nifestē faciāt ad Dei gloriā extollendā, & pxim  
ædificationē. Nam, vt inqt Arist. 10. ethi. Sermo  
consentanei operibus: fidē habēt, & prouocāt in  
ligētes, viuere secundū ipsos. Quando verō serm

nes de  
sum vi  
interin  
Huic a  
lux ve  
& glori  
Conu  
vt in e  
storib  
ficēt L  
Matth  
Cūm  
ueris  
in ab  
ne vid  
cipalit  
ibidem  
sta &  
tuo, v  
cit glo  
de fac  
eorum  
denti  
nont

Q  
redu  
Bern  
milit  
ponit

nes de moribus: discordant ab his quæ secundū sensum videntur, sprete atq; reiecti habentur & veritatē interimūt, cūm sermōes minorē habeāt fidē q̄ opa. Huic alludit doctrina saluatoris Matth. 5. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est. Et. 1. Pet. 2. Conuersationē vestrā inter gentes habētes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquā de malefactoribus, ex bonis operib⁹ vos considerātes, glorificēt Deum. ¶ Nec his cōtrariantur quæ habentur Matth. 6. Cūm facis elemosinam, noli tuba canere. Cūm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite. Cūm oraueris intra in cubiculū, & clauso ostio ora patrē tuū in abscondito. Intelligūtur enim hæc oīa & similia, ne videlicet intentione gloriæ & laudis hūanæ, principaliter opera corā alijs faciamus. Attēdite, inquit, ibidem saluator, ne iustitiam vestrā, id est, opera iusta & bona: faciatis coram hominibus eo fine & motiuo, vt videamini & laudemini ab eis. Etiam vt dicit glo. loquitur ibi de imperfectis & debilibus, qui de facili in vanam gloriam efferūtur, ideo consulit eorum bona opera occultanda. Sed in cap. 5. præcedenti loquitur principaliter de prælatis & alijs, qui non tam faciliter feruntur in vanam gloriam.

¶ De quatuor speciebus superbiæ, & quatuor vallibus miseriæ.

**Q**uatuor sunt filiæ siue species superbiæ secundū Greg. 4. moraliū, ad quas omnes aliæ possunt reduci. Nam btūs Tho. 2. 2. q. 62. ex beato mellifluo Bernar. recitat. 12. gradus superbiæ, & 12. gradus humilitatis eis oppositos. Similiter Benedict. in regula ponit istos. 12. gradus hūilitatis. vide Gerfo. 2. parte

in cōpendio Theologię fol. 27. ¶ Gradus superbię  
sunt. Primus. Curiositas in nouitatibus sciendis vel  
audiēdis. Secundus. Leuitas ad facilē iudicandū fa-  
cta aliorū. Tertius. Inepta lætitia, cū scilicet super-  
bus videt se prosperari in tēporalibus. Quartus. Ia-  
ētātia, laudando seipsum. Quintus. Singularitas fa-  
ciendo aliquid vltra cōmunem modū aliorū. Sex-  
tus. Arrogātia, tribuendo sibi quod nō habet. Septi-  
mus. Præsumptio, attētando ea quę excedūt facul-  
tates suas. Octauus. Defensio peccati, excusando  
se, & alios accusando. Nonus. Simulata confessio,  
aliqua cōfitendo vel diffitendo vt verē pœnitēs re-  
putetur. Decimus. Rebellio, nolendo obedire supe-  
rioribus. Vndecimus. Libertas peccandi, vt. s. libeat  
ei facere quod vult. Duodecimus. Consuetudo pec-  
candi, contēnendo Dei & Ecclesię præcepta. vnde  
superbia includit contemptū diuinę regulę & legis,  
cui nō vult supbus subijci ex amore pprię excellen-  
tię consequendo. Et ideo vt dicit beatus Tho. 2. 2.  
q. 1. 62. Superbia ex genere suo est mortale, inquan-  
tum includit illum contemptum. Aliqui tamen mo-  
tus superbię propter surreptionem & imperfectio-  
nem sunt venialia sicut & in alijs accidit.

¶ Prima species siue filia superbię est, cū quis for-  
tunę, naturę, aut corporis bona, & aię dona quę  
habet, estimat à se habere ex quodā inordinato appe-  
titu excellentię in quibus Deo non regratiatur, nec  
gloriā tribuit, sed sibi ipsi oīa asseribit. Et hæc species  
siue vëtus elatiōis deijcit tales hoīes in mōte supbię  
exaltatos, ad vallē miserię. s. brutalis vitę. sicut pa-  
ret Dani. 4. de Nabugo. rege Babilone qui dixerat.  
Nōne hæc est Babilō ciuitas magna, quā ædificauit

in robore fortitudinis meæ, & sequitur vallis puni-  
 tiōis. Eijciēt te ab hoībus, cum bestijs & feris erit ha-  
 bitatio tua. Nam septē annis carēs ratiōe, sicut bos  
 fenū comedit, non tamen fuit mutatus in bouē sicut  
 dicit Iosephus. Capilli eius crescebāt in similitudi-  
 nem alarū aquilarū, quia nō tondebatur, & vngues  
 eius quasi vngues auiū, & rore cœli corpus eius te-  
 gebatur, quia cœlo tantūm tegebatur vt dicit glosa,  
 sed elapso illo septennio, postq̄ oculos in cœlū leua-  
 uit, cognoscendo Dei potentiā, altissimo benedixit  
 sup. corde, & viuente in sempiternū laudauit & glo-  
 rificauit, cōfitendo virtutē eius publicē & bonitatē,  
 & sensus redditus est ei & regnū. Et tangitur ibi ve-  
 rus modus pœnitēdi pro supbis redeūtibz ad cor.

¶ Secunda species est. Cū bonū qd̄ quis habet,  
 credit quidē à Deo datū, sed suis meritis, præsumēs  
 aliquā excellentiā in suis operibus & donis, ratione  
 cuius principaliter obtineat illa à Deo, cū tamen  
 teste Esaia proph. 64. cap. Omnia opera nostra ope-  
 ratur in nobis Dominus: Vndē ipse pater & domi-  
 nus noster est, nos verò lutū, ipse fictor siue creator  
 noster, nos aut̄ oēs opera manūū eius. Et hic vētus  
 supbiæ pellit hoīes in vallē miserix infernalis p̄fun-  
 ditatis, vt patet in Lucifero, qui ex proprijs viribus  
 voluit sibi vsurpare Dei æqualitatē, dicens. In cœlū  
 conscendam, super astra Dei exaltabo soliū meū &  
 ero similis altissimo: sed statim seq̄tur vallis. Verū  
 tamē ad infernū detraheris in p̄fundū lacu. Esa. 14.

¶ Tertia specie & vento inflationis agitantur Præ-  
 sumptuosi, iactabundi, & arrogantes, qui iactāt se  
 habere quod nō habēt, vel plura q̄ habeāt. Hoc vëto  
 pulsatus videtur fuisse Petrus, quando Christus sibi

prædixit de scandalo suo & aliorum, & de trina eius  
negatione. Ipse existimās & præsumēs se habere illā  
constantia perfectā. s. pro Christo tollerandi mortē  
quā non habebat, dixit enim. Etiā si oportuerit, &c.  
Luc. 22. Super quo verbo dicit Ambros. Hęc ideo di-  
cta sunt, vt sciamus neminē se iactare debere. Nam  
si Petrus lapsus est q̄ dixerat, Etiā si oportuerit, &c.  
quis alius de se iure præsumat. 6. q. 1. imitare. ¶ Hac  
etiā iactantia motus fuit Dauid, teste eodē Ambros.  
cū dixerat. Ego dixi in abundātia mea. s. deuotio-  
nis & feruoris, nō mouebor in æternum. Et eam sibi  
obfuisse testatur dicēs. Auertisti faciem tuam à me,  
& factus sum conturbatus. Hic ventus humiliat &  
supplantat hominem. vsque ad nuditatem & extre-  
mam paupertatem, quæ maximē apparebit in iudi-  
cio vniuersali & particulari, vbi nudi apparebunt  
multi, qui videbātur hic meritis & virtutibus pleni:  
de quibus dicit Apocalip. 3. Dicis, quia diues sum &  
locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser  
es, miserabilis & pauper, cæcus & nudus.

¶ Quarta species est. Cum cæteris despectis, vult  
quis singulariter videri, opa eius approbari & alijs  
præferri. Talis fuit Pharizæus ille, qui ascendēs cum  
Publicano ad orandū in templo stans. s. infrigidatus  
hoc frigido vento, dicebat. Deus gratias ago tibi, quā  
nō sum sicut cæteri hoīm: adulteri, raptores, iniusti,  
velut etiā hic Publicanus: ieiuno bis in sabbato, de-  
cimas do omniū quæ possideo. Luc. 18. Hic ventus  
deiecit hominē vsq; ad infimā suppeditationē & re-  
probationē, vt patet de dicto Pharizæo, qui deiect⁹ &  
reprobatus est à Deo, sed Publicanus exaltatus est  
& iustificatus. Omnis enim qui se hic humiliauerit,  
æterna-

æternaliter exaltabitur, & qui se hic exaltauerit ppetuo humiliabitur in terra miseræ & tenebrarû, ubi umbra mortis & nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Iob. 10. Ille est locus Luciferi & oim supborû, qui hic dominari & regnare volêtes, ibidê seruiêt dijs alienis. s. ab omni misericordia, q non dabit eis requiê die ac nocte. Hiere. 5. ¶ Vndè in dicto verbo Iob innuütur septê principales & horribiles penæ infernales. s. priuatio deitatis, vilitas loci, ignis cruciatio, ablatio omnis refrigerabilitatis, afflictio obscuritatis includês etiã vermen conscientiæ, dæmonû associatio, inordinabilitas & perpetuitas.

¶ *Secunda pars de confessione Superbiæ.*

**D**omine in primis cõfiteor meã culpã & grauer deliquissè in pctõ superbiæ, p̄cipuè de. 4. filiab<sup>o</sup> & modis præactis. vide & exprime ibi illas species & modos p̄dictos, in quib<sup>o</sup> te culpabilè cognoueris.

¶ Item nimis sollicitus fui diuersis medijs q̄rendo & affectando laudes, honores & reuerentias hoim.

¶ Item fateor me deliquissè frequêter in arrogãtia & p̄sumptiõc, iactitã & ostendês verbis, scriptis, factis, exteriori cõuersatiõc, aut alijs signis, me doctiorè, nobiliorè, prudentiorè, &c. q̄ in veritate fuerim.

¶ Item de ypocrisi, simulãdo me deuotû & sanctû corã populo, visitando sermones, celebrando, docendo, prædicãdo, studendo, orando, ieiunãdo, &c. vt viderer ab hoibus. Ego contèpsi p̄ximos quosdã p̄cipuè qui erãt inferioris gradus, stãtus, nobilitatis vel alterius conditiõis, erubescês cum talibus cõuersari, præsertim si parêtes habui egêtes, nō bene habituos, vilioris conditionis & modicè æstimationis apud populû verebar & indignabar eos cum ceteris

maiori-



maioribus ad prandiū vocare, ac cum eis cōuerfari,  
& indignanter proteruē eos & alios quosdā etiā su-  
periores alloquutus sum, reputando eos indignos  
mihi loqui & cōuerfari. Non libēter audiui alios in  
aliquib<sup>9</sup> gratijs vel donis supra me laudari. Et cū  
aliquas quorundā superiorū vel aliorū audirē reci-  
tari laudes de sciētia, nobilitate, deuotione, aut alijs  
donis vilipēdi illa & minus iusto estimauī, mea sem-  
per maiora estimās & anteponeas. Item appetij sem-  
per primas sēsiones in mensa, salutationes in foro,  
prę ceteris honorari, & cum maioribus reputari, &  
ante alios deliberare & egrē tuli, quādo me digniori  
noīe Doctoris, Militis, Burgimagistri, &c. vel alio  
eminēti noīe platurę, dignitatis, status vel officij nō  
noīauerint, vel mihi nō tantū exhibuerint sicut cete-  
ris honorē & reuerētiā, quos nimis immoderatē ap-  
petij. ¶ Itē de inani gloria reū me cognosco, opera  
bona ideo in publico corā alijs feci vt essem in fama,  
reputatione, & æstimatione aliorū, & vt dicerer ab  
hoībus prudēs, sanctus, & fautor pauperum ac rei-  
publicę, &c. ¶ Recitaui bona per me dicta vel facta  
corā alijs, & quandoq; etiā mala, vt inde laudē con-  
sequerer. Et in confessione recitaui diuersa pietatis  
opa per me facta, vt confessor me sanctū reputaret.  
Excusaui me in confessione magis q̄ accusaui, impo-  
nendo alijs principalē culpā. Et quōd ad hoc deueni  
per tentationē dæmonis, per prauā societate indu-  
ctus, & si præsciuissem quæ iam scio, nunq̄ perpetrā-  
sem, &c. ¶ In bonis meis operibus regulariter oc-  
currerūt venti & diuersi stimuli inanis glorię, quos  
nō reppuli ad statim, sed nimis morosus desuper fui  
cogitando & complacentiā habēdo. Et nimis mihi  
ipfi

ipſi afficior, & inordinato nimio amore cōcupiſcentiæ meipſum diligo. ¶ Item nimiū curavi iudicia, dicta, opiniōes, & complacentias hoīm, frequenter magis timēs populi q̄ Dei indignationē incurrere, & plus cupiēs ſuperbis & mūdano modo viuētibus gratificari q̄ Deo & viris religioſis & ſanctæ vitæ.

¶ Prætermiſi verbum Dei docere, Eccleſias & ſermones viſitare, ſtudere, ſocietates & cōmeſſationes vitare, ac alia diuerſa bona pietatis opera facere neglexi, vel omiſi, ob quorundā deriſorū oblocutionē, qui dicerēt me eſſe Phariſeū, Ieſuitā, Hypocritā, beſtinam, &c. ¶ Fui parētibus, prælatis, magiſtris, & ſuperioribus inobediēs eorū pceptis ac ſalutaribus monitis contēnens ac quieſcere, quinimo potius ea vilipendi, deriſi, & contēpſi ſuperiores meos reputando eos indigno tali prælatiōe, dignitate, vel officiō. ¶ Pudore, maliuolētia, vel alia quadā pertinaci animi elatione nolui petere veniā à præceptoribus meis, aut alijs æqualibus per me notabiliter offenſis per detractiōnē, aut iniuriā aliquā verbalē vel realē.

¶ Irriſi proximos gloriando in hoc, quòd quosdā naturales defectus & aīæ aut corporis vicia habuerunt quę nō ego. Illa eis obijciendo, improperto, & corā alijs recitando. Et viſum eſt mihi, quòd ego ſolus prudēs, nobilis, formoſus, & perfectus erā inter alios. Etiā fui vnus cenſor morū, vix auiſ vna per plateas tranſire pōt, cuius plumas per irriſiones non detrahā. ¶ Item arrogāter mihi ipſi aſcripſi, & proprio ingenio multa in diuerſis facultatib⁹ & ſciētijiſ ſcire, & expertum eſſe in practica iuriſ, medicīnæ, in mercātijiſ, in officio mechanicorū, quæ tamē ab alijs didici & vidi. Et corā alijs ſcripta quorundā docto-  
rum

rum non oībus notorū legi & imprimi feci sub me  
noīe, quasi ex ppria pharetra venissent, cū tamen  
originaliter & principaliter oīa ferè ex alijs habue  
rim. ¶ In multis consilijs, argumentationibus, ser  
monibus, &c. simulavi me ex tēpore multa dixisse  
& nō studuisse, nec magno labore, aut aliorū instr  
ctiōe habuisse quæ sciuerā, vt ingeniosus, solers, &  
inuētiuus ab hoībus dicerer, & ob hoc etiā frequen  
ter omisi alios peritiores & sanctiores consulere.

¶ Suadeo oībus Consiliarijs, Aduocatis, & Con  
fessoribus, occurrentibus p̄cipuè casibus intricatis,  
studio & deliberatione egentibus, ne faciles sint in  
diffiniēdo, & casus arduos indeliberatè resoluēdo,  
sed remittant petentes consiliū ad peritiores, vel eos  
alio tēpore redire faciant, donec libros & doctiores  
consuluerint. ¶ Clamorosus & verbosus fui in ar  
gumentatiōibus, in omni facultate & materijs quib  
uscunq; me exhibendo quasi expertū, magis hoīm  
gloriam, q̄ me ipsius & aliorū quærēs ædificationē.

¶ Item fui valde immansiuus propriæ opinioni, in  
diētis deliberando in senatu, in collegijs. In electio  
nibus p̄latorū vel gubernatorū seculariū laboravi,  
vt singularis viderer in deliberationibus & ab alijs  
cōmendatus de nouis adinventionibus, frequenter  
in periculū aīarum & dispendiū reipub. Et per ben  
das, factiones, ac alia subtilia media sciui lucrari ho  
mines, & eos trahere in meā sententiā & opinionē,  
vt caput & magnæ auctoritatis reputarer in tali pa  
tria vel cōitate, quòd etiā nōnunq̄ fieri solet ex ran  
core vel cupiditate. ¶ Sollicitaui per munera, me  
dioq; diuersorū dominorū & amicorū promoueri  
ad Episcopatū, villicatum, burgimagistratū, ac alias  
digni-

dignitates, officia, & dominia, quibus minimè idoneus fui, vt alijs sic esse possem dominus & aliorum gubernator, qui difficulter meipsum regere valeo. Et diuersos alios honores ambiui & valde ambitiosus fui. ¶ Fui curiosus, sollicitus, & singularis nimium, in scientijs vanis, peregrinis, & nouitatibus addiscendis, quæ nõ ædificat, nec ad rem conferunt, sed sunt de lana caprina. ¶ Item in sermonibus, relationibus, orationibus coram populo, in scriptis, in cantu, &c. principaliter & singulariter laboraui placere populo, & magis aures hoim vocibus & subtilitatibus demulcere, quàm eorū mētes illuminare & edificare, vtendo fucato sermone & verborū obscuritate. Ille detestabilis & magnus est error pluriū doctorū, qui in suis doctrinis & scriptis nimium insistant fucato verborū, & elegantijs terminorū, vtentiū extraneis & amphibologicis orationibus, quæ ppter difficultatē, & stili obscuritatem, vix, aut cum summa difficultate capi possunt, etiā à mediocriter doctis.

*¶ Superbia in vestibus & rebus exterioribus.*

**I**nsuper fateor me culpabilē & defectuosum circa vestitū & ornatū corporis, in quo fui nimis curiosus: gloriādo in præciositate, singularitate & multitudine vestiū, foderaturarū, pepulorū, annulorū, & aliorū iocaliū vltra decentiā status mei. ¶ Itē multum tēporis frequēter deduxi per inanē sollicitudinem & occupatiōes circa formā & nouas vestimentorum adinventiones. Et si aliquē nouū habitū ab alijs vidi deferri, statim eos & illorū mores insecutus sum, cum quibus tamen nõ sum paris conditiōis & status. Multa enim decent & cum honestate deferre possunt nobiles, curiales, & potentiores, quæ  
alios

alios ciues & populares nō decēt. ¶ In statura, p  
chritudine, colore, & dispositione corporis, facie  
manuū, in coma & ornatu criniū, circa frontē & c.  
ētus gēmis & auro vtendo supbiui, sedēdo, eccle  
& plateas deābulando vt viderer à viris & mulier  
bus & formosus dicerer atq; triumphator. ¶ Iter  
in festiuitatibus maioribus quādo maximè teneba  
Deo & diuinis vacare, fui plurimū circa ornatū co  
poris & curiositatem habitus impeditus, crines pe  
ctēdo, in speculo aspiciendo, &c. per q̄ fui frequēte  
rethe & muscipula capiens multas aīas. Fucō colo  
raui frontē & faciē, & laruata facie in veste muliebr  
iui, mōmando, chorifando, ludēdo, & diuersis alijs  
gestibus mundanis, hoīm gloriā quāsiui, quibus &  
plurimos ad pctā multa induxi. Itē in nuptijs pran  
dijs & cōiuijs apparatus magnū feci, & ostensionem  
in aureis poculis in multitudine, varietate, preciofi  
tate ferculorū & argenteorū, &c. Regalia & magni  
fica ædificia domosq; nimis sumptuosas construi  
nō ad condecenciā status mei. Item vestes preciofa  
diebus festiuis accōmodato cœpi, vel sub certo de  
nario vt in illistriūpharē. similiter & seruitores. Et  
in multitudine seruitorū, equorū, auiū, dominio  
rum, vtensiliū, &c. multū superbiui & sollicitus fui.  
Item superbiā & gloriā magnā q̄siui, & habui in hoc  
quòd descenderā de nobili p̄sapia, habēdo arma no  
biliū, & thesaurū copiosum, pulchrā vxorem, ple  
formas, q̄s à iuuetute in supbia educare cœpi &c.

¶ Tertia pars de remedijs contra superbiam, & ad ob  
tinendam humilitatem. Primum remedium.

¶ Consideratio triplex, Christi, Noītri, & Proximi.

**P**rimò O Christiane magnum & profundum ha  
militat

militatis & paupertatis Christi misterium in eius natiuitate vita & morte excogita. Nam teste Bernar. Tenellus infantulus rex regum Deus & homo, qui totum mundum vario vestit ornatu nascitur, non in palatio splendido nec lecto eburneo, sed in via tanquam aduena & peregrinus, ut nobis viatoribus qui non habemus hic ciuitatem manentem gloriam & seculi pompam contemnere doceret, qui non serico aut purpura, sed pannis vilibus inuoluitur in arcto praesepio in medio brutorum collocatur, ubi cibus angelorum factus est fenum brutorum, quia omnis caro fenum, & verbum caro factum est. ¶ Secundo, reuolue Christi praecellentem humilitatem in vita septem annis vel circiter in exilium, tanquam exul in Aegyptum missus est triginta tribus annis in vili & humili habitu, humile habes matrem & familiam ut seruus cum hominibus conuersatus est. ¶ Tertio, eius immensam humilitatem & subiectionem in morte considera. Humiliauit enim se teste Bern. usque ad carnem, usque ad crucem, usque ad mortem. Nam cum in forma Dei esset rex regum & dominus dominantium, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, habitu inuentus, ut homo humiliavit seipsum factus obediens & humilis usque ad mortem abiectissimam crucis, Ad Philip. 2. Ecce habes, inquit, Aure. Aug. humilitatis exemplum, superbiae medicamentum. Quid igitur intumescis o homo vas stercorum, O insanes fetida, quid inflaris. Princeps tuus humilis, & tu superbus, caput humile, & membrum superbum, quanto magnus es humilia te in omnibus. Eccl. 1. 3. ¶ Attende insuper integerrimam virginis Mariae humilitatem reginae angelorum, cuius maximam humilitatem Deus respiciens matrem Dei eli-

C gere

gere voluit. Exemplū sume in oībus sanctis in plurimis religiosis & personis deuotis, qui nobiliores, ditiores, & potentiores te sunt. In vili tamen habitu & humili cōuersatione, omnē seculi pompā contēnentes Christū, quantū possunt in omni humilitate genere insequūtur, & ideo æternaliter exaltabuntur. Ad quos superbi, & huius seculi triumphatores dicturi sunt in die iudicij, illud Sapient. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarū iactātia quid cōtulit nobis? & gemētes prę angustia spūs mirātes in subitatiōe insperatę salutis, dicent. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisū, & in similitudinē improperij, nos insensati, superbi, & excecati vitam illorū estimabamus insaniā, & finē illorū sine honore. Ecce cōputati sunt inter filios Dei & inter sanctos fors illorū est. Ergo cōstatiam, quōd errauimus à via veritatis & humilitatis, & iustitię lumen nō luxit nobis, & sol intelligentię non est ortus nobis. O quomodo lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, sicut sunt vię superbiorū. Vndē maximis laboribus superbi & seculi amatores hoībus volētes cōplacere, cum difficultate has vias superbię & iniquitatis perambulant, & viā veritatis & humilitatis ignorant & contemnūt quę ducit ad vitā, & pauci ingrediūtur per eam, plurimi aut per aliam viā perditionis. Ideo meritō dicitur, Matt. 20. quōd multi sunt vocati, pauciverò electi: quod horribile verbū etiā de solis Christianis & fidelibus veritatē habet: videmus enim maiore christianorū multitudinē mandata Dei non obseruare, & mors regulariter correspondet vitę: vndē vt inquit Hieron. in transitu. Vix de centū milibus quorum

rummala fuit vita, in morte diuinā indulgentiā ob  
tinebit vnus. Et August. in ser. de innocētibus. Hac  
animaduersione percutitur peccator, vt moriēs obli-  
uiscatur sui, qui dū viueret oblitus est Dei. ¶ Me-  
mento ergo creatoris tui ô homo in diebus iuuen-  
tutis tuæ & prosperitatis, & operare dum dies est &  
tempus habes, anteq̄ nox veniat & tēpus senectutis  
atq; afflictionis tuæ, & appropinquent anni de qui-  
bus dices, nō mihi placēt. Eccles. 12. ¶ Authoritate  
etiā sanctorū probari posset dictū verbū veritatem  
habere, de solis christianis intelligendo. dicit enim  
Grego. in quadā omelia super Matth. Ad fidē plu-  
res veniūt, sed ad regnū cœleste pauci perducūtur.

¶ Similiter August. in lib. de vero cultu. Arbitror,  
inquit, tres mundi partes fore dānandas, eò quòd in  
oēs regnat infidelitas, de quarta aut̄ parte qd dicā,  
nisi quod scribitur. i. Ioan. 5. Totus mundus in ma-  
ligno positus est. Et glosa super dicto verbo. Matth.  
20. dicit, quòd multi sunt vocati ad fidē & ad nup-  
tias, pauci verò electi ad regnū. ¶ Hęc & similia con-  
ueniēter supbis & Deū nō colētibus obijci possūt,  
vt in humilitate & Dei timore de cætero viuant.

¶ *Secundum remedium.*

**C**onsideratio nostri in Natiuitate, Vita. & Mor-  
te. Micheæ. 6. dicit propheta. Humiliatio tua in  
medio tui. mediū præsupponit vtrunq; extremū. In  
homine sunt natiuitas & mors, inter quæ mediat  
vita. humiliari ergo debemus considerando nostrū  
initiū, mediū, & finem. vndè nudi egressi sumus de  
vtero matris, & nudi reuertemur illuc Iob. 1. Quid  
igitur superbis terra & cinis, omnis potētatus bre-  
uis vita, rex hodie es, cras morieris & hæreditabis



serpentes, bestias, & vermes. Vita ergo superbiam,  
quoniã initiũ omnis peccati est superbia. Sedes du-  
cum superborũ destruxit Deus, & superborũ me-  
moriã perdidit, & reliquit memoriã humiliũ sensu.  
Eccl' i. 10. In vestitu etiã non glorieris vnquã, nec in  
die honoris tui extollaris. Eccl' i. 11. Vide ô homo  
inquit Bernardus, vndè veneris, & erubescere vbi sis,  
& ingemisce quo vadis, & contremisce. ¶ Interro-  
gatus quidã philosophus quid esset, respõdit. Sper-  
ma fetidum, vas stercorũ, & esca vermiũ. O formos-  
i uuenes, virgines, & seculi amatores, postq̃ in terra  
ad triduiũ esca vermiũ fueritis, honor, gloria, & pu-  
chritudo omnis deperiet. Fallax enim gratia & va-  
na est pulchritudo. Prouerbiorũ vlt. quæ multis est  
ocasio damnationis. O quot pulchræ mulieres in  
extremis existentes desiderarēt se semper fuisse le-  
profas. O superbè nosce ergo te ipsum qualis sis se-  
cundũ animã quæ à Deo & ad Dei imaginẽ creat-  
est, secundum corpus quod de limo terræ format-  
est & in cinerem redigetur, memeto quòd cinis es  
secundũ vitã, quia florem iuuentutis ociosè in seculi  
pompa & honoribus deduxisti, secundum mortem  
qualis sis futurus, cuius hora & modus tibi incer-  
tus est. Dic ergo cum deuotissimo Francisco vul-  
rum Christi vexillifero. Tu quis es, quis sum ego.  
Tu Deus meus, & omnia mea. Vbi sum, in valle ma-  
seriæ & lachrymarũ. vbi fui, ex nihilo creatus & fre-  
quenter in periculis æternæ dånationis. Misericor-  
diæ enim domini quòd non sum consumptus sicut  
plurimi, quorũ nõ tanta fuere peccata. ¶ Ora cum  
August. in lib. solilo. Nouerim te, nouerim me, hæc  
summa est philosophia & humilitas nosse te ipsum.

¶ Tertius

¶ *Tertium remedium. Consideratio proximi.*

**D**Octrina hæc præcipua est pro vera humilitate obtinēda, videlicet modica de teipso estimatio, & maior semper de proximo. Et contēnere iudicia, hominū. vndē est notabile dictū Cassiani, quod frequenter deuotus pater Theodricus de Munster in sermonibus suis in mediū adducere solet. Prima. i. præcipua est virtus, contemnere iudicia hominum. Idem suadet Apostolus ad Philip. 2. inquiēs. In humilitate superiores inuicē arbitrātes. vbi glosa. Non hoc ita debemus estimare, vt nos estimare fingamus, sed verē estimemus posse esse occultū donū in alio in quo nobis superior est. Existimate inqt Aug. lib. de virginitate. Aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Possum nanq; sine falsitate & mendatio me cæteris iudicare viliorē, Deoq; minus gratū, ppendēs defect<sup>o</sup> plurimos etiā occultos in teipso, & dona ac bona plurima in pxi mis quæ in me nō sunt. ¶ Ego inquit summus doctorū Paulus, sum minimus apostolorū, qui nō sum dignus vocari apl'us, quoniā psecutus sum ecclesiā Dei. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id qđ sum, & gratia ei<sup>o</sup> in me vacua nō fuit, sed ambūdātius illis oībus laboraui. Nō ego autē sed gratia Dei mecū. Verus humilis (teste Benar.) nō hūilis sed vilis vult reputari.

¶ *Contra curiositatem & superbiam vestimentorum, remedium.*

**I**N vestitu ne vnq̄ glories. Eccl' i. 3. Dic cum Apostolo. 1. Thimo. 6. Habentes alimēta & quibus tegamur his contenti sumus. & Matthei. 6. De vestimēto quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, nō laborant neque nent & Deus sic

vestit. Nudus hūc mundū & vallē miserię ingressus  
es, & nudus egredieris deferēs tecū fortassē vilissi-  
mum quoddā lintheamē. Quid tūc tibi pderit mu-  
tudo, varietas, & præciositas vestimentorū quæ  
tineis comedētur, tu verò à vermibus. Erit tūc pro  
suauī odore fœtor, pro sona funiculus, pro crispate  
crine caluitium, pro fascia pectorali ciliciū & sic de  
alijs, vt dicitur Esaiæ. 3. vbi enumerātur omnia fer-  
ornamenta mulierū à capite vsq; ad pedes. ¶ Et pe-  
tant quidā in vestibus preciosis & curiosis solū con-  
sistere quandā vanitatē & leuē curiositatē quæ non  
esset nisi veniale. sed audiant illi Grego. in quadam  
omelia. Sunt inquit nōnulli qui cultum preciosariū  
subtiliumq; vestiū nullo vel leuissimū putāt esse pec-  
catū, quòd si culpa nō esset, nequaquā sermo Dei tam  
vigilanter exprimeret, quòd diues qui torquebatur  
apud inferos purpura & bisso indutus fuisset. Ne-  
mo quippe preciosam vestē. i. excelsiuā pprij status  
nisi ad inanē gloriā querit. hæc ille. ¶ Nec obstat de  
ministis ecclesiæ qui preciso & pulchro habitu vtū-  
tūtur, hoc enim fit ad Dei gloriā & magnificentiā di-  
uini cultus. Reges etiā & principes preciosis vestib;  
vtūtur ad significandū excellentiā sui status. Potest  
enim q̄s purpura, auro, bisso, alioq; preciso & pul-  
chro vestimēto & corporis habitu sine peccato vtī,  
modo statui suo conueniat & gloriā hoīm inde non  
querat, nec aliquē scandaliset vel ad pētūm inducat.  
Vndē legitur de beato Augu. vt refert Thomas quòd  
neq; vestes nimis preciosas, neq; nimis abiectas ha-  
bere voluit, quia in vtriusq; hoīes suā gloriā quæruūt.  
¶ Superbia enim principaliter in corde magis q̄ in  
vestitu consistit: sed sicut ex plumis dinoscitur auis,

ita curiosus & excellens habitus nonnunquam est  
iudicium superbi cordis.

*¶ Vfus vestium quomodo est peccaminosus.*

**Q**uestio. Vtrum circa vestitū & quomodo circa  
ornatū corporis cōtingit peccare mortaliter.

*¶* Pro solutione huius quæstionis & multarū simi-  
lium quæ possent in omni materia & quolibet ge-  
nere peccati moueri, maximè cōducit hæc notabilis  
regula. Quòd finis & intentio dāt operibus nostris  
speciē bonitatis & malitię, rationē meriti & demeriti,  
nomē virtutis & vitij. Hæc fundatur in summo  
philosophorū principe Aristotele in suis moralibus,  
præcipuè ethicis, & est concors omnium theologorū  
sentētia. Nam finis est principalis circumstātia, & in  
moralibus habet rationē obiecti, scđm beatū Tho-  
mam. 2. 2. q. 4. 7. Vna enim & eadem operatio atq;  
res cadere potest sub actibus diuersorū habituum &  
diuersarū potentiarū, sed secundū diuersas ratiōes.  
Ratio autē formalis oīm quæ sunt ad finē attēditur  
ex parte finis. & ideo ex relatione actuū ad diuersos  
fines diuersificātur ipsi & eorū habitus. Nam actus  
indifferēs, sicut leuare, festucā comedere, &c. pro-  
pter intentionē finis redditur bonus vel malus. Simi-  
liter actus de se bonus sicut dare elemosynam pro-  
pter intentionem finis scilicet inanis glorię vel alte-  
rius redditur damnabilis. Ideo in omnibus opera-  
tionibus nostris debemus Deum pro fine princi-  
pali constituere, iuxta doctrinam Apostoli. 1. Cor.  
10. Hanc materiā latius videbis infra. 8. cap. de pec-  
cato mortali. *¶* His præmissis respondeo ad quæ-  
stionem, quòd vtens præciosis pulchris & curiosis  
vestibus vt alios vel alias ad sui concupiscentiam &

carnis libidinem trahat, sicut plerūq; fieri solet, peccat mortaliter, sicut & videns mulierē ad concupiscendā eam Matth. 5. Si autē hoc nō intendat, sed titur eis ex quadā læuitate, quia delectatur incuriositate, pulchritudine, & pulchro ornatu corporis & vestimentorū, habēdo inde etiā quadā inanē gloriam & sensualem cōplacentiā, cupiens illū ornatum etiam ab alijs vederi & commendari, tunc nō sēper peccat mortaliter, sed plerūq; venialiter sicut dicitur Tho. Nam illa sensualis cōplacētia amor, & curiositas in vestibus, armis, libris, vtenfilib<sup>9</sup>, aut alijs externis rebus non excludit Dei dilectionē, nec mandatorum eius obseruationē impedit: & hoc nisi talis habitus & ornatus esset notabiliter excessiuus ultra statum & condecenciā, aut scandalosus vel indolentius ad peccatū. Si verò nō intendat alios vel alia trahere ad cōcupiscentiā, sed intendit & cōcupiscit honorē, iactantiā, gloriam & laudē hominum, cōstituens ibi finē, peccat mortaliter, & hoc tunc accidit, quādo quis ad eō inuigilat & sollicitus est circa vestimenta, aut alia terrena quōd Deum & eius mandata ex hoc postponit & transgreditur.

*¶ Usus & ornatus vestium peccaminosus esse potest tripliciter.*

**P**Rimò, quia fit præter consuetū morem. Nam in vestitu morib<sup>9</sup> & cōuersatione debemus nos conformare alijs eiusdē gradus, nobilitatis, diuitiarum, status atq; cōditionis. Turpis est enim pars quæ sua non cōgruit vniuerso disti. 8. quæ contra mores & est Augu. Et idē in lib. de doctrina Christiana. Qui quis reb<sup>9</sup> prætereuntib<sup>9</sup>, scilicet cibo, potu, vestib<sup>9</sup>, & huiusmodi restrictius vtitur, q̄ in se habeant mo-

res eorum inter quos viuit, aut superstitiosus, aut intemperans est. Et intelligendum est istud de imitatione morum & vestium quando sunt honesti & boni mores & decentes habitus. Nam abusiones nō debemus imitari, sed vt dicit Isidorus, Prauū vsū lex & ratio vincat. Nam vt dicit Antonius. 4. par. ti. 4. tractans ad longum hanc materiam. Si de vsu patriæ alicuius sit vt mulieres deferāt vestes versus colū scissas & apertas vsque ad ostentationem pectoris & vberum est turpis & impudicus modus multos ad concupiscentiam alliciens, quare non seruandus. Illicitum etiam est quòd vir vtatur veste muliebri, & e contra. nam hoc frequēter est causa lasciuie & multorum malorum. Et specialiter prohibetur Deutero. 22. Non induatur mulier veste virili, nec vir veste fœminea, Abhominabilis est enim apud Deum qui hoc facit. Et vt dicit glosa ad Hebręos. 4. Contra naturam est virum muliebria facere, comā crispare, torquere capillos. Vir namq; inquit Apostolus, si comam nutriat ignominia est illi. ¶ Secundo propter defectum, & ex parte illius potest esse duplex inordinatio. Vno modo ex negligentia hominis, qui nō adhibet studiū & laborē ad hoc quòd exteriori habitu & cultu vtatur scđm quod oportet vbi & quando secundū exigentiam status. Vnde vt dicit Philoso. 7. ethi. Ad molliem pertinet & vitium est quòd quis trahat vestimentū per lutū & nō curat ex desidia eleuare ipsum. Videmus enim propter talē nimiam negligentiam, inconsiderationē, vilitatem, turpitudinē, immunditiā, & indecentiam habitus quasdam mulieres continē à suis viris, & e contra. atq; platos reddi contēptibiles & paruę estimatiōis.

Doctores enim & plati decēti honesto habitu in  
exigentia sui eminentis status & mores suę patrię  
debēt. Secundò ex eo quòd quis defectū exterioris  
cultus ad gloriã hominũ ordinat, vt vilis & humilis  
reputetur. vt quidã in habitu religionis, & etiã in  
vestitu mundano plures præ se ferūt simulatã sancti-  
tate & humilitatē fingūt, vt sic vel ab hoĩbus laudari  
dētur, aut multas procurēt elemosynas sibi dari. Quorũ  
dam etiã aliquoties reperti sunt in habitu monachorum  
& heremitarũ cõmisisse furta, latrocinia, tra-  
ditiones, &c. Nolite ergo omni spiritui credere. Atte-  
dite & caute ab illis falsis religiosis & prophetis, qui  
veniēt ad vos in vestimentis ouium, intus verò sunt  
lupi rapaces. Si tamē sit aliquis propheta vel singularis  
vitæ in austeritate pœnitentiæ per vilē habitum Deo  
seruiens alijs verũ humilitatis signũ præbēs, licitè  
meritoriè hoc facit. de illis dicitur ad Heb. 11. Cuius  
cuiuerūt in melotis & pellibus caprinis. sicut sanctus  
simus ille propheta Ioannes baptista habebat vesti-  
mēta de pilis camelorũ. ¶ Tertiò, circa ornatũ cor-  
poris & vsũ vestium cõtingit aliquē peccare propter  
inordinatũ affectũ, & hoc tripliciter. Primò, quia  
vultu tali ornatu & curioso habitu quærit gloriã hu-  
manã, gratificationē populi, videri magnus & de-  
formosus, &c. sicut plures omnē facultatē suã in ve-  
stimentis, quidã in vtesilibus & ornatu domus, alijs  
alijs exponūt. Magna est illa stultitia, quòd vas ple-  
num stercoreibus & esca vermiũ ornatur gemmis &  
cingulis aureis, vbi vas electissimi vini nõ ligatur, nisi  
si cingulis siue circularibus ligneis. Secundò, quia per il-  
lum curiosum & delicatũ habitũ quærit delicias cor-  
poris vtendo lintheis subtilib⁹, mollibus & preciosis  
pellibus,

pellibus  
tur in  
tudine  
rum.  
¶ D  
citur  
ornat  
Chri  
tamē  
nuda  
in die  
lis ex  
Ami  
nun  
vesti  
vesti  
habi  
& au  
in na  
tus e  
vesti  
relig  
inco  
cita  
illu  
¶ Q  
cine  
Ch  
de  
rum  
rub  
cat

pellibus, de quibus Matth. 11. Qui mollibus vestiuntur in domibus regū sunt. Tertiō, quia nimia sollicitudinē apponit circa talē cultū & vsum vestimentorum & tempus perdit ac inutiliter in illis consumit.

¶ Doctrina insuper est utilis ad vitandū hōi sollicitudinē, affectionē & occupationē circa vestitū & ornatum corporis, vt mediteris quintuplicē vestitū Christi Iesu regis cœlestis q̄ vilissimo habitu, mūdo tamē & decēti vsus est: & ne aīa carēs veste nuptiali nuda in cōspectu illius regis, & districtissimi iudicis in die iudicij particularis mortis scilicet, & vniuersalis extremi compareat audiēs illā mestissimā vocē. Amicē quō huc intraſti nō habēs vestē nuptialē. Sis nunc magis sollicitus circa eam q̄ circa corpus aut vestitū. Anima enim plus est q̄ eſca, & corpus plus q̄ vestimentū. Luc. 12. & ornes animā quintuplici isto habitu. s. paupertatis, hūilitatis, puritatis, charitatis, & austeritatis pœnitentię. ¶ Primō enim Christus in natiuitate habuit viles panniculos, quib⁹ inuolutus erat in p̄ſepio, per quos cōueniēter significatur vestis paupertatis, qua nos omnes, p̄cipuē tamen religiosi vestiri debemus. Secunda vestis erat tunica incōsutilis, simplex significās hūilitatē & simplicitatē cordis. Tertia erat vestis alba qua ab Herode illusus fuit, significans puritatē siue castitatē mētis. Quarta vestis rubra de qua Matth. 27. Clamidē cocineā circundederunt ei. ideo angeli admirantes in Christi ascensione, dixerunt. Quis est iste qui venit de edom. i. sanguineus, qui viderāt cicatrices vulnorum tinctis vestibus de bosra. i. de tribulatiōe. quare rubrū est vestimentū tuū, &c. Esa. 63. per hāc significatur vestis charitatis qua anima fulciri debet quæ  
debet



debet esse ardens & feruens erga Deū & proximo.  
Charitas datur ignis Luc. 12. Ignē scilicet dilecti  
veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt accēdat  
& ardeat. Iste ignis in aīa succēsus tripliciter con  
uari debet ad similitudinē ignis materialis. Primi  
cineris suppositiōe per meditationē mortis: nam  
nis es & in cinerē reuerteris. Secūdo, lignorū ap  
firiōe per multiplicatiōē bonorū operum. Tertio  
vigilāti infufflatiōe per intensa desideria & arden  
suspiria ad cœlestia cupiēdo dissolui & esse cū Ch  
sto, de quo infra cap. 12. ¶ Quinta est vestis purp  
rea. Ioā. 10. Vestē purpurēā circumdederunt ei,  
significat austeritatē pœnitētię hāc habuit Mag  
na 30. annis in deserto. Petrus 39. Ioannes Bap  
25. Maria Egyptiaca 47. annis. Adā 930. Dauid  
magnus post casum in adulteriū, homicidiū, & su  
biā continuē hac veste vsus fuit, dicens Psal. 41. E  
runt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, & Ps  
6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas m  
etes lectū meū: lachrymis meis stratū meum riga  
&c. ¶ His generibus vestimentorū si animā tua  
hic ornare velis in nuptijs magnis regis cœlestis v  
stæ nuptiali charitatis insignit⁹, in die iudicij glori  
sē comparebis, & delitijs æternaliter pfrueris in n  
gno cōiuiuo regis cœlestis. Assueri. qđ si nūc orna  
tum superfluū vestimētōrū corporis cōtempseris  
recipies tūc in corpore quadruplicē vestē claritatē  
scilicet, agilitatis, impasibilitatis, & subtilitatis qu  
sunt 4. dotes corpis gloriosi. Et in aīa triplicē orn  
tū, siue 3. dotes q̄ sunt visio, dilectio, & fruitio. ¶ He  
attēdas o Christianē menti q; imprimas, ne mollit  
præciositatē, varietatē quoq; vestimentorū corpo  
ris, qu

ris, qu  
ruptio  
mata  
de qu  
men

D  
lum  
ius n  
petit  
est g  
q̄ ira  
ex p  
aliqu  
tale  
talis  
que  
cut  
attis  
fens  
pot  
ex  
re a  
vt  
ex  
p  
ira  
sua  
tu

ris, quærendo quæ pereunt, vestimēto gloriæ incorruptibili priueris, & veste dānatorum ardente inflāmata fœtida cūm Lucifero & alijs supbis induaris, de qua Esaiæ 14. Subter te sternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes.

¶ De Ira secundum Capitulum habens tres partes.

¶ Prima pars, quid sit Ira & quæ species eius.

**D**ifferentia est inter iram, inuidiā, & odium quā ponit Tho. 2. 2. q. 58. Odiū appetit absolutē malū alicuius inquantū malū. Inuidus appetit alicuius malū ppter appetitū pprīe glorię, sed iratus appetit malū alterius sub ratioe vindictę, & sic odium est grauius peccatum quā inuidia, & inuidia grauius quā ira. Motus irę dupliciter est peccatū. Vno modo ex parte appetibilis, vt cū appetis iniustā vindictā de aliquo pximo, & sic ex genere suo est peccatū mortale, quā cōtrariatur charitati & iustitię, potest tamē talis appetit⁹ esse veniale, propter impfectionē act⁹ quę impfectio attenditur, vel ex parte appetētis, sicut quādo motus irę præuenit iudiciū ratiōis, vel si attingat iudicium ratiōis & cōsensum, est tamē cōsensus solū imperfect⁹ & nō cōpletus, sicut accidere potest in quolibet alio genere peccati mortalis, vel ex parte appetibilis, vt cū quis in modico se vindicare appetit, quod etiā si actu inferatur nō esset mortale, vt si aliquis in corrigēdo pueros vel discipulos suos excedat in modo corrigēdi, vel trahat aliquē puerū p capillos, vnde si quis etiā leuiter pcusserit clericū ex ira surreptitia, nō incidit canonē excōicatiōis. Si quis suadē, quā excōicatio maior p solo mortali infligitur.

¶ Secundo mō pōt motus irę esse inordinatus quātum ad modū irascēdi: vt si nimis ardēter in animo irasceris

irascaris, vel si nimis exterius ostēdas signa iræ sic  
quidā facillē concitātur ad irā, & irati tremunt, pe-  
lescunt, vix loqui possunt, qui plerunq; sunt natura  
colerici, & sic ira secundū se nō habet ex genere  
rationē peccati mortalis. pōt tamē cōtingere quod  
sit mortale, vt si ex vehemētia iræ aliquis excidat  
dilectione Dei & proximi. ¶ Quæstio. Vtrū irasci  
& turbari in animo semper sit peccatū? Respondeo  
post beatū Tho. 2. 2. q. 158. art. 1. & 2. quod nō sem-  
per est malū nec peccatū irasci, sed quandoq; expe-  
diēs est & laudabile. vndē dicit Chryso. super Ma-  
Qui sine causa irascitur reus erit, qui verō cum cau-  
sa nō erit reus. Nā si ira nō fuerit, nec doctrina pro-  
ficit, nec iudicia stāt, nec crimina compescūtur. nam  
ira propriē noīa quandā passiōē, passio autē appe-  
titus sensitiui in tantū est bona, inquantū ratiōe re-  
gulatur, si autem rationis ordinē excludat, mala est.  
¶ Ordo autē ratiōis in ira potest attēdi ad duo. Pr-  
mō, quantum ad appetibile in quod tēdit, quod est  
vindieta. vndē si appetas quod secundū ordinē ra-  
tionis fiat vindieta, & inferatur alicui pœna propter  
demerita sua, est laudabilis appetitus iræ, & vocatur  
ira per zelū. Si autē appetas quod fiat vindieta quali-  
tercunq; contra ordinē rationis. vt si appetas puniri  
Ioānem aliqua pœna corporis, famæ, & pecuniaria  
qui tamē nō meruit, vel vltra q̄ meruit, vel etiā non  
secundū legitimū ordinē, vel nō ppter debitū finē,  
qui est conseruatio iustitiæ, correctio culpæ, & pac-  
ificus hoīm cōuictus, erit appetitus & motus iræ vi-  
tiosus & noīatur ira per vitiū. ¶ Quæstio. Vtrū si-  
gna rancoris teneamur remittere? Respondeo post  
Alexan. Ha. doctorē irrefragabilē in. 3. parte sum-  
mæ

mē tr  
comi  
est p  
iustit  
sitat  
ris re  
netu  
ter se  
Ioan  
sequ  
vide  
enim  
tribu  
frust  
tiliū  
tē m  
tedi  
aliqu  
trou  
raliū  
fion  
min  
& g  
proc  
ritu  
cipa  
tos  
com  
tota  
iure  
nis  
trau

me tractatus de charitate, quod est rancor qui con-  
comitatur appetitum vindictæ, & hunc dimittere  
est præcepti, & est punitio quam comitatur zelus  
iustitiæ, & hanc nullus tenetur remittere de neces-  
sitate. Dicit enim Ricar. quòd tenetur signa rancor-  
ris remittere si inimicus petat veniam, nõ autem te-  
netur actionem remittere. Vndè si mihi verifimili-  
ter sciam vel credam competere bonum ius contra  
Ioannè, possem intentare litem contra eum, & pro-  
sequi eum & esse inimicus causæ, non personæ: sed  
videat quilibet ne mentiatur iniquitas sibi. Plures  
enim processus fouent magis cupiditate vindictæ &  
tribulandi partem aduersam quàm zelo iustitiæ, qui  
frustratorias dilationes quærunt & terminorũ inu-  
tilium copiã, vt sic prolixitate processus & litis par-  
tè molestet & cessare faciãt à prosequitiõe propter  
tediũ vel pecuniæ inopiã. ¶ Consiliũ salubre est, si  
aliqua oriatur vel orta sit inter vos aut vestros con-  
trouersia, lis, aut cõtentio occasiõe bonorũ tempo-  
raliũ, iniuriæ verbalis vel realis, vel quauis alia occa-  
sione, ne strepitũ & rigorẽ extremũ iuris prosequa-  
mini, fouendo lõgas lites cum animi inquietudine,  
& grauamine expensarũ. Durãt enim quandoq; illi  
processus ad decẽ vel viginti annos, tam in curia spi-  
rituali quàm seculari, & expensę litis lõgè excellũt prin-  
cipale, sed sumite hinc inde duos vel tres iurisperi-  
tos & discretos viros tanquã amicabiles mediatores,  
compositores, vel arbitratore, quib⁹ vos & causam  
totaliter submittatis vt per eos diffiniatur, prout de  
iure, vel potius per modum amicabilis compositio-  
nis & arbitramenti, apponendo pœnam de non con-  
traueniendo vel appellando. ¶ Duplicia sunt signa  
ran-

rancoris & irę vt dicit Seraphicus ille doctor Bo  
uentura in. 3. dist. 30. q. 4. & 5. ¶ Quędā sunt  
propinqua quę gerunt probabilē suspitionem  
coris. vt cū nunquā vis loqui his qui tibi iniuri  
sunt, vel cū tibi obuiant, diuertiste ad aliam  
team, vel toruo vultu respicis, non resalutando  
qui tibi salutes offerunt, & quos consueueras  
tare obuiantes. Et talia signa nō licet ostendere  
retinere, siue ante satisfactionem siue post, quā  
omni specie mali abstinendum est. Nam ex talibus  
signis patet inimicitia & animi rancor. Nam vt dicit  
quędā glōsa. 63. dist. in c. Cū Adrianus. Quis  
quis aliū nō salutat p̄sumitur esse inimicus, ma  
mē quādo sollicitus erat illum salutare vt limitat  
nor. Alia sunt signa remota. vt nō conuersari amice  
biliter, nec familiaritatem solitam ei exhibere, et  
frequēter alloquendo, inuitando, secū ambulando  
& alia seruitia impendendo, quę ex singulari qu  
dam amicitia & familiaritate solitus eram ei ex  
bere, & si hoc faciam vt magis viuā in pace & quiete  
mea, & ille magis cognoscat delictum suum & offe  
sam non pecco, nec teneor talia signa remittere. Et  
set tamen meritorium & nonnunquam expedire  
quòd remittantur vel saltem non diu durent illa  
gna, maximē cū alius licet mihi iniuriatus fuerit  
& offenderit me, recognoscit culpam & errorem  
suum & petit veniam per se vel inter medias perso  
nas, cupiēs amicitiam & familiaritatem solitam re  
nouare & firmiter intenter, sicut frequēter etiam  
accidit quòd amicitia & familiaritas ad tempus  
ter aliquos suspēsa postmodū renouata maior est  
firmior. Ex his patet solutio alteri<sup>o</sup> q̄stionis sequēti

¶ Quęstio

¶ Quęstio  
amici  
nauer  
q̄ q̄  
cos,  
nica v  
& suff  
ter nō  
mur e  
nem  
per ob  
non o  
non te  
tatē tr  
tenen  
uolen  
Vtrū  
catū,  
q. 76.  
tum n  
ex od  
secun  
lecti  
est pe  
cui sic  
mare  
ipsam  
quod  
affect  
cet io  
fert &  
vel de

¶ **Questio.** Vtrum teneamur inimicos diligere, & amicitie solita signa eis monstrare? Respōdeo post Bonauen. loco suprā allegato Ricar. & alios doctores, qđ quo ad effect<sup>o</sup> generales diligere tenemur inimicos, sicut predicādo, orādo generali oratiōe dominica vel ecclesiæ. Nam ab illis cōmunib<sup>o</sup> orationib<sup>o</sup> & suffragijs q̄ per ecclesiā fiunt pro oībus, generaliter nō possumus inimicos excludere. Similiter tenemur eis sicut cæteris optare summū bonū, beatitudinem & gratiā, sed hoc est affirmatiuū præceptū semper obligās non pro semp, tenemur tamē pro semp non optare eis carentiā taliū bonorū spiritaliū, sed non tenemur eis optare bona tēporalia & prosperitatē transitoriā, nisi in casu necessitatis: similiter nec tenemur eis subuenire & ostendere specialia beniuolentiæ & familiaritatis signa vt prius. ¶ **Questio.** Vtrū optare alteri malū & maledicere semp sit peccatū, & mortale? Respōdeo post doctorē sanctū. 2. 2. q. 76. ar. 1. Si quis optet proximo malū pœnæ in quantum malū quasi ipsum malū intendēs alteri euenire ex odio, rācore, vel vindicta, sic est mortale. Nā hoc secundū se repugnat charitati pximi, & sic talis maledictio siue mali imprecatio & optatio secundum se est peccatū mortale, & tātō grauius, quātō personā cui sic imprecamur malū aut maledicimus magis amare & reuereri tenemur. Veniale autem cōtingit ipsam maledictionē esse vel propter paruitatē mali quod qs maledicēdo alteri imprecatur, vel propter affectū eius qui profert maledictiōis verba dū scilicet iocose vel ex leui motu vel surreptione talia profert & optat. Sed nullū est peccatum si quis imperet vel desideret alteri malū pœnæ scilicet mortē incarcerationis.

cerationē, mutilationē, temporaliū iacturam, vel  
aliud malū sub ratiōe boni, videlicet sub ratiōe  
Sicut iudex & ecclesia maledicit excōmunicat  
vel sub ratiōe vtilis, sicut cū quis optat latronem  
vel alium maleficū pati mortē, ægritudinem, in  
liū mitti, &c. vel vt ipse sic à Deo visitatus meli  
ficiatur, vel vt ab aliorum nocumēto cesset, inno  
tes & pupillos nō opprimat, nec rempublicā & cō  
munē pacificū cōiūctum hominum nō turbet.  
Et sic licet optare & Deum orare vt ipse immū  
mortē corporalē, ægritudinē, vel aliā aduersitatē  
minis quibusdā & rectoribus certarū patriarū  
quibus cōstat qd' occasio & causa sunt periclitat  
animarū & reipublicæ, qui magis propriū q̄  
honorē quærunt, & pprium cōmodum q̄ paces  
vtilitatē reipublicæ, de quibus est verisimile qu  
psis in regimine existētibus, per iniustas exactiō  
innocentū oppressiōes, discordiarū seminatiōes  
tilitas cōcordia & pax nō fouebitur. Vndē tria  
inter cætera præcipua, propter quæ respublica  
manorum & frequēter plurimæ cōmunitates per  
rūt, videlicet Internū odiū, Particulare cōmodū  
Iuvenile consiliū. ¶ Nō possum⁹ tamē eis vel  
optare mortē eternā, nec etiā aliqd' malū in ratiōe  
vindictæ, aut ex odio vel rancore. Neq; optare  
alicui malū in quantum malum est, siue per se  
stendo, sed per accidens possumus, puta si credim⁹  
verisimiliter quōd hoc malum sit expediens ecc  
siæ vniuersali vel communitati.

¶ *Sex sunt filie Iræ.*

**F**ilie, modi, siue species iræ sunt sex scđm Greg  
mora, videlicet, Rixa, Indignatio, Tumor mē

Clam

Clamor, Blasphemia, Cōtumelia. Prima est in facto  
 duę alię in anima, tres postremę in voce. ¶ Rixa est  
 quodlibet nocumentū quod facto p̄ximus infertur  
 ex ira secūdum beatū Tho. 2. 2. q. 158. & q. 41. dicit  
 qđ rixa est in facto vnus ad vnū vel paucorū ad pau-  
 cos. Cōtētio est in verbis cōtradictio. Bellū propriē  
 est contra extraneos hostes. Seditio est inter partes  
 cōmunitatis inter se dissentientes. Scisma est diuisio  
 ab vnitae Ecclesiastica. ¶ Rixa ppriē est tūc, quā-  
 do ex priuato affectu irę vel odij quis alteri cōtra-  
 dicēs eum iniustē inuadit percutiēdo, inuadēdo ma-  
 nualiter, vel aliā iniuriā realē ipsi, suis, vel bonis eius  
 inferēdo. Et est mortale peccatū in eo qui aliū inua-  
 dit iniustē. In eo qui se defendit potest esse mortale  
 & veniale & etiā nullū peccatū. Nā si solo animo re-  
 bellēdi iniuriā illatā & cum debita moderatiōe quę  
 dicitur à iuristis moderamē inculpatę tutelę, se de-  
 fendat aliū percutiēdo vel etiā occidēdo quando ali-  
 er nullo modo manus eius euadere potest, non est  
 peccatū. Si cum animo vindictę vel odij vel cū exces-  
 su debite moderatiōis se defendat, semper est pecca-  
 tum, sed veniale quādo aliquis leuis motus odij vel  
 vindictę se immiscet vel cū nō multū excedit im-  
 moderatā defensionē. Mortale autē est quādo obfir-  
 mato & deliberato animo cōtra impugnantē insur-  
 git ad eum occidēdū vel grauiter ledēdum. Et sic  
 patet quod rixa oritur ex ira secūdū quod proce-  
 dit ad factum, indignatio tumor mētis procedūt ex  
 ira secūdum quod est in corde, clamor, blasphemia,  
 cōtumelia secūdū quod est in ore. ¶ Vndē indigna-  
 tio est quādo quis indignatur alteri reputando eum  
 indignū de tali beneficio quod illi impēdit. Tumor



mentis est quādo in animo cogitat & reuoluit di- rem n  
fos modos & vias vindictæ. Clamor est quādo bat in  
clamorosa, immoderata, & cōfusa voce cōtra vindi  
mum loquitur nominando eū stultū, &c. Vnde effect  
dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio. Quis hoc v  
dixerit fatue, reus erit iehenne ignis. Et oīs qui remitt  
citur fratri suo reus erit iudicio. Matth. 5. Blasphero et  
mia est cū quis prorūpit in verba iniuriosa co effect  
Deum. Contumelia quādo prorumpit in verbo cio me  
iuriosa contra proximū impropērādo ei aliquis fui sen  
fectus culpæ vel naturæ ad ipsum dehonorand mansi

*¶ Secunda pars de confessione iræ.*

SECUNDO specialiter & multipliciter confiteor mis m  
deliquisse in ira & animi perturbatiōe facillidine il  
ex minima & læui causa fui turbat<sup>9</sup> & iratus ergo per ha  
rètes, superiores, vxorē, ples, cōsocios familie tranqui  
&c. & in illa passiōe & metis inquietudine atq; gnabar  
turbatione nimis diu præstiti quādoq; ad vnā sc ab aliq  
manā vnū diē vel duos, &c. & adeo permisi illā dare pe  
sionē inualescere quòd freq̄nter absorbit rati patiēti  
ita quòd tremul<sup>9</sup> effectus pallida facie vix verbo bellum  
ferre potui, & multipliciter illā animi turbatiōe vel in  
exterius per diuersa signa ostendi: cōcitando et nō acq  
per hoc plures alios ad irā & scandalizando. ¶ & cōco  
sic offensus ab aliquo & perturbatus prorupimino c  
ba iniuriosa litigādo, impropērādo eis defect<sup>9</sup> cito &  
rales, ac etiā alia eorū vitia & pētā. Cognominat<sup>9</sup> ¶ Ite  
dedi dicēdo Racha, fatue, &c. Que secreta erāt reptiō  
& in publicū deduxi, semper volui vltimum hatatus, p  
verbū sicut mos est litigiosarū mulierum. Si aliq iusmo  
aduersitatis mihi euenerit, vel aliquid dictum a labora  
ctum fuerit ab alijs nō ad appetitū meū, quod h Eo s q;

rem meum famā bona tēporalia & meos concerne-  
 bat impaciēter me habui, vindicare cupiui, diuersos  
 vindicādi modos in animo diu cōcepi & tenui, & ad  
 effectum deducere conatus sum, dicendo corā alijs  
 hoc vindicabo in bonis eius vel in sanguine possum  
 remittere, sed non obliuiscar, tēpore & loco memor  
 ero etiā vltra viginti annos si potero. Et realiter cum  
 effectu vindicaui iniuriam mihi verè vel solū iudi-  
 cio meo apparēti illatā talibus medijs, &c. ¶ Item  
 fui semper valde attractiuus in animo & coleric⁹, &  
 mansit semper alta mēte repostum quando vidi, vel  
 quidpiā audiui quod mihi displicuit, & desuper ni-  
 mis morosus fui cum displicētia & animi inquietu-  
 dine illud frequēter reuoluēdo nolens obliuisci. Et  
 per has turbatiōes & impatientiā rarò fui securē &  
 tranquillæ mentis, & ad diē vnum vel plures vix di-  
 gnabar loqui vel respōdere interrogationibus, nec  
 ab aliquo cōtentari potui, qui mētis turbulentiā se-  
 dare posset nisi prius vindictā sumpsissem. Et ex im-  
 patiētia multas lachrymas emisi. ¶ Item quādo est  
 bellum, seditio, diuisio, vel discordia inter aliquos  
 vel in aliqua cōmunitate cuius fui pluries occasio,  
 nō acquiesco aliorum consilijs, nec laboro pro pace  
 & cōcordia vbi cōmodè possem, quinimo poti⁹ se-  
 mino discordias & alios ad bendas & diuisiōes solli-  
 cito & induco per prandia munera factiōes, &c.  
 ¶ Item quādo per sermones, adhortatiōes, vel cor-  
 reptiōes in scabie & defectib⁹ meis tactus fui & no-  
 tatus, pessimè cōtentus fui & murmuravi cōtra hu-  
 iusmodi prædicatores veritatis vitia increpantes, &  
 laboraui tales repellere & ad regiones alias mitti.  
 Eosq; ac plures alios argumētationib⁹ friuolis subti-

litatibus & diuersis alijs medijs confundere  
sum, & ad methá redargutiõis perducere. ¶ Itē  
diuersos familiares & alios quos ad hoc cõdux-  
dias posui quibusdã emulis meis violēter eos vel  
bona inuasi, percussi, mutilaui, grauiter læsi, occi-  
manualiter. Et fuerūt clerici, sacerdotes, prælati,  
rentes, &c. ¶ Homicidia mente perpetravi opta-  
quibusdã iniustè mortē per modū vindictę, nõ ze-  
iustitię, & nisi timore patibuli, perditõis bonorum  
diffamatiõis, pudoris humani vel alterius pœnæ  
missem, vel si facultatē habuissem opere cõple-  
sem. Et meos filios atq; familiares precio, vel man-  
ribus aliosq; extraneos induxi, vt quendã cui nõ  
ne afficior interficerēt, vel aliquã aliã iniuriã reale  
infernēt. ¶ Itē cum à quibusdã inuassus essem nulli  
x vel iniustè restiti nõ ad me defendendū, sed ad im-  
dētes occidendū, & nõ seruauī debitā moderati-  
nē, q̄a interfeci tales inuadētes, mutilaui vsq; ad sa-  
guinis effusionē, vel aliter grauiter læsi vbi fugiē-  
vel leuiter lædēdo sine maiore periculo euadere  
tui. ¶ Item arrogāter & cū quadã gloria iactitā-  
retuli corā alijs quædã perpetrasse homicidia, pro-  
ximis iniuriã intulisse & vindicasse egregiè, de his  
qui iudicio meo fortè erroneo, mihi aut meis prius  
iniuriati fuerant. Itē quibusdã pluribus medijs mi-  
nat⁹ sum eis maledixi diffortunia & mala plurima  
eisde optando. ¶ Ex iracundia & animi turbatiõ-  
ac per modū vindictę clericos & statū Ecclesiasticos  
pupillos, innocētes, viduas, oppressi, taleas, thelo-  
nia, pedagia, gabellas, præstantias, ac alias quascun-  
que iniustas & insolitas exactiões eis & bonis Eccle-  
siasticis imponēdo. Et rarò bene afficior presbyte-

ris &  
fiasti  
ma p  
lares  
liun  
res, r  
lipen  
& ve  
subsi  
dum  
diuer  
tauer  
cui v  
loqu  
lētia  
savi e  
in eo  
cupe  
vel p  
man  
Item  
exec  
trup  
que v  
secur  
quã  
petel  
ad m  
paci  
amic  
fo te  
tãtia

ris & clero. Nam ab illo tempore quo Petrus Eccle-  
 siasticus Malco laico auriculā amputauerit, rarò fir-  
 ma pax, bonaq; cōcordia inter vitiosos quosdā secu-  
 lares & Ecclesiasticos fuit. Tales enim qui semp mo-  
 liuntur, insidiantur, & persequuntur clerū confesso-  
 res, religiosos, prædicatores, ac alios sacerdotes vi-  
 lipendunt, regulariter mala morte sine confessione  
 & vera pœnitentia decedunt, carentes in extremis  
 subsidio sacerdotū quos in vita contempserūt. ¶ Itē  
 dum viderem aut scirem quosdā mihi obuiaturos,  
 diuerti gressum ad aliā plateā, & si obuiādo me salu-  
 tauerint non resalutauī, toruo vultu eos inspexi, ta-  
 cui vel proteruē respondi eis, & indignabar eos al-  
 loqui. Mutuū ac aliā charitatis, pietatis, vel beniuo-  
 lētiae opera, quib⁹ tamē sciui eos satis indigere recu-  
 saui eis humiliter petētibus. Nec feci proximis sicut  
 in eodē vel similibus casibus, & in eodē statu mihi  
 cuperē fieri. Item denegauī veniā petentibus per se  
 vel per alios, nec remittere volui iniuriā illatam, sed  
 mansi rigidus, pertinax in opiniōe & duræ ceruicis.  
 Item quosdā iniustē molestauī diuersis citationib⁹,  
 executionibus, & processibus, quandoq; cautelis,  
 truphis, & sollicitationib⁹ meis pendētibus ad quin-  
 que vel decē annos, & magis lites intentauī, & pro-  
 secutus sum animo & liuore vindictæ & tribulandi,  
 quā zelo iustitiæ & prosequēdi ius, si quod mihi cō-  
 petebat, & vt partē aduersam molestarē, fatigare, &  
 ad maiores impensas inducerē. Nec volui pro bono  
 pacis & concordiae me submittere iurisperitis, vel  
 amicabilib⁹ arbitris, vt sic diutius causam in suspen-  
 so tenendo, tandē pars tædio & expensarum exorbi-  
 tātia eam indecisam relinquere deberet. Itē ex qua-

dam impatientia, praua consuetudine & calore  
ledixi Deo, sanctis, parētibus, prēlatis vel alijs  
mis, per Deum, Christi sanguinem, eius vulnera  
membra iuravi, præcipuè in ludo taxillorū, clerici  
maximè prohibitis, in opere mechanico, in cōtra  
bus, in mercātijis & alijs occupationibus, si quam  
aliqua fuerim pressus aduersitate. Itē blasphemau  
& murmurau, valde impatiēter me habui in in  
mitatibus, in morte amicorum, in perditione temp  
raliū, &c. Item peieraui siue periuriū cōmisi toties  
& falsum dedi testimonium ignorāter in re de qua  
nondū eram certioratus, vel etiā sciēter ex propo  
sito & animi rancore cōtra quosdā emulos, in iud  
icio vel extra, in præiudiciū honoris, vitæ, famæ, &  
bonorū temporaliū proximi. ¶ Item princeps, iu  
licus, vel quiuis alius iudex existēs, nimis strēuus  
& austerus fui in officio cōtra maleficos, inimicos  
ac etiā subditos. In bello vel alio tēpore in exeque  
ndo iustitiā, magis rancore & liuore vindictæ q̄ zel  
iustitiæ & correctionis illā expleui, vel explere feci  
quia homicidas & publicos latrones non expedi  
gladio vel patibulo, sed quosdā alios qui longè mi  
nus deliquerūt, ex quodā odio persecutus sum vsq̄  
ad pœnā capitis. ¶ Item in corrigendo filios, disci  
pulos, & subditos nō seruaui debitū modū & disci  
tionē, sed furioso capite eos per capillos traho, bac  
lis & pugnis, nō aut virgis sicut decet percutio, per  
bus conculco, &c. ¶ Consiliū sanū est pro parenti  
bus, magistris, & superioribus, præcipuè si sint col  
rici & multū passionati, facile cōcitati ad iram, quos  
in illa animi perturbatione nō corrigant, sed vel per  
alios corrigi faciāt, vel expectēt donec mitescat

ror & calor ille frigescat, & tunc virgis vel alio debito modo corrigat, etiã nō assidue, quia tūc assuefiunt & parū curāt plures iuuenes durę ceruicis, sed iuxta qualitates & diuersas iuuenū conditiōes hoc fiat. Quidã enim magis & facilius verbis q̄ verberibus ducuntur & emēdantur, alij ecōtra. Nō expedit tamen esse nimis laxū & remissum. Qui enim parcit virgē odit filiū suū: qui autē diligit illū instanter erudit. Prouerb. 13. vndē ad minus oportet tristitiã vultus quandoq; exhibere, & rigore etiã cum effectu secundum grauitatem & qualitatem delicti & conditionis corrigendorum adhibere medicinã. Nam Hely sacerdos à Deo morte plagatus fuit, quia nimis mitis fuit, remissē & non satis rigidē increpando filios suos delinquentes.

*¶ Tertia pars de remedijs contra iram, inuidiam, & impatientiam: de doctrinis pro patientia obtinenda, quæ est multis valde necessaria.*

**P**Rimò. O Christianè, qui à Christo nomē sumpsisti, & omnis Christi actio, nostra est instructio. ne solo nomine Christiano dicaris, sicut plurimi nomen habent quòd viuāt & mortui sunt, fatentur se nosse Deū, factis autē negant, ad Titū. i. exemplum fume & imiteris quantū possis Christū in vita præcipuè, in patienti aduersitatū tollerãtia, qui tanquã ouis ad occisionē ductus est, obmutuit & non aperuit os suū. Esa. 53. q̄ patienter sustinuit illã horribilem alapã in domo An̄e, opprobria, conuicia, derisiones, flagella, & tormēta inaudita in domo Cayphæ, Pilati, Herodis, in crucis baiulatiōe, in monte Caluarię, ac in extremis existēs pro persecutoribus & iniuriantibus orauit. ¶ Insuper patientiã virgi-

nis Mariæ perpendæ, quando cum filio in Ægyptū  
per desertū fugere debuit, & 7. annis exiliū passa, vi  
dens filiū eius vnigenitū dilectissimū flagellatū, co-  
ronatū, crucē baiulātem, & cruci clauis affigi à suis  
quibus tot beneficia sciuit impendisse, non maledi-  
xit, non mortē aut alia mala imprecata est, sed paci-  
entissimè oīa pertulit. O quāta passi sunt tormenta  
martyres, vt securi peruenirēt ad palmam martyrij  
Apostoli, confessores, virgines, & omnes sancti no-  
bis exēplo sunt patientiæ, qui per meritū patientiæ,  
in persecutionib<sup>9</sup>, iniurijs, alijsq; aduersitatibus pro  
nomine Christi perpessis, coronā gloriæ obtinue-  
runt. Secūdo. Attēde huius tēporis tribulationum  
breuitatē, futuri æternitatē, & præmij magnificen-  
tiam. Momentaneū est enim quòd delectat, æternū  
quòd cruciat. Tēpus enim vitæ & tribulatiōis præ-  
sentis breuē est & quasi momentū in comparatione  
vitæ æternæ. Nā vt dicit Aug. in lib. ome. Tota vita  
humana ab infantia vsq; ad decrepitam senectutem  
breuis est. Si adhuc Adā viueret & hodie morere-  
tur quid illi vitæ longitudo profuisset. Dies homi-  
nis sicut vmbre prætereunt. Et vmbre transitus est  
tempus nostrū, & nō est reuersio finis nostri, nemo  
enim reuertitur, Transit vita nostra tanquā vestigiū  
nubis, & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est à ra-  
dijs & calore solis. Sapien. 2. ¶ Ideo dominus per  
prophetā ait Esaiæ 40. Omnis caro scēnū, & omnis  
gloria eius quasi flos agri, exsiccatū est scēnū & cæci-  
dit flos, Iob. 20. Gaudiū ypocrite ad instar puncti-  
ducunt in bonis dies suos, & in pūcto ad inferna de-  
scendunt. ¶ O homo ne pigeat hic in vinea domini  
laborare & aduersitates sustinere, magna enim tibi  
in cœlis

in cœlis sunt parata præmia, delectat mentē magnitudo præmiorū, inquit Grego. in quadā omelia. Nō deterreat ergo certamē laborū, si cōsideremus quæ & quāta sunt quæ nobis promittūtur in cœlis, vilescūt aīo oīa quæ habētur in terris. Temporalis enim vita, æternæ vitæ cōparata, mors potius est dicenda quā vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptiōis quid est aliud quā quædā prolixitas mortis. Non enim sunt condignę passiones huius temporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis, ad Rom. 8. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ ciuitatis, quanta sint gaudia angelorū choris interesse cum beatissimis spiritibus glorię conditoris assistere, præsentē vultū Dei cernere, incircumscriptū lumē videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari. Sed ad hæc audita inardescit animus, tanquā ille cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna p̄mia peruenire nō pōt nisi per magnos labores. Vndē Paulus egregius prædicator inquit. Non coronabitur, nisi qui legitimē certauerit. Hęc Gregorius. ¶ Ideo beatus apostolus Paulus. 1. Corinth. 2. Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ preparauit Deus his qui diligūt illū. Et. 2. Cor. 4. Id quod in præsentī est momentaneū & leue tribulatiōes nostræ supramodū in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Quæ enim videntur hic temporalia & transitoria sunt, quæ autē non vidētur æterna. Et quantūuis graues sint angustię, tribulatiōes, tentatiōes, & aduersitates huius seculi, nunquā per impatientiā succūbatis. sit ratio domina, sensualitas ancilla. Deus enim semper facit cum tentatione



ratione prouentū, & suos nunq̄ desolatos relinquit.  
¶ Tertiò, vide patiēdi necessitatē. Act. 14. Per multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnū cœlorum. Si enim illic dulcia petimus, necesse est, inquit Greg. vt hic prius amara tolleremus. Et teste Hiero. Difficile est imo impossibile vt p̄sentibus quis & futuris fruatur bonis, vt de delitijs trāseat ad delitias, vt hic ventrē, & ibi mentē impleat. Nonne oportuit Christū pati & ita intrare in gloriā, qui tamē pctūm nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius sicut in nobis. Omnia enim quę patimur pctā nostra demeruerūt. ¶ Et ideo rectē dicit Sene. lib. de puidētia. Nihil infelicius est eo cui nunq̄ aliqd accidit aduersi. Cōtinuus enim successus tēporaliū teste Grego. est certū futurę calamitatis indicium. Vult enim Deus illos, qui quādoq; bona pietatis opera suis malis immiscēt tēporaliter hic remunerare: quia sicut nullū malū impunitū ita nullū bonū irremuneratū. Nemo ergo videns malos p̄speritatē habere turbetur. Nō pōt malus in oībus esse malus, sed habet aliqua bona, pro quib⁹ remuneratur tēporali prosperitate, vt in alio mūdo plenē puniatur. de pe. dist. 3. Quid ergo turbamur? Exemplū habes Luc. 16. de diuite epulone sepulto in inferno, cui dictū fuit, Recepisti bona in vita tua. ¶ Quartò, reuolue pœnalitates, tribulatiōes & labores, quos sustinēt hoīes mūdani in peccatis adimplēdis, vel pro substātia tēporaliū & diuitijs accumulādis p̄ modica voluptate momētanea, exponētes se quotidianis cruciatib⁹ & periculis diuersis aīę corporis & bonorū. Nihil enim iudicant impossibilē, modò voluptatē aut diuitias assequi possint. Vndē rectē dicitur Eccl. i. 21. Via peccantium

cantium cōplantata lapidibus, & in finē illorū inferi  
 & tenebræ & pœnæ. Et hoc est quòd dicunt dam-  
 nati, Sapient. 5. Lassati fumus in via iniquitatis & per-  
 ditionis & ambulauimus vias difficiles, viam autem  
 domini ignorauim⁹. Quid nobis profuit superbia,  
 aut diuitiarū iactātia quid cōtulit nobis? transferūt  
 omnia illa tanquā vmbra. ¶ Quintò, perpēde mul-  
 tiplicem fructū & vtilitatē ex tribulationū patienti  
 tollerātia. Primò enim purgatur homo, & pbatur  
 in igne tribulationū, sicut argentū in igne: nā vt in-  
 quit Greg. Quosdā hic Deus parcēdo ferit, & qui-  
 busdā parcit vt in perpetuū feriat. Nam signum Dei  
 miserētis est, quando quis culpa perpetrata mox di-  
 uina vltione punitur. Flagellat enim omnē filiū quē  
 recipit, & quos amat, corrigit, & castigat. Secundò,  
 oculi interiores stercorebus irundinū, diuitiarū &  
 aliorū vitiorū excæcati per tribulationes aperiūtur  
 & illuminantur, vt patet in Nabug. Dani. 4. Qui in  
 prosperitatibus huius seculi cōstitutus Dei poten-  
 tiam bonitatē & maiestātē nō agnouit, sed plagis &  
 aduersitatibus oculi mentis aperti sunt, vt suprā de  
 prima specie superbiæ. Tertiò, per tribulationes fit  
 voluntatis deprauatæ rectificatio, & cōcupiscentiæ  
 refrenatio. Nam cū corpus per flagella atteritur,  
 cor circa libidinis delectationes non vagatur. Quar-  
 tò, per tribulationū tolerantiam sumit homo experi-  
 mentum virium, armat se contra dæmonis mundi  
 & carnis insidias, & gloriæ præmium consequitur.

¶ *Documentum pro impatientibus.*

**E**x his omnib⁹ elicio hāc simplicē sed vtilē doctri-  
 nam. Cū tibi aliqua occurrit aduersitas vel præ-  
 scis verisimiliter dicto vel factō aliquid futurū tibi  
 contra-

contrariū cōtra appetitū & voluntatē quòd poterit  
esse occasio impatiētīe, confuge statim & nidifica in  
arbore crucis, latita in cauernis petræ, in profundis  
apertis vulneribus Christi Iesu. Firma animū tuū in  
benedicto virtuoso eius sanguine, dicēdo, Ecce quæ  
quid mea in ea causā euenerit quodcunq; displicitū  
dicatur volo subticere patiēter audire & ferre, non  
replicare, nō murmurare, amore crucifixi Iesu, qui  
tam patiēter horrenda tormēta & mortem oppro-  
briosam crucis pro me sustinuit. vndē ad omnia in-  
cōmoda quæ occurrere possunt, & mentē inquietare  
efficacissimū remediū est refugium ad nudū sangui-  
nolentū Christū crucifixū deuotē in compassiōe &  
animi amaritudine reuoluendo mysteria incarna-  
tionis & passiois, & ea inter vbera consciētīe repo-  
nendo, vt dicere possis illud Canti. 1. Fasciculus mir-  
rhę. i. cōgeries diuersorū articulorū amaræ passiois  
xpi dilect<sup>o</sup> meus mihi intervbera mea cōmorabitur.

*¶ De virtute meditationis passiois Christi.*

**P**Rimò deuota vulnerum & passiois Christi me-  
ditatio omnē pellit animi tristitiā & displicentiā,  
reddit hominē hilarē, liberæ, securæ, & quietę mē-  
tis. Quid enim tibi proderit omnes mūdi possidere  
diuitias, modò nunq̄ vel raro habeas quietā consci-  
entiā, nec virtutē patiētīe. vndē teste Gre. Si passio  
Christi ad memoriā reuocetur nihil adeò durū est,  
quod non æquo aīo tolleretur. Id ipsum suadet Apo-  
stolus ad Hebræ. 12. Recogitate inquit eum qui talē  
sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum con-  
tradictionē, vt nō fatigemini animis vestris deficiē-  
tes. In huius figurā erecto serpēte æneo in ligno vul-  
nerati à serpentibus aspiciētes liberabantur. Numc.

21. per serpentes intelligo dæmonū carnis & mundi  
 tentationes. similiter Gene. 15. habemus, quod filijs  
 Israel in deserto inueniētibus aquas amaras, vt non  
 possent bibere, misso ligno de mādato Dei in aquas  
 dulcoratę sunt vt delectabiliter eas biberēt, p aquas  
 intelligo tribulatiōes q̄ frequēter occurrūt in deser-  
 to huius mundi, & in se amarę sunt, sed ligno crucis  
 in eis misso per deuotā passionis Christi meditatio-  
 nem & crucis pœnitētię baiulationē efficiūtur dul-  
 ces vt qs patiēter & delectabiliter eas sustineat. Nam  
 Pharao infernalis postquā in hoc mari rubro sangui-  
 nis Christi Iesu submersus est & deuictus, liberē &  
 faciliter mare huius seculi sine periculo pertrāsibi-  
 mus, sed more nautarū tempore tēpestatis oportet  
 emittere anchoram, id est, spem nostrā in profundū  
 id est, in profunda vulnera Christi: nam tūc procel-  
 lę tribulationū vndę tentationū venti superbix sy-  
 renes voluptatū huius seculi nauē nostrā pœniten-  
 tię minimē poterunt subuertere. ¶ Secundò, me-  
 ditatio passionis Christi reddit hominē deuotū, spi-  
 ritus viuificat quietē & dulcorē animi reddit, flumi-  
 na lachrymarū emittit humilitatē inducit. Hęc om-  
 nia clarē ostensa sunt nobis in angelico deuotissimo  
 Frácisco qui stigmata & vulnera Christi Iesu nedū  
 spiritualiter in mente sicut Paulus & plures sancti,  
 quod tamē maximū æstimo, sed biēnio realiter an-  
 te mortē in monte Aluerniæ mirabiliter suscepit &  
 retinuit. Et cū imaginē Christi inspiceret nonnū-  
 quam ad eō raptus & totaliter igne diuini amoris &  
 deuotionis inflāmatu & absorptus erat vt nulla ap-  
 pareret in eo sensus operatio, Memoria vulnerū &  
 passionis Christi medullitus visceribus cordis eius  
 tam

tam intimè impressa fuerat vt sibi appareret semper  
videre Christū nudum, sanguinolentū, crucifixū, le  
vix exterius à lachrymosis gemitibus continere va  
luit. Et cum præ nimio fletu meditando Christi acer  
bissimā ignominiosam passionē grauissimā incur  
risset oculorū infirmitatē suadente medico, vt à tam  
abundāti cōtinua lachrymarū effusione abstineret  
alias cæcitatē incurreret, nequaquā vir Dei assensu  
ferēs se malle corporalis visus lumē amittere quē re  
pressa spiritus deuotione lachrymas impedire, quib  
bus oculi emūdantur interiores & illuminātur, af  
fectusq; inflāmatur vt homo Deū clarè videre & ar  
denter amare valeat. ¶ Tertiò, cōfidentia, refugiū,  
solatiū, & iugis recordatio vulnerū Christi Iesu est  
efficacissimū remediū & scutum resistēdi omnibus  
hostibus in bello huius peregrinatiōis presentis vite  
& mortis. Militia enim est vita hominis super terrā,  
& sicut dies mercenarij dies eius, Iob . 7. præcipuè  
tamen confert & nos cōfortat ne succubamus in tri  
plici bello quod in morte apparebit vt innuitur Luce.  
19. Primū est, demonū infestatio, qui tanquā leones  
rugiētes animā à corporis egrastulo egredientē de  
uorare moliuntur. & illud bellū siue militia notatur  
ibi. Circundabunt te inimici tui vallo. Secundū est,  
propinquorum molestatio, de quibus Miche. 2. Ini  
mici hominis domestici eius ibi coangustabūt te vn  
diq;. Tertiū est & sensuū & omnium viriū fatigatio  
& defectio, ibi & ad terram prosterne te. vnde teste  
Grego. tanta est ibi vis doloris quòd alibi nō potest  
ferri impetus cogitatiōis. Et qui Christo passo & cru  
cifixo copatiuntur cum gratiarū actiōe mysteria &  
mirabilia passionis opera reuoluendo, haud dubiè  
in pas-

in pa  
gula  
tem  
dias  
stru  
tion  
talib  
ritu  
rem  
casti  
fiste  
nier  
in al  
6. C  
linq  
mih  
corp  
don  
fixo  
me  
neri  
cor  
cœl  
qua  
non  
vt q  
emi  
in il  
pass  
par  
pra  
do,

in passione mortis suæ & exitu animæ à corpore singularè percipient consolationè, assistentiã & virtutem resistendi & repellendi omniũ dæmonum insidias, qui tunc maximè hominè aggrediuntur, & castrum animæ debellant sagittis infidelitatis desperationis & taciturnitatis confessionis, & nõnunquam talibus Christus crucifixus in agone apparet in spiritu. ¶ Quartò, nulla medicina virtuosior, nullũ remediũ efficacius, nihilq; tam necessariũ pro mētis castitate obseruanda, & tentationibus carnalib⁹ resistendis, q̄ statim illis procellis tentationum aduenientibus ne eis submergaris cõfugere & ascendere in altam arborè crucis: & dices cum B. Pau. ad Gal. 6. O caro quæ nos inficis, ô mundus qui nos derelinquis, ô dæmon qui nos interficis, de cetero nemo mihi molest⁹ sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Et ad Gala. 2. Christo confixo sum cruci: viuo autè iam non ego, viuit verò in me Christus. ¶ Hortor & rogo vos fratres in vulneribus & septuplici sanguinis Christi Iesu effusioe cordialiter dilectos. Fratres dico, quia eundè patrè cœlestem habemus, eandè matrem scilicet terrã ex qua originè sumpsimus & in eam reuertemur, licet non eiusdè gradus, dignitatis & cõditiõis fuerimus, vt quantũcunq; docti, nobiles, diuites, potentes, vel eminentis status fueritis, ne pigeat neq; erubescatis in istis & similibus deuotionalibus præcipuè circa passionè Christi, & quæ in ca. 15. tangam, vos occupare & exercitare. Maiorè enim fructũ tunc facietis prædicando, docendo, plus proficietis legèdo, orando, aut quoduis aliud opus exercendo. Maiorem in

E vita

vita mentis tranquillitatē, in morte consolatione percipietis, quā ex omnibus alijs scientijs, studijs gradibus, praelationibus & maioribus. Nouerit omnia nouit, qui nos in omni patientia & Dei amore confortare dignetur.

¶ *De Inuidia. 3. Cap. habens tres partes.*

¶ *Prima pars de descriptione Inuidie & speciebus eius.*

**I**nuidia est tristitia inordinata de bonis proximi. Cōtingit trīstari de bonis & donis aliorū quadrupliciter scđm beatū Tho. 2. 2. q. 36. ar. 1. ¶ *Primo* tristatur quis de bonis proximi inquantū ex exaltatiōe & bonis illius timet & imminet verisimiliter sibi vel alijs aut reipublicę aliquod nocumentū. Sicut homo tristatur de exaltatione alicuius tyranni vel inimici sui, timēs ne eum in bonis corporis fortunę aut alijs lædat vel alijs detrimentum inferat. Et talis tristitia non est peccatū nec inuidia, sed magis effectus timoris. Ideo inquit Grego. Euenire plerumque solet vt non amissa charitate inimici ruina nos lætificet. Sicut ex submersiōe Pharaonis populus Israelatus est. ¶ *Secundō* tristamur de donis & bonis proximi, scilicet de sciētia, virtute, & similibus, non quia illa habet sed quia nobis desunt, & quia nō adhibemus operā, nec ad Deum confugimus pro illis donis seu gratijs obtinendis, & illa tristitia etiā non est vitium. Et sic dicit Hiero. ad athletam de instructione filię suę. Habeat socias cum quib⁹ discat, quibus inuideat, quarū laudib⁹ mordeatur. Et talis inuidia solet esse inter diligenter studentes. vñdē Apostolus I. ad Corinth. 14. Emulamini spiritualia. & 2. Corin. 11. Emulor enim vos Dei emulatione. Considerabat nanq; apostolus in alijs quosdā perfectiōes qua

quæ non tam apparenter in eo erant, vel ex humilitate reputabat non esse in eo, licet simpliciter perfectior illis esset. ¶ Tertiò tristatur quis de bonis alterius, quia talis est illis bonis & donis indignus, & talis tristitia nõ potest licitè prouenire ex bonis honestis ex quibus quis bonus efficitur, sed est de diuinijs prælatione & fortunæ bonis, quæ indifferenter dignis & indignis euenire possunt, & plerunq; magis indignis, & talis tristitia secundû philosophû secundæ rheto. laudabilis est, secundû prophetâ tamen dissuadetur. Noli inquit emulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatē. Nam talia bona temporalia quæ indignis proueniunt, ex iusta Dei dispositione ipsis largiuntur, vel ad eorum correptionem vel damnationem, non tamen faciles esse debemus in iudicâdo aliquem indignum, præcipuè in his quæ concernunt dispositionem mentis. Solus enim Deus est scrutator cordium. Homo verò solùm videt ea quæ patèt. ¶ Quartò tristatur quis de bonis proximi & donis gratiæ in quantum proximus in aliquo illorum ipsum excedit & ei præfertur, & sic bonum alterius æstimatur vt malum propriũ in quâto est diminutiũ propriæ gloriæ vel excellētis, quia videlicet non est tantæ æstimationis famæ & honoris apud homines propter istũ excellētiorẽ. Et ista tristitia propriè est inuidia. Et est communiter & principaliter de his bonis in quibus est gloria, & in quibus homines honorari cupiunt, & in opinione hominũ esse. Et est talis tristitia siue inuidia mortale peccatũ ex genere. Nam charitas quæ est fundamentum cuiuslibet meriti, gaudet de bono proximi. Inuidia autem directè opponitur charitati, quia tristatur de



proximi bono. Et hoc intelligitur sicut prius, quādo est cum pleno consensu & perfecta deliberatione.

¶ Inuidia quædā dicitur peccatum in spiritum sanctum, quæ inter grauissima peccata cōputatur, quæ dicitur inuidia fraternæ gratiæ, quando .s. quis dolet de augmēto gratiæ Dei in proximo. Nam per hanc tristitiam & inuidiam homo quodammodo inuidet spiritui sancto, qui in suis operib<sup>9</sup> glorificatur.

¶ *Quatuor filie Inuidie.*

**Q**uatuor sunt filie, species, siue modi inuidiæ secundum Grego. 31. Mora. scilicet. Sufurratio, detractio, exultatio in aduersis, afflictio in prosperis. ¶ Sufurratio est, quando quis diminuit honorem vel gloriā proximi in occulto, sicut per libellum famosum, vel alio modo quod secretū est propalando, & tenetur talis reparare dānum, etiā cum sui diffamatione si aliter facere nequeat. ¶ Detractio est, per quā diminuitur honor vel fama alicuius in publico. ¶ Exultatio in aduersis est, cū quis delectatur de diffamatione, diffortunio, vel aliquo incōmodo aut aduersitate proximi. ¶ Afflictio in prosperis est, cū quis tristatur de prosperitate alteri.

¶ *Secunda pars de confessione Inuidie.*

**T**ertio agnosco delicta mea, & grauiter Deū creatorem meum multipliciter offendisse in peccatis inuidiæ. Primò, quia inuitissimè vidi prosperitatem vicinorum & proximorum, & dolenter audiui eos ante me laudari, tristis fui quando in aliquo me anteceliebant. Et vilipendi eorum dona, præcipuè in quibus me præcellebāt & magis laudati fuerant. ¶ Item denigraui famam eorū, & honori, & bonæ estimationi detraxi in secreto vel in publico

coram

cor  
do.  
ad d  
mei  
ter a  
belle  
bus  
nis a  
feci  
eoru  
trac  
sum  
Hal  
tem

1. ¶  
prop  
rem  
tegr  
2. ¶  
num  
virg  
3. ¶  
ctur  
laud  
4. ¶  
ficu  
tur  
na f  
gūt  
est f  
5. ¶

eorā multis, præcipuè in ecclesia ambulādo, sedendo. In conuiujs ac alibi semper pronus fui & facilis ad detrahendum, præcipuè prelatis & superioribus meis, principibus & patriarum rectoribus, & libenter ab alijs detractiones audiui. ¶ Item seminaui libellos famosos, dictamina, metra, ac carmina de quibusdam personis ecclesiasticis, virginibus, de dominis aut alijs composui: cantauit & scribi vel imprimi feci in notabile detrimentum boni nominis & famę eorum. ¶ Item si aperte & palam non dixerim detractiones, tamen indirectè frequenter oblocutus sum, & detraxi alijs. vnde secundum Alexand. de Hales in. 2. parte, & beatum Thom. 2. 2. q. 73. Septem sunt diuersi modi detractionis.

¶ *Septem modi Detractionis.*

1. ¶ Occultatiuus, vt quando quis celat & non vult propalare, quod esset manifestandum ad Dei honorem, animarum salutem, & famę proximorum integritatem & conseruationem.
2. ¶ Negatiuus, cum quis sciēter negat alterius bonum, dicēdo quod talis nō est bonus, nec sanctus, nec virgo, sicut fama volat & homines eum reputant.
3. ¶ Deprauatiuus, quādo dicit bonum alterius factum sed mala intentione, videlicet vt videretur vel laudaretur ab hominibus, aut causa quæstus, &c.
4. ¶ Venenatiuus, quādo mala admiscētur bonis, sicut quidā industriosi detractores, vt eis adhiberetur maior fides. Primò referunt aliqua verba & bona facta proximorū, sed in cauda sicut serpētes pungūt addēdo multa mēdacia & vitia eorū dicēdo, illa est satis honesta psona & hoīb<sup>9</sup> grata, sed, mer. &c.
5. ¶ Publicatiuus, quādo occulta crimina manifestant

stant his quibus nō debet, aut ordine quo nō debet.

6 ¶ Augmentatiuus, addēdo quædam de suis dictis aliorum vel ex modo loquendi, & allegando autorem aggrauando factum.

7 ¶ Inuentiuius, falsa scilicet crimina imponendo. Et fiunt isti modi detrahendi diuersimodē, scilicet verbis, scriptis vel alijs signis.

¶ *Detraçtio graue & periculosum peccatum est.*

**S**vmopere quisque sibi cauere debet in societate in ecclesia vel alibi existens, ne aliorū bonū nomen & famā diminuat, ac odorē bonę vitæ auferat, quia hoc grauissimū peccatū est, & tātō graui⁹ furto quanto bonū animæ & spirituale præfertur bono corporis & fortunæ, & de vitio isto detractionis nunquam vera agitur pœnitētia, nisi detractor siue famā denigrans laboret reuocādo, vel alio medio possibili restituere famā, quæ iuxta sententiā Aug. Non dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū. Et ideo periculosissimū est hoc peccatum, propter quod maxima hominū multitudo æternaliter damnatur, quia plurimi sunt detractores, pauci correctores & famā restituentes. Nam teste Hiero. Hoc vitium detractionis, ferè totū mundū inficit. Similiter glo. super illud Prouer. 24. Cum detractoribus ne commiscearis, dicit quod propter hoc vitium periclitatur ferè totū genus humanum. ¶ Et ideo vt inquit Gerson. Nōnunq̄ facilius posset quis verè pœnitere & satisfacere pro homicidio corporali & furto, quā pro spiritali furto & homicidio scilicet detractione, in qua frequenter plures animæ occiduntur scilicet ipsius detrahētis, audientiū, & illorū quorū fama auferitur, qui tunc liberius & sine timore peccant.

cant. Ratio est, quia in illis scilicet furto & homicidio corporali quantitas damni aestimari potest maximè in furto, & sic correspondens emenda subsequi in detractione autem raro vel difficillimè. Cum non satis constet & difficulter constare possit in quot cordibus hominum malam opinionem per talem detractionem generauit, & mediatè immediatè, directè vel indirectè hoc dictum per eum primò prolatum ad aures plurimum deuenit. Et is qui proximum in fama notabiliter læserit, auferendo ei bonum nomen & existimationem bonam, quod fuit in opinione hominum si non possit conuenienter & plenè illam famam ablatam restituere, tenetur recompensare in alio temporali ad arbitrium boni viri quantum possibile fuerit. Quod si non fecerit hæredes eius ad hoc tenentur sicut ad aliorum debitorum exolutionem.

*¶ Sex modi sunt referendi aliorum mala.*

**I**nter hos sex modos quos ponit Gerfon. 4. primis modis referens aliorum defectus non peccat. Primus est, ad audiendum instructionem, quia sensibilia exempla de hominibus nobis cognitis magis mouent. Secundus est, quando referuntur alicuius vitia ad aliorum audientium cautelam, ne per talem seducantur, sed vitium eius societatem. Nemo tamen facilis esse debet nominando defectus occultos alicuius, propter instructionem aliorum, nec etiã expedit de facili nominare personam specificando aliqua vitia eius, maximè si occulta sint, vel saltè incognita illis presentibus, sed poteris coram illis presentibus dicere. Ecce Ioanes confocius vester non est satis boni regiminis, frequenter visitat talia loca suspecta, est inclinatus ad talia vitia, cõsulo ne amplius immisceatis vos societati eius, ne

fortè cum peruerso peruertaris. Tertius est, ad vtilitatem reductionis eius cuius malum refertur, puta quando refertur his qui norūt & possunt prodesse. Quartus, ex compassione, vt audiētes prouocet ad orandū pro tali peccatore. Quintus, ex assueta quadam loquacitate & est veniale, nisi notabiliter ledatur honor proximi. Sextus, animo denigrandi famam proximi, & est ex genere suo mortale. Et peccat sic referens aliorū notabiles defectus mortaliter, si de liberatè & notabiliter per hoc leserit famam aut honorem proximi. Nam sicut surreptio excusat ne ira vel odium sit mortale. Ita similiter in proposito si ex loquacitate vel inconsideratiōe dixerim malū proximi non intendens famam eius denigrare durum esset dicere, inq̄t Anthonius hoc esse mortale. Huic etiā concordat sententia Scoti dicentis. Si quis talia verba per quę fama alterius diminuitur proferat nō intentione denigrandi, sed ex loquacitate vel quadam animi leuitate, vel ex inconsideratione, vel ob aliquā causam non necessariam, non peccat mortaliter. B. Tho. idem videtur sentire dicens. Si leue malum quis dixerit nō intentione nocendi, sed ex lapsu linguę, vel ex quadam animi leuitate peccat venialiter. Nam peccata loquutionis inquit, habēt aliquā leuitatem aliquo modo attenuantem, ipsa inquantū de facili ex lapsu linguę proueniunt absque magna præmeditatione. Et hæc vera credo esse & excusare à mortali, nisi verba sic sciēter plata de se essent diffamatoria & notabiliter lesiua famę pximi, maxime in his quę spectant ad veritatem vitæ.

*¶ Audientes detractiones.*

**A**Vdiens detractiones si detrahentem ad hoc induxe-

duxerit, vel ei placeat detractio propter odiū, quod habet aduersus eum, cuius fama periclitatur & denigratur, peccat tantū, & plærunque magis quàm detrahens. Vndè domini, & paterfamilias audientes in conuiujs, & eorum mensa detractioes proximorum à seruatoribus & alijs hospitibus, quos ideo inuitant referri, si rideant, aures patulas diligenter porrigāt ad verba detrahentium, ac per hoc inducunt & animant eos ad magis detrahēdum, vel inquirunt à talibus nouitates, de quibusdam prælatis, dominis aut alijs personis, quibus nō bene afficiūtur, vt sic nouitates adducendo simul illi in defectibus suis & vitijs per detractioem notentur. vndè tales audientes & inducentes grauius peccant quàm detrahentes: quare etiam tenētur ad restitutionem iuxta doctrinam notabilem domini Adriani Florentij, quòd obligatio restituendi semper commensuranda est causali ablationi vel detentioni alieni, vt infrà patebit in 7. capite. ¶ Si verò quis audiat proximorum vitia narrari & detractioes, sed non placet ei illa detractio & nouitatum narratio, quinimo ei displicet, & inuitè audit proximos sic taxari, nihilomin⁹ ex quodam timore humano, quia timet incurrere indignationem, vel ex negligentia, aut verecundia quadā omittit repellere aut reprehendere detrahentem, peccat plærunque venialiter. Mortaliter autem peccat talis audiens non resistens nec ostendēs ei displicere, si ex officio hoc ei incumbit, vel si scandalum vel periculum ex hoc verisimiliter immineat, vel propter radicem qua timor humanus potest quandoque esse peccatū mortale quia præponitur timori Dei.

¶ Doctrina salutifera est. Si in mensa vel alibi con-  
tingat te audire detractiões si est verisimile fructum  
inde prouenturū corripiendo & increpādo eos pu-  
blicè vel in occulto ad partem hoc facere teneris. Si  
verò non sit spes de hoc, transferes sermonē ad alia  
quantū possis, dicēdo. De absentibus nil nisi bonū,  
vel proponendo aliam materiā, vel ad minus nō arri-  
debis, nec diligenter auscultabis, nec inspicias illos  
detrahentes, sed faciē ad partē vertes, oculos in ter-  
ram vel alio modo per tristitiā vultus ostēdes factū  
tibi illas detractiōnes displicere. Nam sicut ventus  
aquilo dissipat pluuias, ita facies tristis linguā detra-  
hentē. Prou. 25. Et vitabis semp societate & mēsam  
illorū detrahentiū quātū possis, nec eos visitādo nec  
inuitādo. ¶ Itē confiteor insuper meā culpā de his  
detractiōibus, frequēter retuli proximorū quædā  
bona facta & vera, tandē adiungendo vel immiscē-  
do aliqua falsa vel etiā vera, sed quæ præiudicabant  
honorū eorū, vt tantò maior mihi sic fides adhibere-  
tur, & alij quib⁹ detrahebā, minoris essent apud ho-  
mines estimationis. ¶ Item conduxī vel intertenui  
proles, seruitores, ac familiares ad hoc, vt nouitates  
ac defectus prælatorū, dominorū, & aliorū vicino-  
rum in mensa referrent. ¶ Audiendo detractiō-  
nes diligēter auscultauī, risi, os aperui, oculos in de-  
trahētes iniēci, & per multa alia signa eos ad hoc ani-  
maui vt sermonē continuarent, vel similē materiā  
de alijs inchoarent. ¶ Itē inuidi proximis, si maio-  
rem concursū populī & quæstū habuerint quā  
ego, sicut frequenter accidit, præcipuè inter eos qui  
sunt eiusdē officij, mercantiæ, vel artis mechanicæ.  
Nam figulus odit figulum. ¶ Vilipendi, & minus  
iusto

iusto æstimauī aliorū statum, scientiā, doctrinam, famā, merces, ac alia bona, vt sic impedire possem eorum promotionem & commodum atq; quæstum.

¶ Patulis auribus & leto vultu audiui proximorū damna narrari, & diffortunia quæ mercādo in mari, bello, caristia, &c. perpepsi sunt. ¶ Item sigillū secreti non seruauī. Quando enim quædam ab aliquo fideli amico dicta, & in secreto commissa fuerāt expressē vel virtualiter (quod ex modo dicendi & materia dicta constare potest) alijs talia p̄palauī in p̄iudiciū honoris, famæ, vel cum iactura bonorū temporalium. ¶ In confessione audita alijs reuelauī, directē vel saltem indirectē nominādo tales circumstantias, vel ex certo modo dicendi, ex quibus verisimiliter audientes deuenire potuerunt in notitiam illarū personarū. Item proximē assidēdo cōfessori, audiui aliorum confessionses, & quædā peccata quæ alijs propalauī, quod est equē tibi prohibitū vt confessori. Repperi aliquas cartas, aut secretē abstuli, in quibus cōfessiōes, siue peccata quorundā inscripta erant, & illas legi in secreto vel in publico. Et etiam aliorum literas claufas & sigillatas, in quib⁹ secreta cōtinebātur, sine cōsensu eorū aperui & perlegi, & contenta in illis alijs propalauī. Item fateor me culpabilē de sinistris iudicijs, & peruersis suspicionibus valdē facilis fui ad alios iudicandū, & in deteriorē partē quæ vidi vel audiui interpretatus sum. Citius eorū defect⁹ taxaui & cōsiderauī q̄ p̄prios. Et oportet distinctim confiteri in quātum constare potest, si alios iudicasti, vel solum suspitiōes malas habuisti, quæ distincta sunt peccata, & primū grauius est. Et ideo dicit glo. i. Corin. 4. Si suspensiones vitare nō possumus



possumus, quia homines sumus iudicia, id est, di-  
nitas & firmas sententias continere debemus. Vnde  
iudicium est determinatio, siue certa alicuius diffi-  
nitio. Suspicio importat opinionem vel hesitationem  
mali in proximo ex leuibus & incertis iudicijs. Et  
hoc contingit tripliciter, vt dicit B. Tho. 2. 2. q. 6.  
vbi per totum tractat perpulchrè materiam istam  
de iudicio multiplici & suspitione. Primò ex hoc  
quòd quis ex seipso est malus, & sic facilè alios ma-  
los esse suspicatur secundum illud, Eccl. i. 10. In vi-  
stultus ambulans, cum ipse sit insipiens omnes stul-  
tos æstimat. Secundo puenit ex hoc, quòd quis malus  
afficitur ad alterum. Tertio, ex longa experientia.  
Hinc est (vt dicit philosophus secundo retho.) quòd  
senes sunt maximè suspitiosi, quia multotiens ex-  
perti sunt aliorum defectus.

*¶ Tertia pars de doctrina contra iudicia  
sinistra & suspitiones.*

**N**on facilè iudicare debes proximos, præcipue  
quòd essent in statu dånationis, vel quòd com-  
serint aliquod peccatũ mortale, quãdo nõ certò con-  
stat. Omnia enim quantũ possibile est, interpretari  
conaberis in meliorè partem, cogitãdo, quòd forte  
in tali actu non habuerit peruersam intentionem, vel  
si factum de se malum sit & bene fieri nequeat, como-  
passiones habeas condolendo & mente reuoluen-  
do, quatenus ipse à passione vel tentatiõe victus sit,  
& si tu in eodem periculo vel tentatione fuisses, for-  
tasse eadem vel longè grauiora mala perpetrasses,  
nisi Deus te specialiter præseruasset, sicuti frequen-  
ter de sua bonitate & misericordia facit, de quo spe-  
ciales ei gratias agere teneris. Quomodo enim pote-  
ris

ris aliorum corda ( quorū solus Deus est scrutator ) homo verò intuetur ea quæ patēt, & defectus latentes iudicare & cognoscere qui teipsum nō agnoscis, nec proprios defectus vides. Hæc prædicta est doctrina Chryso. eandē tradit nobis saluator, Matth. 7. & Luc. 6. Nolite inquit iudicare sup. temerariè de proximo, & nō iudicabimini scilicet à Deo. Nolite condēnare, & non condēnabimini. glo. quasi dicat. Et si fortè ex fragilitate humana contingat vos suspitiosè iudicare, nolite tamen condemnare, id est, aliquem dignum condemnatione diffinire. Nam. 12. sunt horè diei, & qui hodie malus est, cras fortassis erit bonus: vt patuit in Magdalena, Paulo publicano, & pluribus alijs. Et subditur ibidē. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mēsurā mēsi fueritis, remetietur vobis. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides. O hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam, id est, paruos defectus de oculo fratris tui.

*¶ De Gula quartum capitulum continens tres partes.*

*¶ Prima pars describit Gulam, Ebrietatem,  
& species earum.*

**G**Vla est appetitus cibi & potus inordinatus, quo quis recedit à recto rationis ordine, & à medio virtuti temperatiē. Hanc materiā ad longū videre poteris in doctore sc̄to. 2. 2. q. 148. ar. 1. & 2. Difficile est semper cognoscere, quando in excessu cibi & pot⁹ cōsistat mortale vel veniale p̄ctūm. Rarò enim reficimur cibo & potu sinè p̄ctō veniale, quā regulariter excedim⁹, & magis sumimus cibū & potū causā delectatiōis in fomētū petulantiæ carnalis

& in

& in grauamen quã pro necessitate & exigẽtia  
rã quã paucis contẽta est. Et ideo plures occidit  
la quã gladius. Idcirco beatus & sobri<sup>o</sup> ille Iob  
sumptionẽ cibi & potus gemere solet. Iob. 3. Ann  
comedo suspiro. Vndẽ si q̄s ita inordinatẽ appetit  
& querit delectationẽ in cibo & potu vt ibi con  
tuat finẽ & ventrẽ suum Deũ faciat, ita quod auer  
tur ab vltimo fine, & adeo deditus est comeſſationi  
bus, quod paratus est infringere ieiunia ecclesie,  
facere cõtra aliqđ aliud præceptũ Dei vel ecclesie  
vt assequatur huiusmodi delectationes tunc peccat  
mortaliter. Si verò inordinatẽ appetit, querit & si  
mit, vel habet delectationem cibi aut potus, non ta  
men quod propter hoc paratus sit facere cõtra præ  
ceptum Dei vel ecclesie tunc erit veniale.

*¶ Ebrietas quando est mortale peccatum.*

**Q**Vando quis per nimum potũ quem aduertẽte  
sumit & præſcit, verisimiliter esse in grauamen  
naturã priuatur vsu ratiõis totaliter peccat morta  
liter. Similiter si bibendo adẽquales haustus vel alio  
modo vltra posse & cõtra appetitũ vinũ vel aliũ po  
tum sumpsero, licet nõ sim totaliter vsu rationis pri  
uatus notabiliter tamen me & alios per hoc grauo,  
& per notabilẽ talẽ excessum infirmitates varias in  
curro, naturã, ratiõẽ sensus, & oẽs vires altero &  
lãdo, ita quod ppter huiusmodi excessum ineptus  
& impotẽs sum ad perfectẽ loquendũ, legendũ ho  
ras, vel ad officia alia mihi incũbentia debitẽ perſe  
cienda, atque indispositus ad actus humanos peccat  
mortaliter, maximẽ si id aduertẽter fiat. ¶ De testã  
da igitur & melediãta est huiuscemodi cõsuetudo,  
corruptela potius & mos reprobus, qui iam ferẽ in

omni-

omnibus regionibus inoleuit, potandi per fœcundos calices & equales haustus cōtra posse & appetitam, vt ebriofī faciūt qui ex hoc iustissimī cēsantur, quia nullā iniuriā in arte & excessū bibēdi ferre possunt.

¶ Et magis veniūt reprehendēdi, grauiusq; & specialī peccato peccāt, qui alios ad hoc inducunt, grauant & nonnunq̄ cogūt, aliosq; inebriari procurant per se, vel interpositas personas lætādo, cum alij per eos inuitati inebriati fuerint, & magnos plenosque ciatos exhauerint. ¶ Peccant etiā grauiter conuiuantes & ad haustus adēquales bibētes, propinātes & præstolātes cum alijs (licet nō appetant) vt eis gratificētur, cōplaceant, egregij & boni socij dicantur, & ne ab eis agrestes & inciuiles reputētur: nam ppter hoc nō excusantur à mortali, si sic cōuiuādo se vel alios sciēter inebriēt, aut ieiuniū ecclesiæ infringāt. Magis etiā cupiūt hominibus q̄ Deo cōplacere.

*¶ Quinque sunt modi siue species Gule.*

**M**ODI isti diuersi & species gulæ quæ à Greg. ponuntur, cōtinētur hoc versū. Properè, lautè, nimis, ardēter, & studiose. ¶ Prima species est. Anticipare horā siue extra tēpus cōsuetum vel statutū comedere vel bibere sine necessitate. de quo habetur de consecratiōe dist. 5. ca. Solent. Sicut quidā gulosi statim cum surrexerint, & vix vestiti fuerint, habent ientaculū ante cubiculū paratū, de quibus Esaię 5. Vē qui surgitis manè ad ebrietatē sectandam. Alij tēpore phibito, videlicet die ieiunij comedūt. Quidam ad tres vel quatuor horas in mēsa manent sedentes cōmessando & tandē dormiendo. Nōnulli etiam vltra mediā noctē, sicut in Canispriuiō. dist. 4. ca. Deniq; ¶ Secunda species est. Vti cibo & potu nimis

nimis delicatis ppter delectationē. de quo. 41. dicitur  
cap. 1. 2. & 3. Huic deditus erat ille diues, qui epula-  
batur quotidie splēdidè, qui ideo mortuus & sepa-  
tus est in inferno. Luc. 16. Cōuiuia igitur & cōme-  
sationes quæ cōmuniter causa delectationis in cibo  
& potu delicatis fiunt, vitāda & reprehēdēda sunt.  
Nam August. refert vnū inter cætera traditū docu-  
mentum ab Ambrosio, vt ad cōuiuia inuitatus non  
accederet, ne temperantiæ terminū & mediū exce-  
deret. ¶ Conuiuia tamē possunt licitè fieri, modo  
excessus & detractiones ibi vitentur, vt cum amice  
sibi inuicē familiaritatis & amicitiae beneficia exhibe-  
bentes, certis diebus & temporibus anni prandia &  
cōuiuia parāt, vt lætè se inuicē tractent & recipiant  
amicitiamq; interteneāt. Similiter in nuptijs, primi-  
tijs, in promotionibus ad doctoratū licentiā vel alium  
gradum, &c. potest fieri decēs apparatus iuxta con-  
suetudinē loci. Vndè beatus Grego. docet debitum  
& licitū modū faciendi cōuiuia & habetur. 44. dicitur  
dicēs. Cōuiuia tunc ex charitate veraciter prodeunt,  
cū in eis absentium nullius vita mordetur, nul-  
lus ex irrisione deprehēditur, nec inanes secularium  
negociorū fabulæ, sed verba sacræ lectionis leguntur  
& audiuntur, cū nō plus quàm necesse est corpori  
deseruitur. ¶ Tertia species est. Nimiſ comedere  
aut bibere in notabile grauamē, & istud etiā contin-  
git circa cibos vilissimos, sed nō tā frequēter vt circa  
delicatos, sicut dicitur Ezechiae. 16. Hæc fuit ini-  
quitas sororis tuæ Zodomę, saturitas panis & aque,  
de quātitate tamē cibi & potus nō potest dari certa  
regula omnibus, sed secundum diuersitatē comple-  
xionū, considerando etiā exercitiū, appetitum dige-  
stiuam,

stiuam  
enim  
cies e  
nimi  
tur  
grau  
gesti  
audi  
genit  
læ est  
ad pr  
magi  
¶  
Q  
tatib  
tabile  
tis in  
horar  
exce  
gi, al  
perfo  
alijs a  
sionib  
alias  
vbi h  
infin  
vita p  
tātū  
bui, r  
posse  
iterū

stiuam, plus aut min<sup>9</sup> à diuersis sumendū est. Quod enim esset vni multū, est alteri parū. ¶ Quarta species est nimis ardēter, rapaciter, festinanter, & cum nimia auiditate sumere cibū & potum: de quo habetur 41. dist. ca. 1. Nam hoc nō solū mentē sensusq; grauat, sed & corpori nocet propter difficultatē digestiōis. Hoc vitio superatus est Esau, qui ex nimia auiditate cupiēs comedere eduliū vendidit primogenita. Gene. 25. ¶ Quinta species siue modus gulæ est, ponere nimis de tēpore cura & sollicitudine ad præparandos cibos delicatos, variaq;ue fercula vt magis delectent, &c.

¶ *Secunda pars de confessione circa peccata Gule.*

¶ Vartò. Fateor me reū & culpabilē in vitio gulae. Fui nimiū deditus comestatiōibus & ebrietatib<sup>9</sup>, & in illis tantū me grauauī, quòd incidi in notabilē cerebri, ac totius corporis infirmitatē & mentis indispositionē. Et me ineptū reddidi ad lectionē horarū, quas totiens præcipuē post prandiū ob talē excessum prætermisi, vel sincopādo & corruptè legi, aliaq; officia & onera mihi incumbētia indebitè persolui. Item per haustus equales bibi excessiuē vt alijs æqualis essem, & plures ad hoc induxi persuasionibus & medijs diuersis, conuocando societates alias ad tabernas publicas & loca inhonesta ducēdo vbi homicidia, adulteria, periuria, taxillorū ludi, & infinita mala mea culpa acciderunt, & mea ebriosa vita plures scādalizauī, & malū exemplū dedi. Item tātūm de cibo & potu sumpsi quòd nausēā inde habui, nihilominus adhuc renitente appetitu, & cōtra posse sumpsi vsque ad vomitum sicuti canis, postea iterū rediens ad mensam, & tanq̄ sus in luto platearum

ram facui non valens rectus ambulare, nec duobus  
 pedib<sup>9</sup> in ampla platea stare, vbi tamē ciconia vna  
 pede erectus super ecclesiam stat. Item per illos  
 quētes excessus priuavi me vsu ratiōis totaliter,  
 in magna parte habēdo eruētatiōes insolitas  
 stomachū grauatū, & incidi in notabiles corporales  
 infirmitates. Sequenti die aut nonnunq̄ duobus  
 tribus dieb<sup>9</sup> habui carpētatores siue malleatores  
 capite, in bursa dolores, nec altero die sciui qđ  
 cedēti die dixerim vel fecerim. Itē per tales com-  
 sationes, choreas, noctiuagia, & taxillorū ludos,  
 cuniā & bona parentū cum laborib<sup>9</sup> & sudore  
 tus acquisita dilapidauī, & cum meretricibus &  
 bibulis prodigē consumpsi, & alios inutiliter con-  
 mere feci. ¶ Quādo ebrius domū veni, vxorem  
 proles percussi, obiurgando, blasphemando, mo-  
 stias diuersas eis ac alijs intuli, & frequenter in  
 gna penuria eos constitui, quia quod opere meo  
 nico, & labore manū conquisiui pro familia in-  
 tenenda in ebrietatibus & commessationibus con-  
 sumpsi. ¶ Itē in nuptijs, primitijs, & alijs cōmuni-  
 præcipuē vbi nihil soluendū erat, nō sciui nec ten-  
 ventris mensurā, nimis auidē, copiosē, & rapaciter  
 sumpsi cibū delicatū & potū, vbi tamē in domo  
 pria vix ad saturitatē & exigentiā naturę comedere  
 qđ accidere solet quandoq; ex penuria, nōnunq̄  
 ex tenacitate & auaritia retinendi pecuniā, quā  
 intertētiōe & necessitate naturę vix audēt quid  
 exponere. Aquā bibētes, grossum cibū comedētes  
 non ex sobrietate sed ex tenacitate. ¶ Item in præ-  
 dijs & conuiujs præparandis fui nimium sollicitus  
 de apparatus magno, de preciositate, diuersitate,

mult  
 tate &  
 toru  
 cibū,  
 furr  
 dedu  
 messa  
 ēte N  
 per o  
 ventr  
 nutri  
 rexi,  
 quali  
 multu  
 dedu  
 officii  
 famili  
 ribus  
 prehe  
 uiuia  
 minic  
 tarent  
 immo  
 violat  
 gis qu  
 omitti  
 frequē  
 plican  
 niter,  
 prædic  
 peccar  
 multu

multitudiue ferculorū ac vinorū, etiam in preciosi-  
 tate & varietate argenteorū, vitrorū, mapparū, tape-  
 torum. ¶ Benedictiōes & gratias nō dixi sumēdo  
 cibū, sed facta refectiōe ad statim cum populo Israhēl  
 surrexi ludere, chorifando, spaciādo tempus otiose  
 deduxi. ¶ Itē in nocte Carnispriuij tota nocte com-  
 messando, carnes comedi post duodecimā: & in no-  
 cte Natiuitatis & Pasche mane surrexi, vt sederē su-  
 per ollas carniū, & Pascha desiderauī propter escam  
 ventris magis q̄ mentis. ¶ Maiorē curā habui circa  
 nutritionē corporis q̄ anime, quā totius mane sur-  
 rexi, primū menti occurrens fuit de prādio futuro,  
 qualia essent cibaria emēda, &c. Et circa decoctiōes  
 multum temporis valde inutiliter occupauī, & alios  
 deducere feci, ac per hoc multos sermōnes, missas,  
 officiumq; diuinū prētermisi, seruitores, ancillas, &  
 familiares ab eisde impediui, & prācipuē in maio-  
 ribus festiuitatib⁹. ¶ Vndē valde detestabile & re-  
 prehensibile est, quōd talia delicata & magna con-  
 iuiua plerunq; fiunt in solēnibus festis & diebus do-  
 minicis. Nam si in die feriali ordinarētur, multa vi-  
 tarentur peccata. Sabbatū enim frequēter per illas  
 immoderatas curas, decoctiōes & commestationes  
 violatur, officiū diuinū ad qđ illo die specialiter ma-  
 gis quā die feriali sumus obligati contemnitur aut  
 omittitur. Ebrietates, pctā carnis ac alia vitia, quæ  
 frequenter illas commestatiōes concomitantur du-  
 plicantur. ¶ Hoc tamē à laicis ita ordinatur cōmu-  
 niter, quia diebus dominicis & festis ab opere me-  
 chanico vacant. Sed scire deberent, & à suis curatis,  
 prædicatoribus, & cōfessoribus desup auisari, quōd  
 peccans in die festo mortaliter, duo mortalia eodem  
 actu



actu semper committit & quandoq; plura, & quibus  
festi dies instituti sunt, non pro refectione corporis  
sed animæ, vt tunc Deo nõ ventri deseruiât. Merito  
enim, si per totã septimanã circa mundana, & terrena  
curas occupati fuerint, vno saltem die viuaciter  
licet dominico diuinis & cœlestibus inuigilet, & mens  
abstrahatur tunc à terrenis & tendat ad cœlestia,  
vbi nostra erit habitatio & cõuersatio vt speramus  
perpetua. ¶ Item ieiunium totaliter infringi  
quadagesima, totiẽs in septimana, in quatuor  
tribus. In profestis Apostolorũ, &c. & multis vicibus  
diebus ieiunij comedi, & ad ebrietatẽ tũc bibi,  
collationẽ magnã feci, fumendo panẽ & cibũ & potum  
in tanta abundãtia, vltra sitim sumpsi quod egeram  
riem, & appetitũ in magna parte sedavi & extingui  
Electuaria species fructus & alia abundãter nimis  
sumpsi, potius per modũ cibi in fraudẽ legis, quã  
necessitatem & naturæ sustentationem. ¶ In diebus  
alios ad infringendũ ieiuniũ comedẽdo, & ad collationes  
siue refectiones serotinas inuitãdo, & tabernaculo  
visitãdo. Parauimẽs cibum & potũ ministrãdo  
passim omnibus etiã potentibus ieiunare, quos  
risimiliter sciuimẽs non habuisse legitimũ impedimentum,  
aut excusationem non ieiunandi. ¶ Quia  
cũ viderem hospites meos ferẽ ebrios, propitius  
eis vinũ deterius quã in principio mensẽ, vinum  
mixtum pro puro, vinum patriæ pro vino Franciæ  
vel Belnensi, Pictauiensẽ, pro Renensi, &c. Et vinum  
mea miscui diuersis speciebus scharley, &c. Et diuersis  
modis & mixtionibus confeci, & causa fui vt homines  
sic facilẽ & cito inebriarentur, quare etiam  
in diuersas inciderunt infirmitates. Et non im-

diu  
vel  
sito  
absol  
uit  
egre  
cios  
tẽ fu  
mur

A  
loru  
nia r  
mur  
nibu  
men  
med  
cerit  
vide  
gita  
gnif  
func  
uiur  
lis, p  
sti p  
uiur  
cios  
fui  
scili  
albo

diui, quando tamen commodè potui, ne in domo  
vel in mensa mea inebriarentur, quinimo ex propo-  
sito & multipliciter hoc sollicitaui, vt sic à vino meo  
absoluerer, vel etiam in hoc delectando, & vt ab in-  
uitatis per me commendarer coram hominibus de  
egregia eorum tractatione. Vndè mos ille perni-  
ciosus apud quosdam inoleuit. Dicentes se non le-  
tè fuisse receptos nec bene tractatos, nisi ebrij do-  
mum redeant.

*¶ Tertia pars, de doctrina Gulae vitandæ, &  
sobriè viuendi.*

**A**D mensam & cōuiuia accessur<sup>o</sup>, memor sis illius  
vltimæ cœnæ, quâdo Christus Iesus cibus ange-  
lorum, matrè mestissimâ die Iouis sancta, in Betha-  
nia relinquês, in Hierusalé cibum & potû nobilissi-  
mum corporis & sanguinis discipulis & nobis om-  
nibus proposuit & ppinavit. Ac in testamentû siue  
memoriale perpetuû reliquit dicês. Accipite & co-  
medite, hoc est corpus meû. Quotienscunq; hoc fe-  
ceritis, & hunc delicatissimû cibum sumpseritis aut  
videritis, facite in meam commemorationē. Exco-  
gita ô Christiane ne ingratitude arguaris, hoc ma-  
gnificum sacramentum, mirabile beneficium, pro-  
fundum mysterium, hoc magnum Assûeri conui-  
uium, vbi vinum abundans bibitur in aureis pocu-  
lis, per quod secundû glosam, Hest. i. sanguis Chri-  
sti preciosissimus designatur. ¶ Cum ergo in con-  
uiujs tuis rubeum videris & sumere velis vinû pre-  
ciosum album, sis memor qualiter ex intimis cordis  
sui benedicti vtrumque illud vinum emanauit,  
scilicet sanguis & aqua. Et sic vinum rubrum cum  
albo misceas, id est, dolorē cum gaudio, sicut etiam

in mōte oliueti humor siue sudor ille sanguineus & aqueus mixti fuerant. Insuper quomodo vino mirrhato felle & aceto potatus fuit in crucis baiulatio & crucifixi erectione. ¶ Vndè hæc maledicta crapula & sollicitudo circa escam ventris plurimis impedimentum præstat, ne dignè sumant panem angelorum & escam mentis. Et mentem à Deo contemplatione cœlestium elongant, hominemque disponit ad studium & virtutes capescendas. Vnde Nabuzardam princeps cocorum destruxit muros Hierusalem, sic venter cui multitudo cocorum & voluptatum deseruit propter vitium gulæ, ædificium virtutum ad solum redigit. 44. distinct. ¶ Vnde gula & ebrietas omnibus, maximè tamen clericis prohibetur & inconuenit, quare eam vt venenum fugere debent, quæ hominem ratione priuat & brutale efficit. Ingenium, memoriam, & omnia naturalia ledit, & vitam terminat vel abbreviat. Crassus enim venter grossum sensum generat & mentem hebetat. Cùm enim quis semel ac pluries inebriatus fuerit vsum rationis amittens, nunquã de cætero tantum clari ingenij, tenacis memoriæ, nec capacitatis erit vt prius. ¶ Refrena igitur illud immoderatum appetitum, fuge crapulam, comestationes deuota, conuiuia & societates quantum possis, & cum moderamine ratio recta dicat & natura exigit, nutrimentum accipe, nescis enim quantum corpus delicatius & abundantius reficis, tantum vermibus escam crassiorẽ preparas, & animam macram & esurientem dimittis.

¶ Ea namque debet esse intentio & finis, cum ad mesam accessurus refici cupis, vt videlicet cibum & potum sumas in exigentiam & sustentationem nature & hilari-

hilar  
ad D  
rum  
con  
lato  
nou  
tidie  
cum  
cato  
duri  
æter  
mor  
inue  
Qua  
ama  
in in  
cet o  
tur  
¶ V  
quo  
dun  
eoru  
nun  
run  
aqu  
in su  
men  
den  
nup  
cor  
Ma  
Vl

hilari

hilaritate cordis, vt tãtò fortior sis & magis idoneus ad Dei seruitiũ. Ad studium literarum, non diuitiarum. Ad officiũ ac alia onera exercitiãq; statũ tuum concernẽtia debite explenda. ¶ Insuper ò crapulatores, gulosi & semper commestationibus dediti, noueritis quomodo diues ille crapulator, qui quotidie epulabatur splendide & delicatè sepultus est, cum alijs cõmessatoribus in inferno, vbi eis pro delicto eorũ cibo quẽ hic habuerũt, proponitur cibus durissimus, qui nunquã poterit digeri, scilicet mors æterna. Nam mors depalcet eos, desiderabũt enim mori, & mors ab eis fugiet, quẽrent mortem & non inuenient. Apoca. 9. O mors amara, inquit August. Quã dulcis & desiderata esses illis, quib' hic tam amara fuisti. ¶ Panis insuper amarissimus gulosis in infernali tenebrosa longa cœna proponitur, scilicet consciẽtia amara. Nam vermibus eorũ non morietur. Panis eorum vertetur in fel aspidum. Iob. 20.

¶ Vinum duplex eis pponitur, scilicet Rubeum, quod est fel draconũ: & albũ, quod est venenũ aspidum & serpẽtum. Deutr. 22. Fel draconum vinum eorum & venenũ aspidum insana. ¶ Carnes apponuntur eis lixe & asse. Apoca. 16. Commanducauerunt linguas suas præ dolore. Transibunt enim ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. Iob. 24. ¶ Et sicut hic in suis conuiujs habuerũt diuersa genera, & instrumenta musicorũ tenentes tympanã & cytharã, gaudentes ad sonũ organi, vt dicitur Iob. 21. Ita in illis nuptijs infernalibus resonabunt tria genera musicorum. Primum genus erit stridor dentiũ & fletus. Matth. 8. Secundũ erit vlulatus dæmonũ. Esaiã 16. Vlulabit Moab ad Moab vniuersus vlulabit. Moab

interpretatur ex patre, & significat illum de quo lo-  
annis 8. Ex patre diabolo estis, ipse mendax est  
& pater eius scilicet mendacij. Tertium erit male-  
dictio, clamor & ululatus communiter omnium  
damnatorum, Zachariæ 12. Planget terra, scilicet  
infernalis, familiæ & familiæ seorsum. Nam seorsum  
planget & punietur familia superbiorum seorsum  
familia luxuriosorum. Vnde luxuriosi & adulteri videbunt,  
sive cognoscent compeccantes sequaces suos in tormentis,  
quorum vel quatuor amore deliquerunt, & pares hic in culpa,  
ibi erunt pares in pœna. ¶ De isto cantu maledictione  
ploratu horribili habetur, Hieremiæ 20. Maledictus  
dies inquit in qua natus sum, in qua peperit mater  
mea, dies non sit benedicta. Maledictus qui annunciauit  
patri meo dicens, Natus est tibi puer masculus. Quare  
non interij à vulua matris vt fieret mihi mater mea  
sepulchrum. Quare egressus sum, vt viderem laborem  
& dolorem, & consumerentur in confusione dies mei.

¶ I. Machabeorum 9. Conuersæ sunt nuptiæ in  
luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum.

¶ Mirum quomodo letos dies in commestrationibus  
peragere possimus, si huiusmodi futura tormenta  
& nuptias infernales animo reuoluamus perpetuò duraturas.

¶ *De Luxuria quintum Capitulum cum tribus partibus*  
¶ *In prima parte tractatur de quidditate Luxuriae, & de eius speciebus.*

**L**uxuria ex genere suo est mortale. Nam eius  
rationem pertinet quòd modum & ordinem rationis  
excedat circa venerea & carnalia delectatione.

delectationes. Et sic directè est contra illud præceptum, Non mechaberis. Exodi 20. Super quo verbo dicit Augustinus. Nomine mechæ omnis illicitus concubitus, scilicet extra matrimonium atque illorum membrorum non licitus vsus prohibitus intelligitur. Apostolus etiam ad Galathas. 5. inter opera carnis quæ sunt mortalia, quia hominem à regno excludunt, enumerat luxuriam, immunditiam, impudicitiam, & fornicationem: quæ omnia sub generali vocabulo luxuriæ continentur. Hanc materiam ad longum videbis in beato Tho. 2. 2. quest. centesimo quinquagesimo tertio.

¶ Quæstio. An cogitatio & delectatio luxuriæ sit mortale peccatum? Respondeo per distinct. Quando est complacentia & delectatio quædam in sensualitate consurgens, ex visu, locutione, tactu, auditu, vel alio modo circa luxuriam, vel aliud quod est mortale ex genere. Aut ratio superior perpendens diuinam prohibitionem, & offensam statim reprimit illam passionem & delectationem, & tunc est veniale. Aut non statim reprimit, & tunc aut expressè consentit, & est mortale, quia vir comedit, id est, ratio superior consentit. Aut non expressè, sed negligit reprimere, aut ergo manet talis complacentia post sufficientem deliberationem & animaduersionem periculi, & tunc etiam est mortale & mulier comedit. Aut non diu manet, imò de venereis tentatus displicentiam habet & reprimit, cum aliquali tamen carnis dilectione, & sic est veniale. Vndè tentatio carnis, stimulus, titillatio, delectatio etiam quædam in sensualitate aut carne insurgens, non semper est peccatum.

Nam talis motus & delectatio frequenter est in fa-  
tuis pueris & dormientibus. Habentes enim noctur-  
nam pollutionem, percipiunt veram delectationem sen-  
sus, tunc tamen quia carent ratione minimè peccant.  
Vnde ut dicit B. Tho. 2. 2. q. 154. Pollutio nocturna  
nunquam est peccatum, sed quandoque est sequela peccati  
præcedentis, sicut quando provenit ex superfluitate  
cibi aut potus, conuersatione, cogitatione, visu, tactu,  
&c. Et de tali causa culpabiliter præcedente oportet  
confiteri. Si verò talis pollutio in somnis puenit ex  
superfluitate vel debilitate nature. Aut illusione dia-  
bolica, sicuti in studentibus, religiosis, virginibus, &  
castè sobrièque viuentibus frequenter accidit, non ne-  
cesse est confiteri de tali pollutione, quia nullum pec-  
catum est. Nec propter huiusmodi pollutionem noctur-  
nam necessario sacerdos debet dimittere celebra-  
tionem aut alius communionem, quauis etià accide-  
rit verissimiliter ex causa culpabili præcedente, si de  
illa confessus & contritus fuerit, nisi taliter pollutus  
nocte præcedenti senserit ex hoc notabile indispo-  
sitionem & hebetudinem mentis. Et ideo consulunt do-  
ctores, quòd talis pollutus ad aliquod tempus, videli-  
cet 24. horarum abstineat à communionem, maximè  
secundum Palude cum accidit citra mediam no-  
ctem. Sed tunc illa tentatio stimulus & delectatio  
carnis est peccatum, quando est morosa & condele-  
ctatio voluntatis, vnde si sit mora imperfecta, & sic  
etià consensus imperfectus tunc est veniale pecca-  
tum. Si verò mora sit perfecta, & per consequens con-  
sensus perfectus & completus, expressus vel interpre-  
tatiuus, tunc est mortale, etià quamuis non sit pericu-  
lum executionis operis. ¶ Et delectatio siue cogi-  
tatio

tatio dicitur morosa secundū B. Tho. non ex mora temporis, sed ex eo quòd ratio deliberās circa eam nimis immoratur, nec talem delectationē de venereis curat repellere, sed libenter circa talia delectabilia versatur, quæ tamen statim vt rationē attingūt repelli debuerunt secundū sententiā B. Augusti. 12. de trinitate. Nam tunc volūtas est in mora, & sic est consensus & culpa negligentię ipsius volūtatis, quia occurrit tēpus sufficiēs in quo volūtas posset repellere & resistere illi delectationi & tentationi quòd non facit sed finit ipsam inualefcere & crescere. Sicut quidā luxuriosi etiam profectæ ætatis occurrentibus illis tentationibus & cogitatiōibus lubricis de venereis faciunt sibi desuper imagines, & in eis fornicantur, vt dicitur Ezechie. 16. ¶ Veniale autem est cogitatio luxuriæ, cum quis cogitat de carnalibus vt de eis pœniteat siue studet, vt prædicet vel doceat ac increpet huiusmodi vitia carnis, vel in cōfessione audit de peccatis carnalibus, & contra naturam vel vita luxuriosa, & conuersationes cum mulieribus prius habitæ menti occurrūt, cum aliquali delectatione & carnis titillatione & sensuali complacētia, cum displicentia tamē rationis & nō consentiēdo in talibus occurrētibus: nā tūc & in similibus est veniale. ¶ Probabile etiā est inquit Adrianus sextus, quòd consensus interpretatiuus in delectationem, vel illecebrā non arguit mortalē, nisi illecebra magna fuerit, vt periculū sit perducēdi animū ad consensum in opus, vel delectationē siue illecebram. Et idem dicit Gerson. Si delectatio carnis alicui insurgit, sed in illam ex deliberatione nō consentit, nō est nisi veniale. ¶ Consensus delectatiōis etiam est peccatum



catum, & non solum operis exterioris, & consensus huiusmodi delectationis est mortale vel veniale, secundum quod ipsa delectatio est magna vel parua mortale vel veniale. ¶ Et consensus cogitationis de delectatione carnali vel de actu venereo, aut alio peccato non est semper peccatum, sicut dum quis studet circa materiam de adulterio, de circumstantiis, speciebus, & modis luxurie, ut sciat discernere distincte confiteri & alios desuper instruere, talis non peccat, & tamen habet consensum & scienter de illis peccatis & delectationibus cogitat. Hæc etiam est virtualiter sententia doctoris sancti prima 2. q. 74. ar. 8.

¶ *De speciebus Luxurie.*

**D**E hoc vitio luxurie, eius speciebus, filiabus & modis diuersis non expedit ad longum & plene scribere, nec coram populo in sermone in speciali descendere, nec etiam in confessione, nisi quantum necessarium est pro perfecte confessione facienda propter virgines & pusillos, ne eis detur aliqua occasio, ut aliqua specialia audita vel lecta imitari conentur. Natura enim hominum præcipue iuuenum facilis est, & multam ad venerea propensa. Sed quia hoc vitium & in excogitati modi luxurie, & vitij contra naturam, indies in quolibet statu & religionis, & mundano multipliciter regnant, quos modos & circumstantias plerique ignorant esse peccatum, ignorantia tamen culpabili, quia non adhibent debitam diligentiam ad sciendum. Ideo consulo ut quilibet conscientiam suam floremque iuuentutis, ac tempus præteritum diligenter examinet, & discurrat circa hæc vitia carnis, & prudentem castum confessorum desuper consulant, quomodo in statu virginali, maritali, religionis, & quouis alio

alio, peccata ista, & eorū diuersæ circumstantiæ committuntur. Sint tamen confessores discreti circa hæc materiam in interrogationibus faciēdis. ¶ Et quia nonnulli etiam confessores ex simplicitate vel cecitate ignorant diuersitatē, multiplicitatē, atq; distinctionē specierū, filiarū & circumstantiarū luxuriæ. Ideo in generali aliqua circa hanc materiā tangam, quæ necessariū est scire. Vt alijs præcipuè hoc vitio infectis dem occasionē nō labēdi, aut in lecto & luto vitiorū permanēdi, sed resurgendi, conscientia purgandi, & confessores peritos cōsulant, grauitatemq; cognoscāt & ea vitent. ¶ Species luxuriæ sunt septem, scilicet Fornicatio, Stuprū, Adulteriū, Incestus, Raptus, Sacrilegiū, Vitiū contra naturā, ¶ Fornicatio simplex est soluti cum soluta. ¶ Stuprū est illicita defloratio virginū, quando tamē violētia non infertur. ¶ Adulteriū est, quando alter fornicantiū est persona cōiugata, si vterq; tūc est duplex adulterium. ¶ Incestus est, abusus consanguinearum vel affinium. ¶ Raptus est, quando violentia infertur fœminę vel eius parētibus. ¶ Sacrilegiū est, quādo alter vel altera aut vterque fornicantium est religiosus vel religiosa sacerdos, aut in sacris constitutus, vel voto continentiaē solemnī obligatus. Similiter quando in loco sacro committitur luxuria.

¶ Et in eodem actu possunt cōcurrere diuersæ species luxuriæ, vt si Ioannes cōiugatus cognoscat Carterinam monialem, virginem, consanguineam eius rapiens eam de monasterio, ibi est adulterium, sacrilegium, incestus, stuprum, & raptus. ¶ Vitium contra naturam cōtinet sub se quatuor species quæ sunt Mollicies, Innaturalitas, Sodomia, Bestialitas.

¶ Molli-

¶ Mollicies est, quādo absq; cōcubitu procuratur  
pollutio & delectatio venerea, impudiōe seipsum  
vel alias personas eiusdē vel alteri<sup>o</sup> sexus tangendo,  
vel quouis alio modo. ¶ Innaturalitas est, cūm va  
in commixtiōe cum muliere nō seruat debitum vas  
siue membrū, vel si seruet debitū vas, nō tamen de  
bitum modū consuetū à natura & ad generationem  
magis aptum. ¶ Sodomia fit per concubitū, non ad  
debitū sexum, puta masculi ad masculum, fœminæ  
cum fœmina. ¶ Bestialitas fit per concubitū cum  
animali non eiusdem speciei, videlicet cum bruto.

¶ De ordine & grauitate istarū specierū dicit Tho  
mas 2. 2. q. 154. quòd infimū locum tenet mollicies  
deinde innaturalitas: tertio Sodomia: quarto be  
stialitas. ¶ Filiæ luxuriæ cōmuniter ponuntur iste  
septem, Cæcitas mentis, Præoccupatio, Inconfide  
ratio, Incōstātia, Amor sui, Amor mūdi, Odiū Dei.

¶ *Secunda pars de modo confitendi in vitijs Luxuriæ.*

**C**onfiteor me insuper turpiter deliquisse circa vitia  
carnis, veneris, & libidinis. Diuersas frequenter  
habui cogitatiōes carnales de venereis, in quib<sup>o</sup> mo  
rosus fui, delectationem in eis habēdo, & imagines  
faciendo. Et totiens cōsensum dedi, si tēpus & oport  
unitas adfuiisset, opere quod mente conceperā com  
pleuissē, vel saltem cōsensum interpretatiuū dedi,  
quia non laboraui nec curaui illos cogitatus lubri  
cos & delectationes occurrentes repellere quando  
debui & potui. ¶ Itē frequēter exposui me diuersis  
& multis peciculis adulterij, sacrilegij, & luxuriæ,  
visitando loca suspecta, videlicet lupanaria, & alia  
consortia mulierū de genere leui frequentando. Et  
non obstante quòd aliquotiēs in societate quaran  
dam

dam formosarum fœminarũ existēs prius ad casum  
deueni, postmodũ adhuc eadē loca visitaui vbi eas  
esse vel fore cognoui. Et sic licet opere non semper  
compleuerim, nec cōsensum simpliciter & expressē  
dederim, nō vitauitamen occasiōes propinquas &  
verisimilia pericula. Et huiusmodi loca & mulierũ  
consortia visitādo, alios etiā ad concupiscētiam mei  
induxi, & scandalizauit plurimos. ¶ Item speciebus  
& herbis calidis, cibarijs & ferculis, potubusq; va-  
rijs & delicatis ac immoderatē sumptis prouocauit  
petulantia & delectationē in carne. ¶ Visu, osculis,  
amplexibus, tactibus, ludēdo, saltādo, chorifando,  
& alijs diuersis gestibus indecētibus cum certis per-  
sonis, religiosis, Ecclesiasticis vel secularibus, virgi-  
nibus, maritatis, &c. grauiter deliqui. Ad stimulum  
& pollutionē carnis his vel alijs medijs me prouo-  
caui, quam passus sum totiēs in vigilia, & pluries in  
somnia, & tunc expergifactus eam cum delectatiōe  
& cōplacētia terminaui. Nā hoc est mortale, quādo  
est cum delectatiōe notabili & consensu deliberati-  
uo. Si verò terminetur talis pollutio in vigilia, & ex  
surreptiōe placeat ei, erit veniale. Si verò nullo mo-  
do placeat illa pollutio nocturna præterita, vel so-  
lũ placet quod passus sit eā in somno inquantũ est  
naturæ alleuiatio & exoneratio, nō erit peccatum.  
Nullo modo tamen licet appetere aut consentire in  
pollutionē futurā etiā in somnis, nec eam prouocare  
balneis, herbis, aut alijs medicinalibus vel cibis &  
potu delicatis. ¶ Vnde pollutio diurna, siue que fit  
in vigilia semper est peccatũ, si sit volūtaria & procu-  
rata extra statum cōiugij, secus quādo non est pro-  
curata sed inuolūtaria. Sicut quibusdā accidit ex de-  
bilitate

bilitate naturæ contra eorum voluntatem. vnde  
dicit B. Tho. & Gerson. Quidam vigilantes viri  
mulieres, etiã viri & religiosi & cõfessores audient  
confelsiones peccatorũ carnaliũ, etiã inuiti patius  
tur quandoq; pollutionẽ, vel fluxum cuiusdam hu-  
moris medij, qui dicitur fluxus libidinis, cum nulla  
aut tenuissima delectatiõẽ aut carnis motione, que  
non est propriè pollutio, quia vt dicunt medici sine  
libidinosa delectatiõẽ & carnis motione, nemo pol-  
lui potest vigilando. Quibusdam accidere cognoscit  
inquit B. Tho. passionẽ huius fluxus propter solam  
præsentiã & allocutionẽ personæ alicuius, in cuius  
aspectu & præsentiã habuit sensualem complacẽ-  
tiam aut amorẽ inordinatum. Expedi illis vt vitent  
quantũ possint colloquia & affabilitatẽ taliũ perso-  
narum, aliã videtur se exponere periculo. ¶ Item  
prædictis medijs ac alijs modis cõmissa peccata mol-  
liciei erga meipsum & alios vel alterius sexus, tacti-  
bus, osculis, &c. puocando ad pollutionẽ. Exprimunt  
tales modos molliciei corã discreto cõfessore. Nam  
horrenda peccata molliciei & contra naturã in mu-  
tis regionib; regnãt, ppter quẽ & longè minora Zo-  
doma & Gomorra igne & sulphure perierũt, pro-  
pter quã etiã frequenter Deus bella, pestes, & alias  
plagas hominibus inmittit. ¶ Et regnant illa pec-  
cata molliciei in diuersis hominũ statibus, etiã fre-  
quenter inter iuuenes. Ideo parẽtes respectũ speci-  
lem circa suas proles habere debẽt, præcipuè quãdo  
ex quibusdam signis & coniecturis vident aut per-  
pendere possunt eas ad delectatiões, & vitia carnis  
inclinatas, nec tunc simul dormiãt vel inhonestè lo-  
quantur, &c. ¶ Itẽ habui pulchras filias quas proficere

& pr  
lis vl  
nus  
hosp  
tion  
trata  
alio  
teas  
land  
iniec  
nalia  
uato  
piscẽ  
¶ It  
& co  
ecclẽ  
tas a  
rhe  
& co  
vuln  
carn  
laqu  
sum  
tur c  
ris.  
& co  
mod  
eis c  
piscẽ  
perp  
rosi  
con

& pro vino vendidi (vt verbis prophetę vtar, Iohē-  
 lis vltimo.) Sacerdotes, studētes, curiales, & id ge-  
 nus hominū, q̄ eas amore impudico insequēbātur,  
 hospitio recepi, choreis, cōmessationib⁹, & cōuersa-  
 tionib⁹ indecētib⁹, multa inde carnalia p̄ctā perpe-  
 trata sunt, & filia mea coronā virginitatis taliter, vel  
 alio modo mea culpa & negligētia amisit. ¶ Per pla-  
 teas, in ecclesia p̄cipuē tēpore diuini officij ambu-  
 lando in choro, vel alibi sedēdo, oculos impudicos  
 iniēci in pulchras filias, habendo desup̄ praua & car-  
 nalia desideria & carnis tentationē: vndē teste Sal-  
 uatore Matth. 5. Omnis q̄ viderit mulierē ad cōcu-  
 piscēdam eam, iam mechatus est eam in corde suo.

¶ Item in curioso & indecēti habitu, pectus, vbera,  
 & collum nudum ostendendo, comā nutriendo, in  
 ecclesijs, & cōuiujs, ac alijs locis, multos siue mul-  
 tas ad mei amorem & concupiscentiam attraxi. Fui  
 rhete & muscipula diaboli, capiens multas animas  
 & corda plurium iuuenum, per sagittam veneris  
 vulneraui multis verbis persuasuis, sermonibus, &  
 carminib⁹ amatorijs, iuuenes, virgines, adolefcētes,  
 laqueo amoris irretiui, & blanditijs labiorum ad ca-  
 sum attraxi: sicut dicitur Prouer. 7. vbi describun-  
 tur conditiones vanę & pulchrę mulieris siue vene-  
 ris. ¶ Itē non solū conatus sum virgines decipere  
 & concupiscere, sed etiā diuersis corporis gestib⁹ &  
 modis laboraui, vt mei amore inflammaretur, & ab  
 eis cōcupisceret: vndē teste Augu. Non solū cōcu-  
 piscere, sed & concupisci velle dānabile est. ¶ Cū  
 perpenderem, quōd quidam studentes alijq̄ amo-  
 rosi iuuenes sagittis veneris percussi, me amore &  
 concupiscētia insequerētur gestibus exterioribus,

verbis dulcibus & cōuerfatione familiari simul  
eos diligere, vbi tamen cor meum longè erat ab eis,  
quia alijs vinculo veneris alligatū. Et sic fui aliquo  
tians causa infatuationis & execrationis eorū. Sic  
nonnunquā accidit. Cū filij veneris desiderio  
frātur & spe fruendi dilecta, nimio eius amore  
flammati sensibus orbantur, & veneris siue diabo  
martyres efficiuntur. Nam Venus balthea nebit.

¶ Item chorizando cantilenis & verbis obscen  
præcipuè corā virginib⁹ & adolescentibus prolata  
meipsum & plures ad libidinē excitauī. Dictamin  
carmina, & verba lasciuiz libēter in cōuiujs in ec  
clesia & alijs locis protuli, & cum risu & delectatiō  
ab alijs audiui. ¶ Imagines nudas virorū ac mulie  
rum in vitris & alijs tabulatis, in domo mea repon  
feci, delectando in earum aspectu, & plures per ha  
scandalizauī & occasionem libidinis videntibus ex  
dedi. ¶ Item lutina, fistulis ac alijs instrumētis mi  
sicalibus nocte vicos perambulando, literis amato  
rijs, munusculis, copulatrices mittēdo, bibendo, ju  
dendo, cōmessando, & diuersis alijs medijs subtri  
bus, quæ non expedit palā scribere, conatus sum  
virgines, domicellas, maritatas, religiosas, ad casum  
& mei amorē allicerē. ¶ Item cum effectu quorū  
virgines defraudauī, & ad casum deduxi, pulchro  
eis dando verba, munera promittendo quæ nō ser  
uauī. Difficile est condignā agere pœnitentiā, & si  
ficientem facere restitutionē de huiusmodi deflor  
tione, quia nō est digna ponderatio continentis ano  
mæ Eccl' i. 26. Vnde deflorans virginē vel aliquan  
rapiens, tenetur ipsi & parētibus eius, magnā facere  
emendā & restitutionē: Iuxta arbitriū boni viri &  
discre

discre  
annū  
sæ, m  
exce  
one  
præ  
locū  
uiaui  
tus su  
quia  
talia  
illa p  
cum  
sicut  
mort  
nera  
fabul  
tione  
cum  
hone  
bona  
magi  
eius  
teriu  
stum  
vbi al  
frequ  
quæ  
quia  
enim  
sente  
tio lic

discretionem prudentis confessoris. ¶ Item fui ad  
annū vel notabile tempus cuiusdā virginis, religio-  
sæ, maritate, consanguineæ, &c. amore infatuatus &  
exceatus & adeò distractus, quòd officium, aliāq;  
onera mihi incumbētia, studiū ac seruitiū diuinum  
prætermisi. Comedere non valui, nisi prius eam vel  
locū habitationis vidissem, vitam notabiliter abbre-  
uiaui, & diuersis modis amore carnali eā prosequu-  
tus sum. Hæc & similia oportet distinctim cōfiteri,  
quia cōmittuntur diuersa & aliquotiens mille mor-  
talia in vna septimana vel die. Nam quotienscunq;  
illa persona mihi obuiā venit, vel memoriē occurrit  
cum complacentia, dilectatione, & nouo consensu,  
sicut regulariter in talibus fieri solet, totiens pecco  
mortaliter nouo peccato. Literas amatorias & mu-  
nera mittendo, eam inspiciēdo, manus dando, con-  
fabulando. Quicquid horū fecerim tali praua inten-  
tione, amorosa cupiditate & voluntate, desiderium  
cum ea explēdi semper pecco mortaliter. Quinimo  
honestā verba dicēdo, faciēdo elemosynas, vel alia  
bona opera, eo tamen sine & intentione, vt illi sic  
magis cōplacere possē, & vt per illa vel alia media  
eius amore frui possē, mortaliter pecco. ¶ Adul-  
terium cōmisi simplex vel duplū. Sacrilegium, Ince-  
stum, sciēter vel etiā ignorāter visitando lupanaria,  
vbi aliquotiēs religiosæ apostatæ, in habitu seculari,  
frequēter etiā maritatē morātur, & turpē questum  
quærunt. Illa enim vel similis ignorātia nō excusat,  
quia do operā rei illicitæ & de se malæ. Fornicatio  
enim nullo modo potest sine pctō fieri, imo iuxta  
sententiā Ricar. nec per Dei dispensationē fornica-  
tio licitē fieri potest, quia implicaret, Fornicando



enim iniustitiam quis committit, vtendo re nō  
Attendant hoc adulteri & fornicatores, qui nulli  
vel paruū putant fornicationē esse peccatū, dicētes  
ex natura nos ad venerea esse inclinatos, & de  
quæ ex natura nobis insunt, nō laudamur nec vitu-  
peramur. ¶ Item per herbas, potiones, & plura  
secreta media q̄ scribere nō expedit, aborsum pro-  
curavi, fœtū in vtero extinxi vel laboravi, & reme-  
dia quæsiui ne conciperēt & parerēt, vt sic confusio-  
nem mundanā euaderē, & si concepī & peperī pro-  
lem, secretò expediui, & animas illas visione diuina  
perpetuò priuavi, & à baptismo impediui. Itē post  
in adulterio vel sacrilegio proles habui, ne res in  
cem veniret, & quandoq; ex paupertate eas in loc-  
cōmuni reposui vel reponi feci inter pueros adue-  
ticios, quorū parētes ignorātur, qui vulgo dicuntur  
apud nos *die vondelinghen*. Et sic causa fui, quo-  
fortè ille proles cum suis consanguineis contrax-  
erunt, vel commerciū carnale habuerūt, & bona  
eorum pauperū consumpserunt. ¶ Consensum de-  
absolutū vel conditionatū, in talem personam re-  
ligiosam, maritatam, &c. si non timuissē parentis  
vel confusionē mundanā, vel incurrere indignitatē  
nem quorundam vel morbillos, aut aliam ægritudi-  
nem, vel ne venter intumesceret, &c. propter huius-  
modi vel similem causam solam prætermisi.

*¶ De amore & familiaritate nimia confiten-  
tium erga confessores.*

**I**TEM gessi amorē sensuālē & carnalē vno anno  
duobus, &c. erga p̄latū meū, patrē, cōsanguineū  
vel quēuis alium, p̄cipuē capta fui amore cōfessoris  
mei, qui fuit religiosus vel secularis, & cum quo  
quanto

quando deliqui. ¶ Item durate illo venereo impudico amore multis annis adhuc interim eidem cōtessa sum, & indignè sacramentū absolutiōis suscepi, nec verā integrā confessiōne feci, quia pluries eundem accessi magis ex quadā cōplacētia, affectiōe, & delectatiōe carnali, & vt occasiōe sic haberē cum eo conferendi, quā causa verē confessiōis faciendē.

¶ Itē tēpore confessiōis, quē quādoq; duravit ad 2. vel 3. horas, & sub simulata confessiōe commisimus diuersa peccata molliciei, & cōtra naturā, &c. & locuti sumus de venereis & amorosis amplexib<sup>o</sup> prius per nos habitis. ¶ Itē accedēdo talē confessorē aut aliū, diuersis periculis me exposui, ipsum & me ad carnis petulantia excitādo, quia noui naturā meam tam fragilē, quōd per ipsius prēsentiā, affabilē colloctionē, & quādoq; per solum aspectū aut recordationē morosam, stimulū, pollutionē, aut alias passiones in carne sentij. ¶ Itē fui nimiū familiaris, libera, & audax circa confessorē, & quāsdā alias ecclesiasticas psonas, & quādo verisimiliter psciui talē dilectū venturū, curiosē me ornaui ad illi cōplacendū, & ab eo cōcupiscēdū. Suadeo oībus religiosis, virginib<sup>o</sup>, ac quibuscunq; alijs mulierib<sup>o</sup>, ne nimiā familiaritatē & amicitia quādā sensualē habeāt cum suis cōfessoribus. Diabolus enim est mille artifex, & sub specie sanctitatis & religionis, mirabilia operatur. Et p illā mutuā frequentationē assiduamq; colloctionem, assensionē literarū & munusculorū transmissiōem, amor prius fortē honestus fit sensualis, tandem carnalis & diabolicus, & horrēda tūc sine timore committuntur crimina. Et illis consultius fuisset in seculo mansisse in statu matrimoniali, & ibi proficere

quàm in religiōe notabiliter deficere. vndè di. Aug.  
Sicut difficile sum expertus meliores, quàm qui  
monasterijs profecerunt, ita difficile expertus sum  
deteriores, quàm qui in monasterio defecerunt. c. 47.  
quantumlibet. ¶ Itē ingressus sum monasterium  
clausa mulierū & virorū, & ibidē cōmessationibus  
pomposo habitu, literis, munerib⁹, visu impudicis  
osculis ac mundanis moribus, plures virgines  
alias religiosas & Ecclesiasticas personas scandalis  
fauī. Ad varias tentatiōes & amorē inordinatū qui  
tū in me fuit prouocauī. Periculosum est & cōtin-  
tudo valde detestabilis, quòd viris facillè permit-  
tur passim ingressus in monasteria fœminarum,  
mulieribus ad monasteria virorum, de quo super-  
iores non impediētes, districtam reddituri sunt De-  
rationē propter distractions, maximas occasiōes  
& plurima peccatorū pericula quę scio imminuī.

*¶ De concubinarijs & meretricibus.*

**E**GO prælatus ecclesiæ, episcopus, abbas, curatus,  
decanus, sacerdos, &c. tot annis cum concubina  
quasi vxore propria vitā duxi, habēdo ex ea animas  
lia super focū gradientia in magno numero, quibus  
de bonis spiritualibus & matrimonio Christi com-  
municauī, nedum ad sustentationē & necessitatem  
sed super fluitatē & seculi pompam. Sicut frequēter  
videmus, quòd filij sacerdotum & meretricum  
triumphant in ecclesia Dei de bonis pauperū & con-  
cifixi. ¶ Item in hac vita fornicaria, subditos & popu-  
lum scandalisauī, & toto illo tempore irreuerēter  
pollutis labijs, manibus, & corde cōtaminato  
sancta sanctorū accessi, & absolutiōis sacramentum  
indignè suscepi. Nam tales & similes perniciose

uentes & perditis moribus alios scandalifantes, tenentur omnes huiusmodi cōfessiones iterare, & de irreuerētia confiteri. Quia nō potest quis à peccatis absolui, nisi de præteritis doleat, & proponat in futurum abstinere, & de facto occasiōes propinquas, pericula, & lapidem offēsiōis & scādali remoueat.

¶ Item similiter cōcubina illa exprimere debet, an cū curato ecclesiæ, cardinali, vel episcopo, religioso, vel simplici seculari sacerdoti, & quanto tēpore (ne minem tamen nominando) talem vitam habuerit.

¶ Item 20. annis vel alio notabili tempore in vita publica in diuersis oppidis, corpus meum in turpi questu prostitui, & pro pecunia vendidi, quoslibet passim admittendo, non habui respectū an ecclesiastici, religiosi, vxorati fuerint vel liberi, & sic plurima sacrilegia, adulteria, incestus, & oīa luxuriæ genera perpetravi, de quibus numerum scire nequeo.

¶ Item hospitio recepi sciēter, dissimiles & leues personas die ac nocte, quas ex cōmessationib<sup>o</sup>, choreis, amplexib<sup>o</sup>, & moribus amorosis, verisimiliter sciui vel scire debui ob finē puersum libidinis explēdæ venisse. Noscitur enim ad nasum mulier q̄ vēdit omasum, & ex plumis dinoscitur auis. Et sic anteriore parte domus hospitū intertenui, retro p̄stibulum. Et permisi etiā sciēter multa adulteria, fornicationes, taxillatiōes, &c. tempore indebito diuini officij scilicet, & p̄ integras noctes in domo mea fieri.

¶ Accōmodato dedi vel locaui domū pro lupanaribus & stufis intertēdis. Scholas publicas taxillorum & chorifatorū seruauī, & pro vsurarijs, &c.

¶ Item fui tot annis hospes aut hospita in lupanaribus diuersis, & multas virgines pulchras, ac alte-

rius status prostitui, & blandicijs munerumq; pro  
missionibus, eas ad illam scādolosam vitam induxit.  
Et causa fui, quòd plura homicidia & latrocinia  
cōmissa sunt. ¶ Item minutā mensurā vini vel ce  
uisiq; dedi, & meas ancillas ad hoc intertenui, vt  
plenā darent mensurā, vt duo pro vno scriberēt.  
ex bursa aduenientiū, secreto, & per varias subtili  
tes pecuniā rapui & extorsi. ¶ Postquā ad ætate  
veni decrepitā, & opere libidinem explere nequā  
delectatus sum tamē ad huc in verbis obscenis ea  
cendo & libenter audiendo, & copulatiōes multas  
feci, literas, munera, ac responsa hincinde deferēt  
inter religiosas, ecclesiasticas, virgines, ac maritas  
personas. In dānabili ac periculosissimo statu fer  
tales copulatrices, & frequēter deteriores demō  
bus eisq; in quibusdam callidiores, qui nonnunquā  
annū integrū diuersis tentationib<sup>9</sup> & medijs, conu  
tur aliquas personas præcipuē iuuenes & ecclesie  
sticas ad casum deducere, & tamen ad intētum non  
semper veniunt, quas aliquoties istæ diabolicae co  
pulatrices in vna nocte conuenire faciunt.

*¶ De Coniugatis.*

**N**ON vixi honestè & pudicè in statu matrimo  
niali vt bonos cōiuges decet, vxori fidelitatem  
nō seruauī, aliās plus amauī, cum quibus totiens  
adulterio vixi, vbi tamē vxorē habeo bonam & pu  
chram, & ex ea proles. Et vxorē cum prolib<sup>9</sup> deper  
perauī adulterādo, commessando, taxillando, & ceteris  
maximā molestiam, tristitiā, & aduersitates intulit.  
¶ Itē quādoq; ad vnū mēsem vel annū me à domo  
& thoro vxoris elongauī, ex rācore & tempore dil  
cordiæ, vel quia alijs vinculo inordinati amoris ab

ligatus

ligatus eram. ¶ Item vxori debitū petenti expresse  
vel interpretatiuè denegauī, vndè adulteria vel pec-  
cata molliciei ex parte mea vel ipsius prouenerunt.

¶ Item nō seruauī modū naturalē debitū in com-  
mixtiōe carnali, pro vt ratio & status matrimonia-  
lis exigit, sed alienos fœdos modos quæsiui, & pec-  
cata molliciei, & cōtra naturā multipliciter cōmisi.  
Multi sunt modi præcipuè quinq;, molliciei & pec-  
cati contra naturā, qui etiā nonnunq̄ inter coniuges  
quosdam seinuicē nimiū diligentes committuntur.  
Qui magis specificādi sunt corā discreto confessore.  
Et similiter plura alia hæc vitia carnis concernentia,  
quām scriptis commendanda, aut in templo prædi-  
canda, propter pusillos & virgines, vndè cōfessores  
valde discreti esse debent, & moderati audiendo, &  
interrogādo de peccatis carnalibus, ne per indiscre-  
tionem laqueum potius damnationis quām salutis  
remedium præstent, similiter & verbi Dei concio-  
natores. Vndè propter defectum talis discretionis  
plurium sacerdotum, multæ animæ pusillorum in-  
dies periclitantur. ¶ Tempore menstrui infirmi-  
tatis, vel alio tempore non debito debitum exegi, &  
quando ebrius aliquantulum fui violenter illud ex-  
torfi, frequenter cum præiudicio prolis & nocu-  
mento vxoris. Propter enim talem vel similem abu-  
sum vxorum, nascuntur aliquoties proles leprosæ,  
monstruosæ, & defectus notabiles habētes. ¶ Item  
delectationē carnis modo illicito, & nimis ardentem  
semper quæsiui & compleui, & bonū prolis mini-  
mè intendi, propter quod tamē principaliter matrimo-  
nium institutū est, licet etiā minus principaliter  
ordinatū sit in remediū ad vitādam fornicationem.

¶ Habeo virum probum quem tamē despera-  
pedibus si possem conculcarem, multa vitia & debi-  
tus ei obieci, & improperaui cōtumeliosē, & in-  
gnanter de paupertate parentum & ignobilitate,  
quod ex nihilo creuerit. ¶ Itē in adulterio spurio  
cōcepi & peperī, de quibusdam scio, de alijs dubitō  
an sint ex marito proprio vel adultero, & sic mult  
annis damnificauī virū meum & proles legitima  
Quia maritus omnes æqualiter suas putat. Difficil  
est confessori, quādo tales vel similes casus ei prop  
nuntur rectē consulere. Et ideo nō sit in talibus  
dus negocijs præceps sine deliberatione, concili  
& studio leuiter absoluēdo, sed remittat huiusmodi  
personas, sano cōsilio de modo restituēdi indigētes  
ad alios peritiores, vel aliā horā redeundi assigne  
donec ipse à doctoribus melius fuerit informatus.

*De Spurijs.*

**K**atharina habens spurios cum legitimis mari-  
ignorāte, tenetur de necessitate salutis omni  
dio possibili laborare, vt illi legitimi qui sunt ve-  
heredes in nullo postmodū damnificentur, & resti-  
tutionē facere atq; procurare tenetur eisdē, de ini-  
stitia & damno passo. Et hoc quandoq; est valde  
ficile, nisi seipsam prodat & diffamet. Si tamen aliter  
nō possit procurare, vt damnū legitimis illatū resar-  
tiatur & restitutio fiat, nisi per sui ipsius diffamatio-  
nem tenetur, etiam cum famę & honoris sui iactura  
& denigratiōe restituere & facere quod possit, quia  
pro nullo scādalo vitādo veritas vitę est relinquēda.  
Iam alium non damnificare, & alienum restituere  
sunt de veritate vitę & Dei mādato. Sicuti si de-  
xim falsum testimoniū contra Ioannē innocentem

tenetur

teneor meipsum diffamando eum liberare.

¶ Ponam aliqua media, vt sine diffamatione Katharina prefata, possit legitimis satisfacere.

**P**rimò, si habeat bona parafernalia, vel alia propria præter dotem quæ nõ adduxit pro intertentione onerũ matrimonij, quia scilicet est mulier lucratiua & questuosa, quæ industria, laboribus, mercantijs, opere manuali, vel alijs medijs licitis superlucrata fuerit, de illis bonis (quia potest elemosynam facere & quibusdam amicis donare) debet spurios alere, & veris heredibus de eisdem damnũ recompenfare in vita, & in testamẽto talia bona solis legitimis relinquendo, secundũ extensionẽ & proportionẽ damni quod habuerunt. Secundò, ipsa exponi faciet per discretũ confessorẽ vel alium secretũ confessorẽ, vel alium secretũ amicũ, qui statim eius nouerit viro, à quo spurios concepit, quòd ex conscientia tenetur istos alere & eisdem subuenire. Ille tamẽ adulter, si proles legitimas ex sua vxore habeat, nõ potest bona & hereditates earũ transferre in istos spurios: potest tamen & tenetur de alijs bonis, de quibus dispositionẽ liberam habet donandi, hos spurios alere, & refundere damnũ, tenetur ipse etiã quòd sua culpa veri legitimi Katharinæ falsi sunt. ¶ Tertiò, ipsa Katharina laborabit, vt proles spuria instituat in bonis moribus & timore Dei & scholas visitet, vt tandem ingredi possit ordinẽ mendicantiũ, vel aliã religionẽ quæ non prætendat successiõnẽ in bonis.

¶ Quartò, ipsa poterit conuocare legitimos filios simul cum spurijs & dicere eis. Ecce si fortẽ aliquod impedimentũ substiterit, quòd aliquis vestrũ nõ sit legitimus, quia interdum etiam honestæ mulieres,

per



per vim stuprantur, quod præ confusione, aut ne  
terius tamen eueniat, palam facere non audent, &  
alio modo poterit fieri impedimentū, Estis ne con  
tenti, si fortè aliquis vestrū nō sit legitimus, vt  
nimitè & liberè in hoc cōsentiatis, quòd omnes  
mul tanquam legitimi filij & veri hæredes in bono  
succedatis, & si vnus plus cōsumpserit quàm debe  
illi remittatur. ¶ Quintò, si Katherina habeat vir  
mansuetū, discretū, & pacis amatorē, & nō sit per  
culū quòd occidet eam, nec reuelabit alijs, poterit  
ei in secreto negociū aperire, vel quòd curatus est  
in cōfessiōe detegat, & eū inducat vt patiēter ferat  
nec tamē vindictam sumat, &c. Similiter filio spur  
poterit Katherina innotescere, si talis sit mansuetus  
vt pater eius, & præcipuè ante mortē quantūcumque  
honestā fuerit reputata, debet ad minus suo curato  
vel discreto cōfessori casum aperire, & eidē licentiam  
& mādātū dare, vt spurio insinuat matrē asseruisse  
& desuper vitā terminasse, quatenus ipse non sit ve  
rus hæres nec legitimus, sed in adulterio coceptus.  
¶ Item insuper fateor meā culpā, quomodo impa  
tiēs fui cōtra Deū murmurādo, quòd tot ples misericordie  
concesserit, ditioribus & potētioribus prætermis  
qui nullas aut paucas habet, & timēs multitudinem  
prolium, ideo commercium carnale negaui, vel illi  
citis modis & medijs in concubitu, & pōst sollicitu  
taui ne conciperem, & abortum procuraui. ¶ Item  
zelotipus fui erga vxorem, imputando ei falso adu  
terium, vel desuper eam redargui, & coram alijs ac  
cusauī, vbi nullam certitudinē, nec probabiles con  
iecturas aut vehementes suspitiones habui, cum  
mulier proba. Illa zelotipia, quæ frequenter in  
coni

coni  
valde  
malo

IT  
chr  
&c. E  
earu  
& qu  
Ecce  
mitte  
simil  
super  
habe  
inter  
doct  
veru  
falia  
ma v  
nisi t  
præ  
secu  
min  
men  
esse  
der  
sus  
præ  
rem  
tis  
con

coni

coniuges, iuuenes formosos regnare consuevit, est valde periculosa, damnabilis, & occasio multorum malorum, adulterij, discordiæ, furti, &c.

*¶ De impedimentis & fraudibus circa matrimonium quæ communiter occurrunt.*

**I**tem fui aliquotiens nocturno tempore cum pulchris filiabus commessando, chorisando, ludendo, &c. Blanditijs & pulchris sermonibus tandè vnam earum decepi & cognoui, multa eidem pollicendo, & quòd omnia sub bona fide fierent & promisi illi, Ecce si volùtatem meâ explere velis hac nocte promitto tibi, quòd non ducâ aliâ nisi te. Quæ omnia & similia verbo dixi, & anulum, vel alia munera desuper dedi solùm animo extorquedi libidinem, non habendo intètionem contrahendi. Supposita etiam intentione adhuc dubium magnum versatur apud doctores, an illis vel similibus verbis contrahatur verum matrimonium de præsentis vel solùm sponsalia. Verum est tamen, quòd sub hac vel simili forma verborum non ducam, vel non habendo aliam nisi te in vxorem, non est verum matrimonium de præsentis secundum rigorem verborum, nec etiam secundum communem sensum & intellectum hominum, sed solùm videntur esse sponsalia. Aliqui tamen doctores etiam de hoc dubitant, & dicunt non esse sponsalia. Vndè si y nisi capiatur exceptiuè, tunc de rigore sermonis videntur esse sponsalia, quia sensus est, Non ducam aliam siue aliquam personam præter te, & promitto tibi quòd ducam te in vxorem & nullam aliam, & si illa sit intentio promittentis & recipientis, indubiè sunt sponsalia, & ille est communis intellectus.

¶ Si

¶ Si verò nisi, capiatur conditionaliter pro, tunc nō videtur simpliciter esse sponsalia, sed obligatio solūm cōtrahendi sub conditione. Nā sensus est, promitto quòd nō ducam aliquā si nō te duxero, est, si vnquā velim aliquā ducere, promitto quòd eris illa, & illa conditionalis nihil ponit, nec obligationem simpliciter inducit, quare nō sunt simpliciter sponsalia, sed solūm sub conditione. Nam si illa promissio possūm licitè cōtinere, & sic nulla ducere, quòd faciendo nō frangā promissionem sponsalia. ¶ Etiam quāuis sublequatur copula carnalis, adhuc nō est matrimoniū de præsentī in conscientia, nisi per illum actū, intendat vterque præsentī & de facto dare consensum, & velint se cognoscere vt coniuges: vndè in confessione diligenter examinandæ sunt huiusmodi personæ & vtraque rerum, an videlicet illis vel alijs verbis, datione vel mentione annuli, denarij vel alterius iocalis, & per copulam subsequatā intendant de facto, & de præsentī contrahere, & fidem inuicē dare, & an se inuicē cognouerint putātes se veros coniuges, & tunc indubie est verū matrimoniū in foro poli, si vterque in conscientia cōsentiat. Si ergo altero die pœnitētia ductus, nec cum ea manere, nec ipsa pbare potest, nec te cōpuleret, tu transferste ad aliā patriā vel ciuitatē, contrahendo ibidem matrimonium in facie ecclesiæ, cum alia ad quā parentes tui te quodammodo cogerunt, vel induxerūt illud secundū matrimoniū corā Deo est nullū, sed in adulterio manebis cum secunda, quotiēs debitū exigēdo eam cognoueris, totiēs peccabis mortaliter. Si verò p̄ p̄dicta vel similia verba consentias solūm in matrimoniū futurū, nec actū

accipit

accipit  
sed lo  
nō ve  
præse  
facie  
gravi  
fidem  
iudic  
præse  
duces  
clesia  
trimo  
solūm  
his so  
& iud  
coram  
terium  
Berth  
in fac  
here,  
cund  
per ve  
rit, ea  
cere  
tu ver  
quòd  
pere  
tentio  
siue p  
consc  
mane  
missi

accipis, nec intendis pro præfenti in vxorẽ ducere, sed solũ pro futuro tempore, tũc sunt sponsalia & nõ verũ matrimoniũ corã Deo, & si tũc cum alia de præfenti contrahas & consentias, secretẽ etiã vel in facie ecclesiã secundum erit verũ matrimoniũ: sed grauius peccas rumpendo sponsalia, & nõ tenendo fidem & promissionẽ primã datam. Ecclesia tamen iudicabit primũ esse matrimoniũ propter cõsensum præsumptũ. ¶ Similiter si promittas Berthẽ, quòd duces eam in vxorẽ, desuper eam cognoscendo, ecclesia cũ ei de copula constiterit, iudicabit esse matrimoniũ, siue tu intenderis eam ducere siue nõ, sed solũ extorquere copulã. Nam ecclesia iudicat de his solũ quẽ patẽt. Et ideo frequẽter in foro fori, & iudicio ecclesiã est matrimoniũ inter quosdã, vbi corã Deo & in foro poli siue conscientiã est adulterium. ¶ Vndẽ si matrimoniũ clandestinum cum Bertha per verba de præfenti contraxeris, & postea in facie ecclesiã cum Katharina præsumas contrahere, primũ erit verum matrimoniũ in foro poli, secundum in foro fori. ¶ Similiter promittis Berthẽ per verba de præfenti si commerciũ carnale admiserit, eam omnino intendis, & promittis ipsam tũc ducere & habere in vxorẽ, & ipsa bona fide admittit, tu verò tanq̃ nebulo peruersus, animo non intendis quòd verbis explicas, sed eam sicut plures alias decipere curas, si cum alia per verba de præfenti & intentione contrahendi contrahas, siue clandestinã siue publicã secundũ erit matrimoniũ verũ in foro conscientiã. Ecclesia tamen iudicabit, & te coget ad manendum cum Bertha, postq̃ ei constiterit de promissione & copula subsecuta, & teneberis ecclesiã parere

parere manendo cum Bertha, sed non poteris  
ea commerciū habere sine peccato. ¶ Hæc ma-  
valde lata est & intricata, frequēter plurimi erro-  
in istis matrimonialibus contingunt, fraudes &  
ceptiones. Quo fit vt nonnulli in adulterio cōtra  
maneant putantes se veros coniuges: alij verò qu-  
dōq; impedimentū & defectū sciunt, sed minime  
rant, nec diuortiū faciunt, quia execati sunt amor  
carnis vel stercore diuitiarū. Et isti errores & ad-  
teria pluries accidere solent, etiā ex simplicitate  
storum. Quilibet enim curatus scire tenetur illa  
pedimenta quæ impediunt matrimoniū, & sunt  
duplici differentia. ¶ Quædam impediunt ma-  
moniu contrahendum, sed nō dirimunt contractū  
vt votum simplex, feria, siue tempus, aduētus, qu-  
dragessimæ, &c. vndē si emiseris votū simplex car-  
tatis vel religionis, nihilominus pœnitētia ductū  
vel parentū aut amicorū suasu inductus, omisissæ  
pletioē voti ad statum matrimonialem te transie-  
tūc contrahēdo peccas mortaliter, nec sine peccato  
exigere poteris debitū ab vxore sine dispensatione  
requisitus tamē reddere teneris. Si verò votum  
lenne emisisses, quod fit per susceptioē ordinis  
professionem alicuius regulæ approbatæ, tunc ma-  
trimonium post contractum nullum est, nec per  
pam potest obligatio talis voti solennis tolli se-  
dum B. Tho. & quorundā aliorū doctorū opinio.

¶ Alia sunt quæ impediūt cōtrahendū, & dirimunt  
contractum quæ sunt 12. & continētur his verbis.  
*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,  
Si sis affinis, si fortē coire nequibis.*

Hæc  
¶ It  
ecclē  
matr  
eius,  
gere  
Si ver  
cogn  
niū et  
confa  
tingit  
qui iu  
iuncti  
taui in  
ætatis  
Pro q  
inter  
vtroq  
alteri  
thorū  
parari  
lūm in  
lis est  
potest  
tium  
fieri d  
sed si a  
tunc se  
nō ino  
sensur  
pter h  
separa

*Hæc socianda vetant connubia iuncta retractant.*

¶ Item peccavi exigendo debitū ab vxore contra ecclesiæ & iuris prohibitionem, viso quòd tempore matrimonij contracti cognouerim consanguineam eius, & sic sine dispensatiōe nunq̄ potero ab ea exigere debitū, vxore tamē exigente tencor reddere. Si verò cōsanguineā eius in tertio vel quarto gradu cognouissem anteq̄ cum ea contraherē, matrimoniu est nullū. Similiter propter impedimentū aliud consanguinitatis, affinitatis, cōpaternitatis, &c. contingit plures non esse veros coniuges apud Deum, qui iudicio hominū censentur matrimonialiter coniuncti. ¶ Item deliqui, quia diuortiū feci, aut sollicitauit inter quosdā cōiuges iuuenilis aut nō prouectę ætatis, vndē causa fui adulterij & multorū malorū. Pro quò aduertere oportet, quòd matrimonium inter fideles contractū & cōsummatū, nunq̄ potest utroq; viuēte dissolui quoad vinculū, sed solū per alteri eorū mortē corporalē dissoluitur: sed quo ad thorū & mutuā cohabitationē potest ad tempus separari, nō tamē faciliter licitè hoc fieri potest, sed solū in certis arduis casib⁹. Quorū vnus & principalis est adulteriū. Nam si Bertha cōmisit adulterium, potest Ioānes eius maritus eam relinquere & diuortium facere, auctoritate tamē & iudicio ecclesię hoc fieri debet, præcipuē quādo nō est omnino publicū: sed si adulteriū sit omnino publicum & notorium, tunc secundum Panor. posset eam spōte relinquere nō inquirendo solennitatem, auctoritatem, vel consensum ecclesiæ, episcopi vel prouisoris. Item propter hēresim, propter vitium Sodomiticum possent separari. Item si alter querit aliū trahere ad aliquod

H                      mortale,

mortale, quod verum intellige secundum Angelum  
Sialiter non possit compelli quam per diuortium  
alijs autem casibus non debet fieri diuortium, nisi  
sistente legitima & ardua causa. ¶ Grauius  
peccant, Episcopi, decani, prouisores, & quicunque  
qui facile ex leui causa passim coniuges separant,  
litteras diuortij siue separationis dant, quas illi con-  
iuges singulis annis renouare debent, contribuere  
nouam pecuniam: vnde diligenter primo deberent  
salam diuortij inquirere, an sufficiens sit & non faci-  
credere petenti diuortium in preiudicium matrimonij.  
Causa enim matrimonialis fauorabilis est & deli-  
cus, salubrisque est status matrimonij, modo debet  
interteneatur, alias si rixis & perfidia agatur, deli-  
licus est. ¶ Reprehensibiles etiam sunt, & peccati  
multum parentes coniugum, qui frequenter propter  
bona aut leues discordias, occasio sunt separationis  
coniugum & adulterij causa, ex vna, vel frequenter  
vtraque parte. Sicut pluries accidere cognoui, vt puta  
si Ioannes maritus Berthę deditus sit commestatio-  
nibus, taxillationibus, & non multum prudens in  
uitijs accumulandis. Ad statim parentes Berthę  
ad se vocat, nec bona in contractu matrimoniali pro-  
missa dare volunt, & Ioannes tunc cum filio pro-  
fugus in longinquas regiones, filii quas portat  
rum in adulterio comedit. Bertha etiam quia iuu-  
nis & pulchra incontineenter viuit, &c. Et horum  
omnium malorum parentes alij suadentes, inductores,  
copultrices sunt causa, & laborare tenentur sub  
na peccati mortalis & damnationis, oes qui iniuriam  
causa talis diuortij extiterint, vt iterum coniungatur  
coniuges quo ad thorum & cohabitationem separantur.

¶ Re-

¶ E  
Bur  
diu  
publ  
nun  
mic  
à De  
uius  
mic  
nihil  
delic  
mun  
incor  
¶ Ter  
T  
aqua  
elon  
loren  
quan  
ctio  
diuer  
mus,  
nudum  
in aqu  
Ignor  
conce  
mort  
script  
& arc  
turan  
Nun

¶ **R**edituri sunt etiã districtã rationẽ coram Deo Burgimagistri & Magistratus oppidorum, vbi talia diuortia ex leui causa permittunt, & adulteria satis publica non corrigunt, & cum homicidijs componunt. ¶ Propter hæc enim peccata adulterij & homicidij, pestes, bella, & alię tribulationes plærung; à Deo nobis infliguntur. Vndè vnum adulteriũ grauius peccatũ est, quàm decem vel viginti furta. Homicidiũ tamẽ adhuc grauius est adulterio. Furtum nihilominus grauiori pœna temporali punitur, videlicet capitis vel suspendij, propter pacificũ comunem conuictum hominũ, sed adulterio grauior incomparabiliter debetur pœna æterna infernalis.

¶ *Tertia pars de remedijs cõtra tentatiões & vitia carnis.*

**T**ria facere solemus volentes extinguere vel mitigare calorẽ ignis vel potti bulientis, quæ sunt, aquæ immisio, lignorũ subtractio, & potti ab igne elongatio. ¶ Primò ergo cum senseris ignem & calorem libidinis insurgere & inualescere, immitte aquam lachrymarũ compunctiois, corporalis afflictionis, & sacrarũ scripturarum lectionis, exemplo diuerforũ sanctorũ. Nam de sancto Benedicto legimus, quòd carnis tentatiõe adueniẽte, quandoq; se nudũ inter vepres, & vrticas proiecit. S. Bernardus in aquas gelidas. S. Franciscus in niuẽ, &c. Eccl. i. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, id est, vehemẽtem concupiscentiæ & carnis ardorẽ, aqua tribulationis mortificat, & maximè mortis meditatio, & sacræ scripturę iugis lectio & studiũ facillè repellũt ignem & ardorẽ libidinis, Hiero. inquit. Ama studia scripturarum, & vitia carnis nõ amabis, de conse. dist. 5. Nunquam. Et loquitur non de scripturis Terentij



vel Ouidij, vel aliorū poëtarum, qui suis scriptis in  
pudicis de venereis plurimos, iuuenes qui regulam  
ter ad vitia carnis sunt inclinati, ardore delectationis  
& vitiorū carnis inflāmant. Tales enim libri & scrip-  
tales deberēt reijci & corā studentibus non legi, sed  
in illis materijs obscenis: sed loquitur Hiero. de  
dilationibus & studio sacrarū literarū, quæ nos non  
carnalem sed diuinū excitant amorē, & pellunt  
in memorem voluptatū carnaliū humorē. ¶ Secundò de  
bet fieri subtractio lignorū siue combustibiliū quæ  
sunt cibus & potus, quæ nō solum ex quantitate  
abundantia sed ex qualitate ignē luxurię incendit  
& eo magis quanto sunt delicatiora & magis nutri-  
ticia & inconsueta. Nam sine Cerere & Baccho  
get Venus. Ideo in ieiunijs ecclesiæ est interdictū  
omnis esus carniū, & in ieiunio quadragesimæ  
ouorum & lacticiniorum: nam ista sunt magis nutri-  
ticia & incentiua libidinum, contra quæ in-  
tuta sunt ieiunia, & ad domandum carnis petula-  
tiam. Per gulam enim commestationes & ebrietates  
plures in horrenda vitia carnis incidunt. Quæ  
namque delicatē pauerit seruum suum, id est, cupi-  
pus, in fine sentiet eum contumacem, Prouerbia 25.  
Vndè in figuram primi parentis perpetrato vitio  
gule, subito in terrestri paradiso stimulos carnis  
serunt erubescens faciendo sibi perisomata, Ge-  
nesis 3. ¶ Venter & genitalia inquit Hieronymus  
vicina sunt membra, vt ex vicinitate membrorum  
telligatur cōfederatio vitiorū, dist. 35. Et idē ventris  
mero estuans facilè despumat in libidinē. Exempla  
habemus in Loth, qui nimio vino inebriatus cō-  
miserat cum filiabus incestū cōmittens. Ideo inquit  
p

pie-  
ria  
quæ  
mu-  
Ger-  
& o-  
mat-  
suad-  
Cur-  
riam  
meli-  
præ-  
tifica-  
bus  
bus  
doct-  
Aug-  
expe-  
tos  
gis  
ergo  
noli  
Pro-  
finu-  
per  
gred-  
tetig-  
quid-  
tituc-  
tis, S-  
hoc  
lierū

piens, Prouer. 28. Luxuriosa res vinū. i. causa luxu-  
 riæ. Nolite ergo, inquit Apostolus, inebriari vino in  
 quo est luxuria, ad Ephe. 5. In cuius figurâ etiâ legi-  
 mus qualiter Noë ebrius fact<sup>o</sup> denudauit fœmora,  
 Gen. 9. ¶ Tertiò fiet elôgatio ab illis personis, locis,  
 & occasiõib<sup>o</sup> quę cõmuniter dant vel dare possunt  
 materiã tentatiõis & libidinis. Fuge fornicationem  
 suadet apostolus, Cori. 6. Super quo verbo Ambr.  
 Cum alijs vitijs potest expectari cõflictus hęc luxu-  
 riam fugite ne approximatis. Non aliter quã fugiendo  
 melius poterit vinci. Vndè periculosissima est viris  
 præcipuè ecclesiasticis illa societas, familiaritas, gra-  
 tificatio, nimia affabilitas & libertas cum mulieri-  
 bus & etiâ virginibus, religiosis, & ecõtra mulieri-  
 bus cum viris, quæ nimia familiaritas multorū etiâ  
 doctissimorū virorū oculos mentis excecauit: nam  
 Aug. lib. de singularitate clericorū inqt. Crede mihi  
 expertus loquor, Ex fœminarum familiaritate mul-  
 tos cedros cecidisse cognoui, de quorū lapsu nõ ma-  
 gis suspicabar quã Hieronymi vel Ambrosij. Imitare  
 ergo consiliū sapientis, Eccl' i. 42. In medio mulierū  
 noli cõmorari, de vestimētis eius procedit tinea: &  
 Prouer. 6. Nunquid potest homo abscondere ignē in  
 sinu suo vt vestimēta sua nõ ardeāt, & ambulare su-  
 per prunas vt nõ cõburantur plātę eius. Sic qui in-  
 greditur ad vxorē proximi sui nõ erit mūdus cū  
 tetigerit eam, nec cõfidat quis de sua sanctitate sicut  
 quidã religiosi & deuotarij facere solēt, nec de for-  
 titudine aut sapiētia, quia Dauid sctūs, Sampson for-  
 tis, Salomon sapiēs, & infiniti alij quorū nomina in  
 hoc libro scripta nõ sunt nec scribi possent per mu-  
 lierū consortia corruerunt. ¶ Insuper summopere

emere oportet à mollicie lectorum, lintheorum  
vestimentorum, & nimia curiositate eorum  
sunt circa corpus, quæ etiam plerunque sunt  
centiua & inflammantia ignem ardoris carnis  
concupiscentiæ.

*¶ Doctrinæ & deuotæ meditationes contra  
carnis tentationes.*

**Q**uia caro concupiscit semper aduersus spiritum  
& natura ad malum proni sumus, atq; ad  
carnis vitia plurimū inclinati, & quæ à natura vel  
consuetudine habemus, radicata sunt. Ideo consulo  
quisq; vigilet & sollicitus sit ad refrenandum tenta-  
tiones, libidinē, & concupiscentias carnis, quæ tenta-  
tiones periculosiores plerunq; sunt, quàm mūdus  
diaboli, sicut bellum intestinū peius & periculosius  
est, quàm quòd ab exteris inimicis intentatur. Hi  
enim hostes, scilicet caro & sensus, intranei & nobis  
intimi sunt ubiq; nos comitantes, de quibus inimicus  
dicitur Micheæ 7. Inimici hominis domestici eius.  
Nam quinque sensus nostri & appetitus eorundem  
tam interiorū quàm exteriorū, conueniēter figurantur  
per quinque fratres diuitis epulonis. Cùm enim  
illud bellum intestinum sentire ceperimus sensibus  
nostris suggerentibus quòd delectabile est, & contra  
rebellante aduersus spiritum orabimus cum propheta  
Dauid, Psal 58. Eripe me de inimicis meis Deus meus.  
Vtique inimici nostri sunt qui preciosissima furantur,  
scilicet aurum charitatis, & nobilem thesaurum  
scilicet animam ad imaginem Dei creatam. Threnorum  
Oculus meus depredatus est animam meam. Ita  
per vigilantissimo studio, si rectum viuendi modum, ser-  
uaueris; moriendi habere velis, curabis extirpare

hæc v  
sentia  
nis. C  
mina  
etiam  
suale  
nicar  
sensu  
tur, &  
litati  
inclin  
trahe  
vita h  
legitt  
puer  
capit  
Cum  
& de  
qui e  
tibi f  
nis t  
matr  
perfi  
alia e  
Deu  
scen  
non  
tand  
tent  
quã  
veh  
spor

hæc vitia & eorum occasiones, ad quæ naturaliter sentis te magis inclinatum, quæ in multis sunt vitia carnis. Conaberis etiam vt ratio (quæ est regina & domina in castro consciëntiæ & corporis humani, a qua etiam rationales esse dicimur, non brutales vel sensuales à sensibus, in quibus bruta nobiscum communicant) regat, corrigat, & supplantet carnalitatē siue sensualitatē ancillam. Nam regnū cælorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. 11. Qui scilicet sensualitati, passionibus, affectionibus, tentationibus, & inclinationibus naturalibus, violentiā inferunt subtrahendo, quæ sunt eis delectabilia. Militia enim est vita hominis super terrā, & nō coronabitur nisi qui legitimè certauerit. De multiplici bello hoīs præcipuè triplici in morte supra dixi in tertia parte secūdi capituli. ¶ Alia doctrina & deuota meditatio est. Cum tibi occurrūt huiuscemodi carnis tentatiōes, & de venereis lubricæ cogitatiōes, dicas. O domine qui es sponsus sanguinum fidelissimus animæ meæ, tibi fidem in baptismo dedi, tu mihi arram sanguinis tui preciosissimi in circuncisione iterū dedisti, & matrimonium in lecto crucis cōsummasti, nō volo perfidus esse, nec cum diabolo vel carne, aut quauis alia creatura adulteriū committere, ipsam supra te Deum meum diligēdo. In istis ego turpibus & obscenis tentationibus & cogitationibus, consensum non intendo dare nec morosus esse, desuper cogitando atque imagines faciendo. Et si tūc adhuc illis tentationibus agitaris, non valens eas repellere, sed quāto magis circa eas repellendas es sollicitus, tātō vehemētius insurgūt, dic. O domine vim patior, responde pro me. Nam quāuis tūc illa tentatione tam

vehementer crescēte, exinde titillatio, stimulan-  
nis atq; etiam pollutio aut quēdam alia in carne  
mectatio sequeretur, noli perplexus esse in ea, ut  
placentiā non habeas, nec delectationem quare  
non peccabis, quia peccatū consistit in voluntate  
pleno consensu, vt infra 8. capite patebit. ¶ Dic-  
super illud Cāti. i. Fasciculus mirrhę dilectus me-  
mihi inter vbera mea commorabitur. ¶ Et cum  
Paulo qui etiam stimulo carnis vexabatur, dic-  
cætero nemo mihi molestus sit, nec caro, nec me-  
dus, nec dæmon: causam subiungit. Ego enim  
mata domini Iesu in corpore meo porto, quasi de-  
doctrinā nobis relinquendo. Profunda passio  
vulnerū Christi Iesu in corde impressio atq; de-  
meditatio est sufficiens & efficacissimū remedi-  
cōtra molestias, aduersitates, & quaslibet tentati-  
vndecunq; insurgentes. Nihil enim teste Grego-  
adeo durū, quod nō æquo animo tolleretur, si pa-  
sio Christi ad memoriā reuocetur. ¶ Præterea  
obruunt aquæ delectationum carnalium & stim-  
carnis insurgunt, dicito cum beato Ambrosio lib-  
de virgi. O Venus mors animæ, te non amo, Cle-  
stum amo in cuius thalamum introiui, ipsi sum de-  
ponfata cui angeli seruiunt, cuius pulchritud-  
nem sol & luna mirantur, id est, mirabilem ostē-  
dunt. Cuius mater virgo est, cuius pater facinor-  
nescit. Corpus eius corpori meo sociatum est, me-  
scilicet dilectionis, & lac rectè intentionis ex ore  
suscepi, & sanguis eius ornauit genas meas, me-  
est, passio eius ad opera pœnitentiæ me induxit  
patientiæ, quę maximè ostendunt ruborem sancti-  
tatis. Posuit signum in faciē meam, vt nullum pra-

ter eu-  
racte  
amau-  
accep-  
uotio-  
stici  
dam  
tonio

A  
pria  
char-  
Acci-  
tum  
tra c-  
grati-  
eam  
est q-  
grau-  
bon-  
& se-  
talis  
dera  
mal-  
min-  
quo  
stine-  
do e-

ter eum amatorem admittam (hoc signum siue characterem impressit nobis in baptismo). Quem cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum, cum acceperero virgo sum. ¶ De his & similibus deuotionalibus, quibus proch dolor plures Ecclesiastici & docti parum afficiuntur, plura tetigi in quodam confessionali pro laicis in vulgari nostra theutonica lingua ædito. In. 7. tractatu.

¶ *De Accidia Capitulum sextum habens tres partes.*

¶ *Prima pars de descriptione Accidie & specierum eius.*

**A**ccidia ex genere suo est mortale, quando est secundum perfectam deliberationē rationis vt dicit Tho. 2. 2 q. 35. Quia secundum propriam rationē cōtrariatur charitati. Nam proprius charitatis actus est gaudere de Deo & bono diuino. Accidia autem tristatur de bono spirituali in quantum est bonum diuinum, iam quod est directē contra charitatem est mortale, quia per charitatem siue gratiam habemus vitam spiritualem in quantum per eam Deus qui est vita habitat in nobis. ¶ Accidia est quoddā tēdium bene operandi siue tristitia aggrauans, quæ ita deprimit animum hominis vt nul boni ei agere libeat. Et est tristitia talis semper mala & secundū se mala, si sit de bono spirituali. Si verò talis tristitia sit de vero malo vt de peccatis, si sit moderata est bona pertinēs ad pœnitentiā. Si verò sit de malo, sed immoderatē vt sic aggrauet mentē, vt hominem totaliter à bono retrahat tūc est mala. ¶ Ex quo patet quod accidia est speciale pētūm ab alijs distinetū. Accidiosus enim dolet & tēdiū habet quando est cōsistendū, cōicandū, orādū, distribuēdū pau-

peribus, & de alijs bonis operibus in quantum sunt  
ordinata, & fiunt propter Deum ad Deum recon-  
liandum, ad exhibendū ei honorem debitum.

¶ Sed tristitia illa nō semper est speciale peccatum  
qua quis tristatur de bono, quod est in actibus  
larū virtutū. Nam omne vitiū bene refugit aliquo  
bonū virtutis oppositæ. Sed quia in omnibus pec-  
tis etiam quæ sunt mortalia, ex genere suo mortalia  
non sunt, nisi quando suam perfectionē consequuntur,  
quæ consummatio seu perfectio est in consensu  
rationis. Ideo si sit inchoatio accidie, in sensualitate  
erit veniale, si etiam ad rationē pertingat aliquo  
modo incompletè, sic quod nō sit perfecta delibetatio  
sed cū precipit ratio statim reprimat siue resistat,  
etiam nō erit mortale, sicut accidit in motibus  
rum vitiorū luxuriæ & huiusmodi. Sed si perueni-  
tur ad consensum rationis, quæ consentit in fugam  
horrorē, & detestationē boni diuini, carne cōtra-  
ritum prævalente erit mortale. Et est contra præ-  
ceptum de sanctificatione sabbati, per quod precipitur  
quies mentis in Deum, cui contrariatur tristitia  
bono spirituali diuino. Et quādo dictū est accidie  
esse mortale peccatū, intelligitur secundum Thomam  
quando est cum omissione eorū, quæ sunt in præ-  
cepto vel necessaria ad salutē, aliās esset veniale. Unde  
si quis contristetur, & aliquale tediū habeat de hoc,  
quod aliquis inducit vel cogit eum implere aliqua  
opera virtutis, quæ facere non tenetur, similiter ex-  
plendo aliqua bona opera fortitudinis, liberalitatis,  
iustitiæ, vel alterius virtutis, fastidiū aliquod habet  
inter faciendum vel priusquā incipiat, nō est ibi pec-  
catum accidie, sed quādo tristatur in his quæ illi  
m

minet

mine  
diene  
ras ca  
prece  
diuin  
regul

¶ Fi  
mora  
lanin  
tio m  
no en  
tia, in  
stabil

¶ S

SE  
di  
cesse  
prece  
tiam  
cept  
vel v  
tens  
ciun  
tur  
dun  
ter a  
legi  
offi  
uot  
dol  
nib

minent facienda propter Deum. Sicut quidam audiendo die dominica missam, sermonē, legendo horas canonicas, ieiunando, aut alia Dei vel ecclesiæ præcepta implendo, nauseā quandam, fastidiū & tedium habent, & tristantur quòd Deo seruiunt, tūc regulariter talis tristitia & tedium est mortale.

¶ Filix siue species accidiæ secundum Gregor. 31. moralium sunt sex, videlicet, Malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, euagationis mentis circa illicita. Isidorus lib. de summo bono enumerat septem, que sunt. Ociositas, somnolentia, importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas.

¶ *Secunda pars de confessione peccatorum Accidiæ.*

¶ *De lectione Horarum.*

Sexto cognosco me culpabilem circa peccata accidiæ. In primis frequēter præcipuè decies vel viceces, &c. ex desidia, negligētia, vel indispositione, prætermisi legere horas in toto vel in parte pœnitentiam iniunctā, audire missam, ieiunare, vel aliud præceptū aut opus omisi, ad quod ex præcepto iniuncto vel voto obligatus eram. ¶ Vndè beneficiat<sup>9</sup> omitens horas canonicas, missas, vel aliud diuinum officium, ad quod ratione beneficii obligatus est, tenetur restituere fructus proportionabiliter, & secundum ratam, plus vel minus secundum quod frequenter aut raro omisit, vt infra patebit cap. 19. ¶ Item legi horas meas, vigilias, missas, vel aliud diuinum officium compleui valde negligenter, nō studiosè, deuotè nec attentè sicut præcipitur ecclesiasticis in cadolentes de cele. missa. sed cum diuersis distractionibus, euagationibus & cogitationibus exteris, de rebus



rebus mūdānis satis voluntarijs, quia eas aduen-  
tes repellere nō curavi sicut debui & potui, sed  
rosus nimis in illis distractionibus & cogitationibus  
occurrētibus fui. Item legendo horas occupavi  
in alijs exterioribus, quæ simul non compatiuntur  
attentionē & deuotionē in horis debitam. Et frequē-  
ter irreuerentiam magnā Deo in diuino ob-  
scio exhibui. Sancta verbalibus proferendo, sed  
scilicet ad alia diuertendo. ¶ Insuper tam negli-  
gens & distractus fui inter legendum, celebrandum  
orandum, nesciēs frequēter an priorē psalmum  
toto vel in parte legerim, vel Pater noster pro  
Maria, aut econtra vel non. Itaq; omisi pluries par-  
tem aliquam notabilem. Et aliqua verba omisi ex  
stinentia vel distractiōe. Aut corruptè legi in horis  
in missa, præcipuè in Canone ubi est maior vis.

¶ Non correctè legi horas secundum vsum & ex-  
igentiam ordinarij, conatus sum sempervitare feru-  
& prolixas horas, & legi de martyribus vel de alijs  
sanctis tempore non debito, quia non adhibui de-  
bitam diligentiam, inspiciendo rubricas & alios in-  
terrogando quid legēdum esset. ¶ Item postquan-  
letum fecerim vultum, legi vesperas, vigiliās, & ce-  
taui sincopando & corruptè verba proferendo. Et  
quando cum socio legi, & in choro horas cantavi  
aduerti ad lectionem vel cantum aliorum, & quan-  
uis perpenderem eos aliqua prætermittere vel im-  
perfectè legere vel cantare non repetij nec feci eos  
repetere. ¶ Cum interruptione perfecit officium  
diuinū, fabulando & conferendo inter legendum  
de negocijs mundanis, ridendo, in lecto iacendo vel  
sedendo apud ignem, me vestiendo & exuendo in-  
aduertē-

aduertenter legi, & etiam simul audiēdo confessio-  
nes legi partem horarum. ¶ Item tempore debito  
non perfolui officium diuinū, legi aliquotiens ante  
cœnam matutinas sequētis diei, vt tantò liberius hy-  
larem possē vultum facere, & pluries cœna facta,  
cibo & potu grauatus & indisposit<sup>o</sup>, legi matutinas  
nulla aut minima causa subsistente, sed vt tantò diu-  
tius & quietius dormirē & non manē surgerē. Sub-  
existente tamen rationali causa potest quis licitē ma-  
tutinas nocte præcedenti legere, quia scilicet prædi-  
care habet verbū Dei, audire confessiones, frequen-  
ter sacris literis aut alteri vtili scientiæ inuigilare, vel  
manē profecturus est, vel aliqua alia pia rationabili  
vel vtili causa, aliās non licet. Similiter sine rationa-  
bili causa, prima, tertia, & sexta nō possunt legi pran-  
dio factō, ante celebratiōem etiam debet prima legi  
falterm vsque Preciosa, iuxta consuetudinem lauda-  
bilem illius ecclesiæ vbi quis residet.

¶ *De auditione missæ, & passione Christi.*

**D**iebus dominicis & festis non audiui missam vel  
non integram, quia post introitum templum  
intraui, & ante finem exiui, vel non eo modo vt de-  
bui audiui, quia tempore missæ deambulauī per ec-  
clesiam mulieres inspiciendo de rebus secularibus  
cum alijs assistentibus conferendo, aut nimis mo-  
rose desuper cogitando, nihil aut parū legendo, nec  
passionem Christi, & misteria missæ reuoluendo.

¶ Qui deuotē, fructuosē & meritoriē vult missam  
audire, debet tempore missæ meditari illa miranda  
misteria quæ ibidē fiunt, quæ omnia & singula atq;  
gestus & habitus siue indumenta representant sem-  
per aliquem speciale articulum passionis Christi.

De

De misterijs missæ, expositione & modo deuote  
fructuosè celebrandi lucidissimè scribit Gabriel  
canone missæ, qui liber est omnib<sup>9</sup> sacerdotib<sup>9</sup> fru-  
mè perutilis. ¶ Alba sacerdotis representat vestem  
albam, in qua Christus derisus ab Herode tanquam  
fatuus remissus fuit ad Pilatū. Cingulum fuit cor-  
aspera qua captiuus ducebatur, & ad columnam  
dira triplici flagellatione ligatus erat. Casulam ha-  
buit, quādo milites Pilati ipsum deridentes, tanquam  
volentē regnare purpureā vestē asperā & abiectā  
induerunt, quæ vulneribus adherēs cum noua  
rum apertura violenter ante crucis baiulationē ex-  
tracta erat, cum proprias vestes tunc induerēt, ut  
cum maiori scandalo & opprobrio ab omnibus  
rius dinosceretur. ¶ Stulam habuit, quādo crucem  
grauissimā. 15. cubitorū in longitudine, & 10. in la-  
titudine, in cōfractis & apertis humeris ad montem  
Caluarie baiulauit. ¶ Manipulum representat  
uos obtusos, quib<sup>9</sup> sponsus sanguinū amore animi  
sponsæ suæ lecto crucis fuit affixus, & corpus eius  
expansum, uti corde in cithara, adeo quod conueni-  
entier omnia tunc ossa eius dinumerari poterant.  
¶ Baculum pastorem habuit, quādo arundinem  
in manu dextra dabāt, qua etiā caput benedictū co-  
ronatum percutiebant. ¶ Mitrā habuit, quando co-  
rona spinea tam crudeliter grossis lignis in suo be-  
nedito cerebro fuit violenter impressa, cuius spinae  
secundum Nico. de Lyra tam duræ & asperæ erant,  
quod calceos subtus duplicatos penetrarent. Et  
iunci secundum Isidorum concaui erant & omnino  
fici, ita quod totū sanguinē benedicti cerebri & ha-  
morē ad se traxerūt, quare non mirū quod in cruce

maxi-

maxi  
salute  
catio  
rum  
bria  
bilian  
quæ  
nia co  
tristi  
tristi  
bella  
rauit  
illud  
deuo  
cerel  
bus  
& fla  
os in  
virgi  
in co  
276.  
cipli  
cipli  
duri  
nis fe  
lium  
& po  
sioni  
tanti  
exist  
scand  
audi

maximā sitim, nedum spiritualem sitiendo nostram  
 salutē habuerit, verum etiā naturalem propter exci-  
 cationē & extractionē sanguinis, & omnium humo-  
 rum & nimiam fatigationē, conuicia, sputa, oppro-  
 bria, flagella, subsannatiōes, colaphos, & inenarra-  
 bilia tormenta, quæ illa nocte pro nobis passus est,  
 quæ multo tempore durauerunt: nam postq̄ in ago-  
 nia constitutus sudaret guttas sanguinis & aquæ, &  
 tristis esset anima eius vsq; ad mortē, permāsit in illa  
 tristitia, & tanquam victoriosus miles vulneratus  
 bellare, & tormenta suscipere nō destitit & perseue-  
 rauit vsq; ad mortem. 18. horis vel circiter durauit  
 illud bellum & agonia. Reuelatū legitur quibusdam  
 deuotis circa passionē Christi multū affectis, quòd  
 cerebrū, & venas sensuū spinæ in septuaginta duo-  
 bus locis amarissimè vulnerauerūt in coronatione  
 & flagellatione tot ictis suscepit, ita quòd quodlibet  
 os in corpore eius triplicē sustinuit ictum, vnum de  
 virgis, alium de flagellis, tertiū de cathenis. Et ossa  
 in corpore humano secundū medicos legūtur esse.  
 276. vndè Eusebius & Chryf. super illo verbo. Dis-  
 ciplina pacis nostræ super eum dicunt, quòd ista dis-  
 ciplina fuit triplex, scilicet dura, q̄a virgis & spinis,  
 durior, quia flagellis nodatis, durissima, quia cathe-  
 nis ferreis fuit cesus. Hæc scribo non tanq̄ euange-  
 lium & omnino autentica, sed tanquam piè credēda  
 & populum ad gratiarū actionē, deuotionē, & pas-  
 sionis Christi meditationē, præcipuè in missa exci-  
 tantia. ¶ Insuper peccaui, quia scienter in mortali  
 existens, & in fecibus vitiorū, statuq; damnabili &  
 scandalosè manens, totiens celebraui, confessions  
 audiui, ac alia sacramēta ministraui, euangelium &  
 episto-

epistolam cātaui, & alia diuina officia publica in  
statu exercui, & sic totiens peccaui mortaliter.

¶ Item ante celebrationē, lectionem horarū pre-  
tentiaē iniunctę, &c. nō sufficienter me prædispo-  
vt decet & debui, nec animā preparauī, & sic Deum  
multotiens tentauī virtualiter, vt dicitur Eccel' i. 11.  
Quia concubinā, bona iniusta, vel aliū lapidē offe-  
sionis aut scandali apud me sciēter detinui de pe-  
catis, nullam displicentiā habui, nec propositū in-  
turum abstinēdi & occasiōes vitandi. Præterea an-  
confessionē non præmisi diligentē conscientiaē di-  
cussionē, nec examē debitū, sicut in aliqua alia re  
dua temporali fuisset facturus. Negligēs fui & in-  
gratus nō compatiendo fidelibus captiuis in purga-  
torio in maximo cruciatu petētibus subsidiū inde-  
fessanter clamātibus, Miseremini mei, &c. Elemo-  
nas nō feci, nec alia pietatis opera mihi tamen faci-  
facilia pro eis ac alijs egentib<sup>9</sup> impēdi. Nec fideliter  
oraui pro eis, præcipuē pro parentib<sup>9</sup>, fundatoribus  
& amicis qui erant mihi specialiter commēdati, &  
quorū bonis ac elemosynis uiuo, nec pro uiuis mihi  
commendatis. Itē contempsi, aut ex quodā torpore  
omisi alijs impendere opera misericordiaē corpora-  
lia vel spiritualia. Nec proximorū defectibus & di-  
fortunijs compassus sum, neq; in necessitate extre-  
ma vel arcta eis subueni. ¶ Septem opera miseri-  
cordiaē corporalia continentur hoc versu.

*Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

¶ Septē opera miē spiritualia cōtinētur hoc versu  
*Corripe, suade, doce, dimitte, solare, ser, ora.*

¶ Quod autem omittens huiusmodi opera miseri-  
cordiaē & pietatis, tempore & loco debitis peccet

patet,

patet  
stabu  
dient  
dite à  
est d  
male  
stis, &  
uinu  
pieta  
lunta  
diui,  
corū  
iufce  
iufsi  
& ful  
tionu  
fund  
vel fa  
volu  
ter à  
giorn  
hosp  
ries t  
mon  
cijs c  
non  
in ch  
men  
quat  
nia e  
drag  
& p

patet, quia in die iudicij separabuntur ab ouibus, & stabunt cum hædis à Deo æternaliter separandi, audientes illam horribilem tubalem vocem. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, causa huius discessus & maledictiõis subiungitur. Esuriui enim & nõ dedistis, &c. ¶ Item elemofynas, suffragia missarũ, diuinumq; officiũ diminui aut subtraxi, & alia plura pietatis opera, pias foundationes & vltimarum voluntatum siue testamentorum executiones impediui, per iniustas exactiones bonorum Ecclesiasticorũ furta, rapinas, vel alio illicito modo, & per huiusmodi ac plura alia media minus recta iussiones consensum, &c. Plures animas à suffragijs & subsidio fraudauit, & viuos à pijs similibus foundationibus retraxi. Videntes enim heredes, & alij pias foundationes defunctorũ non deuenire ad effectum vel saltem non totaliter, & iuxta eorum extremam voluntatem & dispositionem retrahuntur frequenter à similibus pijs foundationibus missarum, collegiorum, bursarum, præbendarum, quæ in collegijs hospitalibus & alijs pijs locis fieri solent. Habui pluries tedium & nauseam in lectione horarum, in sermonibus, in studio sacrarum literarum, ac alijs officijs diuinis præcipuè quãdo proluxa erãt, vbi tamen non habui fastidium in mensa, in cõmessationibus, in choreis & alijs voluptatibus huius seculi, quæ tamen maiorem requirunt corporalem laborem ad quatuor vel quinque horas morari. Præterea ieiunia ecclesiæ nõ seruauit, & horrebam quando Quadragesima, aduentus, vel aliud tempus abstinentiæ & pœnitentiæ appropinquabat. Et Pascha, aliaque

tempora lætitiæ desiderauit vt carnibus vesceret  
vt corpus magis quàm animam reficerem. Ita  
magis hylariter & cum magno desiderio atque co  
natu seruiui hominibus, mundo, carni & dæmon  
bus quàm Deo, & dominis secularib<sup>9</sup> maiorem  
hibui reuerentiã, eorumq; mādatis magis & circ  
obtemperauit quàm Deo creatori meo, eius quæ  
sacramētis & pceptis, quæ tamen leuiora sunt quæ  
multa principū mandata, vt dicitur Ioannis. 5. Ma  
data eius grauiora non sunt. Qui enim proximū di  
git totam legem impleuit, Roma. 13. In his duob  
mandatis, scilicet dilectionis Dei & proximi, vni  
uersa lex pendet & prophetæ, Matth. 22. ¶ Idcirco  
dominus conquerendo de nobis, qui tam faciles  
mus ad contraueniendū diuinis mandatis, vbi tam  
humana longè grauiora strictè obseruam<sup>9</sup> dicit  
prophetam Hiere. 35. Præualuerunt sermones lo  
nadab sermonibus meis, qui dedit filijs præcepta  
vinum biberent ipsi & filij eorū in eternū, domus  
non ædificarent, non plantarent vineas, sed in tabe  
naculis & tentorijs habitarent, &c. quæ omnia dis  
genter obseruauerunt. ¶ Quid ergo, inquit falso  
tor, Hiere. 2. Inuenerunt patres vestri in me iniqui  
tatem, quia elongauerūt à me & ambulauerūt per  
vanitatem. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ &  
foderūt sibi cisternas dissipatas quæ continere non  
valent aquas, populus meus oblitus est mei & ma  
datorū diebus innumeris. Scito ergo & vide o chri  
stiane, accidiosè & ingratiè de Dei beneficijs, quæ  
lum & amarum est reliquisse te dominum Deum  
tuum, & non esse timorē eius apud te. Quid enim  
tibi facere debui & non feci, &c.

PR  
pl  
dom  
de p  
danis  
rium  
cadu  
semp  
suas  
plo D  
lorū  
in ma  
macu  
habu  
reuer  
minia  
genic  
quies  
domū  
contr  
quoti  
temp  
& am  
cum a  
pediu  
tando  
vt po  
mori  
mott  
mun  
ad las

## De templo Dei.

PRætereā tametsi frequēter corpore fuerim in templo domo Dei, mēte tamē magis fui in theatro & domo diaboli cogitando tpe missæ & diuini officij, de prolibus, de thesauro, mercantijs & alijs mundanis negotijs, nullū habendo saporē, paruū desiderium ad diuina & cœlestia, sed multū sollicitus circa caduca ista & transitoria, cū quibus voluissem bene semper manere, & Deo æternas cœlestes diuitias suas & mansiones perpetuas relinquere. ¶ In templo Dei vbi offertur non sanguis hircorū aut vitulorū sicuti in templo veteris testamēti, quod tamen in maiori reuerentia habebatur, sed sanguis agni immaculati Christi Iesu indecenter & irreuerēter me habui, venerabili sacramēto honorē, obsequiū, & reuerentiā debitā non exhibendo, quin potius ignominia & irreuerentiā ante ipsum deambulādo, non geniculando, nec birretū deponendo, super altaria quiescendo & fabulando, & de domo orationis feci domū negociatiōis & speluncā latronū, adulteria, contractus, fornicationes, & alia peccata opere aliquotiens & pluries corde committendo. In choro tempore diuini officij sedi dormiēdo, cōfabulando, & ambulando, ridendo, gestus ac mores indecētes, cum aliorū scandalo habendo alios à deuotione impediui. Nimis præcipitater & nō intelligibiliter cantando aut legendo diuinū officiū persolui, & magis vt populo q̄ Deo placerē: nam teste Isidoro. Deum moribus stimulat qui populū vocib⁹ mulcet. Item motteta & carmina cecini, atq; in organis lusi nimis mundana, tonū carnaliū carmina habētia, homines ad lasciuia magis quā ad deuotionem excitantia.



Frequenter ecclesias visitaui, & ibidem sedi uel anbulauit ut nouitates audire de defectibus dominorum, prelatorum, & aliorum proximorum: de rebus bellicis, de processibus & diuersis alijs negocijs temporalibus quæ in loco prophano potius tractari deberent disputaui, & sic his modis curioso insuper indecenti habitu, moribusq; alijs perniciosissimis scandalizauit, quasdam personas ad mei amorem & concupiscentiam allicere conatus sum oculos impudicos (qui testes sunt impudici cordis) in illas figendo. Reprehensibilis & reprobus inoleuit mos in quibusdam locis constituere certam horam ad comparandum Deo templo, ad tractandum ibi de processibus, denonolijs, de contractibus beneficiorum, resignationibus, permutacionibus, &c. de contractibus emptionis, venditionis, locationis & alijs secularibus actibus, quibus Deo sacramentis & templo eius irreuerentia magna fit. ¶ Has & similes priores circumstantias de tempore & loco (quamuis fortasse quibusdam nimis prolixè videbuntur) oportet distictim confiteri, quia loci & temporis circumstantia hic peccatum in aliam speciem facitq; nouum peccatum.

*De sanctificatione Sabbati.*

Sabbatum siue dies festus non sanctificaui, sed uersis peccatis uolauit, mercando, ad nundinam dedicationes ac aliorum sine necessitate proficiscendo, opera manualia exercendo: unde prohibita diebus festiuis exercere officia mechanica & operuilia, quæ mentem distrahunt à quietudine, à uinorum cõtemplatione, à Dei seruenti amore, propter quæ dies festi instituti sunt. Nec tunc etiam laboratum est braxare aut pinsere, nec materiam dissipare.

nere  
igitur  
rupte  
minimè  
causa  
busda  
priuac  
ces qu  
quibus  
ferial  
grauit  
Deo n  
latores  
qui fa  
confu  
niaria  
nimè  
tranfig  
gum,  
quod  
homin  
tes, in  
libello  
tempo  
ras ac  
negoci  
tunc n  
cio m  
tatur  
certa  
lapide  
conui

nere sine necessitate vel ratiōali causa vrgēte. Praua  
 igitur & peruersa est consuetudo, quin potius cor-  
 ruptela in quibusdam locis vbi passim diebus do-  
 minicis non subexistente necessitate vel notabili  
 causa braxant, & deterior adhuc in ciuitatibus qui-  
 busdam regnat consuetudo, vbi tam publicè quàm  
 priuatè festiuis diebus & dominicis vendūtur mer-  
 ces quæcunque, quæ cibis vel potus non sunt, &  
 quibus homines tunc optimè carere possent, & die  
 feriali conuenienter sibi comparare. Et isti facientes  
 grauius peccant cōsimiliter consentientes. Et ideo  
 Deo reddituri sunt rationem p̄lati, curati, legis-  
 latores, & quiuis alij p̄cipuè quorum interest, &  
 qui facultatem habent huiusmodi vel alias iniquas  
 consuetudines extirpandi, delinquētes pœna pecu-  
 niaria, vel alia condigna puniendo, quod tamè mi-  
 nimè facere curant, sicuti tamen faciunt & puniunt  
 transgressores & contrauenientes mandatis Re-  
 gum, Principum, aut communitatis. Signum est  
 quòd tales Dei timorem, amorem, & p̄cepta  
 hominum timori, amori, & mandatis postponen-  
 tes, in statu damnabili sint. ¶ Item diebus festis  
 libellos, instrumenta, processus, ac alia pro lucro  
 temporali scripsi aut scribi feci, sine necessitate lite-  
 ras ac nuncia ad alias ciuitates detuli, alijs diuersis  
 negocijs, occupationibus, & curis temporalibus,  
 tunc maximè deditus fui, quib⁹ à Deo & diuino offi-  
 cio me elongaui aut indisposui. His diebus iui spa-  
 tium, aut eques vel curru perrexi ad villas vel alia  
 certa loca, ad videndum & comparandum ligna,  
 lapides, blada, vina, oues & boues, &cæte. Et in  
 conuiuio existētes diuersos contractus emptionis,

venditionis, locationis, conductionis domorum  
aliarum rerum fecimus. ¶ In festis præcipue  
tribus solennitatibus nimium fui impeditus ad car-  
me ornandum, quandoque per mediam vel integram horam  
me vestiendo, in speculo aspiciendo, capillos, pedes  
faciem, cæteraque corporis membra more super-  
rum atque mundialiter viuentium omnibus medi-  
tando. ¶ Insuper tunc etiam valde sollicitus fu-  
apparatum feci pro preciosis ferculis habendis con-  
sationes, magna, preciosa, vanaque conuiuia habere.  
¶ Tunc etiam feci, ordinaui, & vidi hastiludia, ce-  
reas, ludos prohibitos, & alias seculi diuersas ve-  
tates, libentius fui tunc in theatro quam in templo, in  
ne ecclesia quæ de partibus facta est forte corrue-  
regulariter cum tedio ibidem fui. ¶ Item laboraui  
aliqua arte vel opere mechanico in profesto nati-  
tatis vel paschæ ultra .12. noctis, ita quod toto illo  
solenni propter defectum somni & fatigatiōis fuerim  
indispositus ad deuotè communicandum & ad  
seruitium. ¶ Noctem natiuitatis & paschæ, ac  
runda aliarum solennitatum, inutiliter & valde irre-  
renter in comessationibus deduxi, & aliquoties  
scienter vel ignoranter post mediam noctem cibum  
potum sumpsi, vbi tamen die sequenti ad sancta san-  
rum indignè atque indispositus sic accedere presumpsi.  
Ea quæ per totam septimanam sudore manuum luc-  
tus eram, die dominico prodigè consumpsi lupan-  
ria visitando, taxillando, comessando, tunc diabolus  
magis quam Deo seruiui. Item sabbatum & dies  
ctos bonis & sanctis operibus meis non sanctificando,  
orando, sermones audiendo, ecclesias visitando,  
mosynas dando, alios exemplo vitæ & doctrine  
struc-

stru  
De  
hæc  
pte  
ita  
cæl  
mu  
etia  
exe  
con  
tia,  
vfi  
mu  
grin  
con  
per  
mu  
ctio  
ma  
Est  
qd  
tur  
bili  
P  
de  
ha  
ta  
ria  
&  
ar

struendo. Misterium incarnationis, passionis, & alia Dei immensa beneficia mente minimè reuoluèdo, hæc tamen facere est verè sanctificare sabbatū, propter enim huiusmodi & similia dies dominica & festa instituta sunt, vt tunc specialiter homines Deo & cœlestibus vacent, qui per totam septimanam circa mundana occupati fuerint. ¶ Festa sanctorū ideo etiam instituta sunt, vt sint nobis tanq̄ speculum & exemplar vt vitā nostrā eorū vitæ quantū possumus conformemus, mundana contēnendo armis patientiæ, humilitatis, & paupertatis quib⁹ omnes sancti vsi sunt, & eisdem ad regna cœlestia peruenerūt nos muniendo, vt tandē æternaliter ex nostra ista peregrinatiōe, molestijs, & omnibus operationib⁹ idem consequamur præmiū cœlestis gloriæ. ¶ Et sumo pere quisq; nostrū conari debet ad implendū summum & maximè meritoriū mandatū, illud de dilectione Dei super omnia die dominica præcipuè in maioribus festiuitatibus, quādo cōicere intēdimus. Est enim verisimile, quod hoc p̄ceptū affirmatiuū, qđ sicut nec cætera affirmatiua obligat pro semper, tunc cadat sub obligatiōe saltē aliquoties vt est p̄ba bilis opinio Scoti, vt infra in 12. cap. de amore Dei.

¶ *De præceptis Dei & ecclesiæ. De fide & infidelitate.*

**P**Eccaui circa fidem, quia nō habui simplicē perfectam & plenā fidē quam quilibet bonus christifidelis habere tenetur, & circa quosdā articulos fidei hæsitauī, & nimis profundè volui & nisus sum scrutari, studēdo, scribēdo, arguendo, docēdo de materia trinitatis & alijs arduis, quæ vires intelligentiæ & capacitatis nostræ excedunt. ¶ Item communes articulos fidei, quæ regulariter in ecclesia à curatis

publicantur, & in choro cantantur, multis annis  
norau, & addiscere neglexi aut cōtempfi, nec pro  
les & subditos in articulis fidei instruxi. Parentes  
enim suas proles cū aptè sint ad doctrinam susci  
piendam instituere debent, & eas docere articulos  
fidei, vt Credo in Deū, Pater noster, Aue maria, &c.  
fectè memoriter sciant. Et quilibet nostrū frequen  
ter p̄cipuè dominicis diebus leget, Credo in Deū  
& principales fidei nostræ articulos cum gratia  
rum actione reuoluendo quisque in suo ideoma  
Et firmiter proponas te illius esse p̄positi & am  
mi in quo viuere & mori cupis, vt firmiter & firmi  
citer credas, quicquid ecclesia sancta catholica tenen  
dū decreuit, & quòd quilibet rectus christia  
nus credere tenetur. Ecclesia enim nostra catholica  
non erat in fide, nec vnquam à Deo deseretur. Ego  
enim, inquit autor fidei nostræ, vobiscū sum omni  
bus diebus vsq; ad consummationem seculi, Mat.  
ultimo, & Luc. 22. Ego rogau pro te vt non deficiat  
fides tua. Huiuscemodi enim frequens meditatio  
resumptio articulorum fidei, qui per hoc incorpo  
rantur, ne faciliè ex memoria decident, maxime con  
ducunt ad resistendum temptationibus diaboli, quæ  
vehementer homini insurgunt in extremis de in  
delitate & desperatione. Ideo dicitur Apoca. 2. Ego  
fidelis vsque ad mortem, scilicet inclusiuè, & dabo  
tibi coronam vitæ: vndè legitur, quidam circa fines  
vitæ interrogatus, & a dæmonæ tentatus quid cre  
deret? respondit ille, credo quòd credit sancta ma  
ter ecclesia: & iterum interrogatus quid illa crede  
ret, respondit, quòd ego credo, & sic firmus in fide  
permanfit. Quidam alius volens profundius specu  
lati

Iari,  
go  
nes  
tuu  
cut  
mor  
pere  
proh  
est  
hon  
ftri  
iux  
dem  
tico  
nus  
per  
filio  
tam  
sup  
reg  
pot  
tere  
ran  
crea  
stell  
can  
alijs  
ince  
feci  
cra  
lam  
& e

Iari, quomodo Deus esset vnus & trinus, Maria virgo & mater, &c. à dæmonæ tentatus, & per rationes naturales superatus est, & in infidelitate mortuus. ¶ Item multas & varias superstitiones insectus sum diuinationes & incantationes, & à dæmonibus consiliū vel auxiliū accepi, si rem aliquam perdididi vel furtim sublata erat, vel quādo in aliqua prolixitate vel aduersitate eram constitutus, quod est singulariter prohibitum & valde periculosum hominibus, quia ipsi dæmones maximi inimici nostri sunt, cū ergo eis adhibemus fidem, faciliē nos iuxta eorum desiderium ad omne malum & tandem ad æternum interitum trahent. ¶ Nigromanticos consului, phitones, ariolos, & simile id genus hominum. Et multis herbis, lapillis, poculis superstitiōse vsus sum ad habendum prolem, vel pro filio habēdo vt furem cognoscerē, vt rem deperditam recuperare possem, &c. Exprime illos modos superstitiōis, qui varij & sine numero apud plerōsq; regnant, etiam qui religiosi videntur, quorum vita potius superstitio quā religio dici debet. ¶ Præterea idolatriā cōmisi, idolū vel creaturā aliquā adorando, confidentiā habui & fidē constitui in aliqua creatura ei ascribēdo qđ solius Dei est. ¶ Ex constellationibus & motibus cœlestibus in garritu & cantu auium, in alteratione aëris, & sic de similibus alijs fantasmatis multa futura hominibus omnino incerta prædicere volui, & prænostica tamen confeci, vt in æstimatione hominū essem, & magna lucra consequi possem, vbi tamen minimam aut nullam experiētiā habui etiā de motibus planetarum, & eorum generalibus influētij alijsq; naturalibus,

quæ communiter à doctis astronomis sciuntur, et quibus pluuiâ futurâ, alteratione aëris, & quosdam effectus naturales præscire & prædicere possunt, quæ præuident causam. Possunt etiam scientes tempora natiuitatis alicuius & constellationes tunc vigentes, scire aliquas inclinationes naturales illius, sicuti quædam naturaliter inclinati sunt ad furta, alij ad incontinentiâ, & sic de alijs. Sed ideo nobis ratio data est & liberum arbitrium à Deo, in quo differimus à brutis, ut ipsa tanquam domina reprimat & regat sensualitatem ancillâ, & ut mediante ratione tétationibus, & illis inclinationibus naturalibus ad malum & vitia resistam. Ne quæ enim cōstellatio cœlestis, aut inclinatio hominis naturalis tam vehemens & impetuosa atque efficax est hominem ad vitium aliquod necessitet. Et ideo Prologus ponit notabile dictum, videlicet. Vir sapiens dominabitur astris. Item certas literas, gemmas & imagines apud me retinui, eas ac quædam herbas, & nomina quædam scripta collo meo alligavi, vel ante pectus reposui, vel sub puluinari quando iui cubitum, superstitiosè credens illo die vel nocte non posse submergi, de equo cadere, nec aliquod periculum mihi tunc posse imminere, &c.

*¶ De mendacio, periurio, & falso testimonio.*

**F**requenter ex mala consuetudine, & nonnunquam proposito iuravi per Deum, per sanguinem, & omnia membra Christi, sic iuuet me Deus, nouerit falsissimus, submergat in profundum abissi nisi verum dixerim, &c. Multa similia sunt iuramenta execratoria & periculosa, quæ per prauum usum apud plebrosque regnant non putantes ea esse iuramenta, cum tamen sint vera iuramenta: unde quilibet iurans per

Deus

Deum, ille immediatè in se Deum inuocat in testimonium veritatis: qui per creaturâ iurat ille Deum inuocat in testimonium non in se immediatè sed in creaturis, & sic actus iurandi per creaturas etiâ terminatur in Deum, & est actus patriæ sicut iurare per Deum. Et nullo istorû vel aliorû modorû licet iurare per Deum vel creaturâ, nisi subsit necessitas vel rationabilis causa, & tunc vt iuramentû debitè fiat, requiruntur tres comites, qui sunt, Iudiciû, Iustitia, & veritas. Hanc materiâ iuramenti quæ lata est, videbis in 2. li. Decreta. in ti. de Iureiurando & de iuramento calûniæ. Et apud doctores theologos, dist. 39. 3. Sententiarum. ¶ Item in iudicio ecclesiastico vel seculari, & extra iudiciû peierauit, & contra veritatem scienter aut in dubio requisitus vel non requisitus deposuit, & falsum testimoniû dedi contra infontem in causa criminali, animo vindictæ, vel in alia quauis causa, cupiditate, affectione, vel alia iniqua causa ductus, aut per aliquem corruptus & ad hoc conductus. Quilibet enim sic dans falsum testimonium tenetur parti læsæ ad refusionem totius damni, & interesse quod ipsa per hoc incurrit. ¶ Itē quod iuramento promissorio vel assertorio alicui promissum, non seruauit, nec conuentiones & pacta inita intertenui, fidem in treugis aut alia amicabili compositione per arbitratore de vtriusque partis consensu facta non seruauit. ¶ Multa iuramenta incauta & dolosa emisi, iurauit aliquando non comedere nec bibere nisi prius quendam mihi exosum & emulum interfecissem, aut nisi de iniuria illata vindictam sumpsissem, sicut quidam ebriosi, homicidæ, & pueri hoies iurât aliquoties, quod primum ipsis occurrentem occidēt.



*De iuramento incauto, doloso, & coactio.*

**I**uramentum incautum est, cum quis iurat aliquo quod de se est illicitum, vel quod est impedimentum maioris boni. Itē quod non potest sine peccato expleri, & tale iuramentū non obligat, & ergo si iurem nō comedere panem nisi hoc homicidium, ad alteriū vel aliud malum fecerim. Similiter si iurem non intrare religionē, quod est impeditiuū maioris boni, & ponit obicem spiritui sancto. In his & similibus iuramentis & votis non sum obligatus. Nec valet consequentia. Ego non implens id quod iuro sum periurus, sicut dicit magister Sentētiarum dist. 3. q. 3. ergo sum obligatus seruare. Ratio est, quia nō dicor ex eo periurus, quia non obseruo id quod iuravi, sed quia perperā iuravi id quod malum & iniustum est. ¶ Iuramentum dolosum in foro fori siue ecclesiæ obligat, quia ecclesia iudicat de his quæ patent, iam verba illa licet fraudulenter expressē obligationem exprimunt, licet sic dolosē iurans non intendat se obligari ad illud quod verba important, & ergo non est obligatorium in foro conscientiæ quia Deus intuetur cor. Iam talis nō habuit voluntatem obligandi se sed alium decipiēdi. Nec talis reportat commodū de malitia sua, quia Deus reputat ipsum reum pœna æterna, nec in foro ecclesiæ reportat commodum, quia compellitur ab ecclesia iuramentum seruare. Verum est tamē quod taliter dolosē iurans in foro conscientiæ tenetur facere, vt alius per eum non lædatur secundum illud. 1. ad Corin. 4. Ne quis supergrediatur & circumueniat in negotio fratrem suum. ¶ Iuramentum coactum econtra obligat in foro conscientiæ, sed nō in foro iudiciali contentioso vel

vel ecclesiæ, quia ecclesia præsumit quòd talis non iurauit voluntate implendi iuramentum, sed potius euadendi periculum. Etiam quia cogenti cum maliciòse & dolosè processerit nõ competit actio, & sic nullum commodum de propria malitia reportabit. Sed in foro animæ tenetur, si illud sit licitum quòd promisit & ipse consenserit in promissum, licet fuerit metu ad hoc iurandum & promittendum indutus. ¶ Item in iudicio vel extra iudicium induxi, & feci quosdam iurare, & iuramentũ ab eis suscepi, quos præsciui vel verisimiliter credidi falsum iuratos. ¶ Plurima mendacia iocosa & officiosa protuli, & decem vel duodecim vicibus etiam mendacia pernitiõsa dixi, in iacturam & præiudicium honoris, fame, diuitiarum, aut aliorum bonorum fortunæ, naturæ corporis vel animæ. ¶ Insuper voti fractor fui, multa Deo & sanctis promisi & pauca seruaui quoad peregrinationes faciendas, ieiunia, oratiões, carentiã carniũ, sine lintheis ambulare, & sic de alijs infinitis votis quæ facillimè & stultè quidã emittũt, & præcipuè mulieres, quæ dum in minimo periculo vel anxietate cõstitutæ sunt, ad statim multa Deo & sanctis promittunt, etiam frequèter in præiudicium, & sine consensu virorũ & cum animarũ dispendio quæ minimè seruant: vndè longè consultius esset illis & similibus non vouere. Nam vouere licet sit libertatis, reddere tamen est necessitatis.

¶ *De Inobedientia.*

**P**Rælati, parentibus, & superioribus ecclesiasticis, & secularibus honorem debitum, reuerentiam & obedientiam non exhibui, eos & eorum mandata contempsi, vilipendi, atque derisi.

¶ *Item*

¶ Item ipsis in extrema vel arcta aut notabili ex-  
mitate constitutis non subueni, nec etiam alijs ege-  
tibus, vbi tamen facultates suppetebant. Pauperes  
& medicos bonis oculis videre nequi, ignominiam  
eorum petitiones reieci, & audiendo ante ianuas  
vel in plateis, eorū clamores aures obturavi. Ianuas  
& fenestras claudi feci ne eos audirē. Et si aliquando  
licet rarò modicam eis elemosynam impenderem  
feci ad redimendam vexam, & propter importun-  
tates eorum magis quàm propter Deum & ad sub-  
leuandam eorum inopiam.

¶ *De excommunicatione & censuris Ecclesiasticis.*

**E**Xcommunicationes irregularitatem, suspensio-  
nem, & quascunq; ecclesiæ prælatorum vel iurum  
censuras nō formidavi, sed frequēter eas incurri  
tanto tempore, &c. in excōmunicatiōe sciēter per-  
mansi. Et sic in excōmunicatiōe manens celebraui  
vel aliū actū cuiusuis ordinis exercui, & sic sui irre-  
gularis & suspensus ab executione ordinis & restitu-  
tione fructuum. ¶ De hac materia excōmunicati-  
onis, irregularitatis, suspensionis, & de alijs cen-  
suris Ecclesiasticis, similiter de symoniaca collatione  
& prouisione beneficiorum, & de restitutione fru-  
ctuum iniuste perceptorū, vide infra in tribus vlt. cap.

¶ *De parentibus, magistris, & regimen habentibus.*

**D**E dihabenas nimis laxas & pedem liberū proli-  
bus, discipulis & subditis meis eorū defectibus  
& vitijs nimis condescēdendo, vitia nō increpando,  
& nimis familiarē me corā eis exhibendo. ¶ Cum  
doli capaces erant & ratiōe atq; discretiōe inter bo-  
num & malum vtebantur nō induxi eos ad sermo-  
nes audiendos, nec in articulis fidei & confessione  
facienda

facienda instruxi, nec eos instrui feci, nec sub rigore tenui, sed nimis remissus & tepidus fui, & eos non correxi, nec corrigi pmisi, quinimo cum notabiliter deliquerint eorū correctiōem, impediui magistros eorū rogando, præcipiendo, etiam aliquando minas dando ne corrigerentur. Et hinc est quòd plurimi parentes à suis prolibus multa inconuenientia scandala & aduersitates sustinent eorum culpa & negligentia. ¶ Item filios meos ingeniosos zelum etiam habentes ad studiū non direxi, ad vniuersitatē vel alias scholas fatuo quodam amore eis affectus, vbi tamen facultates & diuitiæ aderant, non volens aut horrens eorum carere præsentia, vel cum promoti essent in aliqua facultate, initiū quoq; studij optimū haberēt in sacris literis vel alia facultate, vt tandem verisimiliter essent futura pilaria & luminaria vniuersalis ecclesię, & totius vel particularis patrię, eos statim ad partes reuocaui, multa bona & fructum multiplicē per hoc impediendo, & tunc plateas, vilas & vicos ociosē perambulantes studuerūt solūm in Ricardo de media villa & in Ioāne de platea, tempus inutiliter in deābulationibus & commessationibus, ludis & morib<sup>9</sup> perniciosis deducētes, quorum omnium parentes tales sunt causa & id consulentes.

¶ Præterea discipulis, prolibus, & subditis meis, cum adhuc in iuuenili essent ætate constituti, frequēter malum exemplū præbui, occasione cuius in prauā societate & peruersam consuetudinē deuerunt, in qua iam radicati sunt, adeò quòd eos reducere nō valeo, nec minis, nec blāditijs. Et filias meas ad choreas & virorum consortia minus honesta ire permisi, & sic causa fui siue occasio diuersimodē, quòd

quòd ad casum deuenerūt. ¶ Vnam prolem sine  
lariter dilexi, alterā exosam habui, vnā cōtempni  
abieci, pedibus conculcando & sine discretionē  
rigendo, vnam ditare volui & laboraui, multaq;  
bona mobilia & immobilia illi dedi, spretis alijs  
litoris vitæ & maioris indigentia. Similiter exher  
daui vnam prolem in toto vel in parte sine iusti  
cienti & legitima causa.

¶ *De exheredatione filiorum.*

**I**N quibusdam certis arduis casibus iure cautis, p  
rationabili consuetudine aut iure municipali, v  
statuto alicuius ciuitatis ordinatis, potest pater  
testamēto & in vita filiū aliquē exheredare in parte  
hæreditatis, & etiā in toto ( quod tamen facile sine  
non consulo ) vt Si filius sit omnino suis parentibus  
rebellis, inobediens, grauē iniuriā realem vel ve  
balem intulerit, & sic de alijs. Angelus in summa  
verbo Exheredatio . § . i . ponit . 15 . casus & iustas  
causas, in quibus filius potest à patre exheredari  
quos ibidē videre poteris . Extra autē istos casus pater  
testpater vni filiorū cui magis afficitur, & qui patri  
maius obsequiū præstiterit, plus donare & plus  
testamento relinquere, tam de mobilibus quā in  
mobilibus, modò vnicuiq; prolium relinquat suam  
legitimā siue tertiā partem bonorū quæ de iure  
prohibus debita . Et hæc legitima est tertia pars  
tius hæreditatis si sint quatuor filij vel pauciores .  
verò sint quinq; vel supra, tūc legitima erit medietas  
totius hæreditatis quam inter se diuident equi  
liter, & tūc pater vel mater de reliqua medietate  
terit liberè disponere donationem inter viuos, vel  
causa mortis per modum testamēti vel codicillorum

amic

PR  
m

amicis vel pauperibus ecclesiæ, vel ad alium pium  
 usum illam medietatē vel partē donando. Et simili-  
 ter de bonis mobilibus possent parentes liberē dis-  
 ponere, nisi in his & similibus consuetudo appro-  
 bata loci, statuta, & iura municipalia cōtrariū decer-  
 nerēt, quib⁹ in istis positivis semper inhærendū est.  
 Exemplū de legitima, vt si tota hereditas Ioānis ha-  
 bētis præcisē tres filios sint tricēti Renenses annuē,  
 tūc legitima de iure debita illis trib⁹ filijs erit sum-  
 ma siue redditus centū florenorū Renensiu. Si verò  
 habeat quinq; vel decem filios, tūc legitima eis de-  
 bita erit centū & quinquaginta Renensiu, quos oēs  
 ille proles æqualiter inter se diuidēt. ¶ Insuper pec-  
 caui, quia filiā meā nuptui tradidi cuidam viro con-  
 tra eius voluntatē aut desideriu, sed potius cum re-  
 nissu magis inuestigādo & attendendo eius diuitias,  
 nobilitatē & pulchritudinē q̄ bonā vitam, virtutes,  
 & laudabiles mores, quæ tamen principaliter & ma-  
 gis quàm cætera attendi deberent, licet contrarium  
 plerumq; fiat: & ideo multa matrimonia malos vi-  
 demus habere exitus, quia etiam malo inchoantur  
 initio. Et quando filiæ nobiles erant, virosq; bo-  
 nos sibi complacētes & statui cōuenientes cupiue-  
 runt matrimonium, postposui aut nimium distuli  
 cupiditate diuitiarū ductus vt earū tractationē &  
 usum diutius haberē. Et ppter huiusmodi & qual-  
 dam alias causas occasio & causa fui quòd proles  
 meæ in adulterio vel aliter perniciosē vixerint.

¶ *De prolibus in religione & statu  
 Ecclesiastico disponendis.*

**P**Roles meas vel aliorū quarū tutor fui disposui in  
 monasterijs nō reformatis vbi scandalosē & irre-  
 gulariter

gulariter viuunt, vel si in monasterijs etiam refo-  
matis eas collocauerim, hoc persuasionib<sup>9</sup>, blan-  
tijs, & etiã minis feci, vbi nullã aut minimã prescri-  
ptam eas ad talem vel aliã religionẽ habere affectum  
nem: & professionẽ eas facere sollicitauim, vt vincti-  
late essent antequã sufficientes essent etatis, & regu-  
lam, ordinationes, statuta atq; onera illius religionis  
non dũ perfectẽ cognoscentes, & sic causa fui quã  
iam in inquietudine mētis cum murmure & parte  
tum blasphemiam viuūt. ¶ Si quas habui proles ge-  
bosas, aut alio notabili defectu deformatas & con-  
pore vitiatas, illas ac quasdam alias à me non dilectas  
in monasteriũ intrusi, vt alias in seculo permanentes  
tantò ditiores efficere possem, & in hoc seculo ex-  
tare. ¶ Item symoniacẽ eas in religione confir-  
conueniendo cum superiore conuentus & pacto  
faciendo, quòd proles mea certam summã pecuniam  
semel secũ adducet, vel certũ redditũ vitale aut heredi-  
tarium. Vndè semper symonia cum est, quantum  
ante professionem pactũ vel conuentio interuenit  
Nam vt dicit Adrianus vi. pro incorporatiõẽ ad gre-  
mium monasterij, vt videlicet pars spiritualis collati-  
gij fiat nihil licet recipere, sed symoniacẽ daturam  
recipitur quòd ob illam causam datur vel accipitur.  
Et per idem fundamentũ patet symonia cum est  
& restitutioni obnoxia, quòd canonici accipiunt  
receptiõẽ noui canonici pro admisiõẽ & receptiõẽ  
ad possessionem, & vt habeat locũ & stallũ in choro  
& vocẽ in capitulo: nam gratis tenentur illum recipere,  
& pro incorporatiõẽ ad gremiũ capituli & ecclesie  
clesiæ, vt videlicet pars spiritualis illius collegij fiat  
nihil licet recipere, nec aliqua consuetudo tales ge-

cu-  
fari-  
inco-  
possi-  
ban-  
gere-  
uari-  
uide-  
in pa-  
onus-  
ritur-  
fionis-  
exige-  
naste-  
tudine-  
quid-  
alij c-  
vel e-  
nem r-  
propri-  
vt par-  
oblig-  
vagia-  
alias p-  
tiam p-  
damn-  
dotij-  
sic cul-  
stata &  
dite h-  
induc-  
ecclesi-

cu-

cufat, sed cupiditas eos excecatur. ¶ Sed quia mona-  
 steriū personas fouere non tenetur priusquā eidem  
 incorporatæ fuerint & monasterij partes existant,  
 possunt absq; scrupulo à personis recipiēdis ad pro-  
 bam preciiū expensarū vsq; in diem professiōis exi-  
 gere & conuenire, vt sibijs de cappa, vestib<sup>o</sup>, bre-  
 uarijs, & alijs necessarijs pro anno probatiōis pro-  
 uideant, vt in nullo sint monasterio oneri priusquā  
 in partes conuentus assumptæ sunt. Sed quòd vstra  
 onus anni probationis quo ad tales personas requi-  
 ritur, pro iure spirituali incorporationis seu profes-  
 sionis intelligitur esse exactū. Similiter nec possunt  
 exigere certā summā pro ornāmētis ecclesiæ & mo-  
 nasterij. Nec obstat si canonici ex statuto vel consue-  
 tudine artentur quandoq; ad hoc, quia canonici ali-  
 quid propriū post incorporationē seruāt, & sic cum  
 alijs confratribus tenētur ad cōmunia onera chori  
 vel ecclesiæ. Religiosi autem ante incorporatio-  
 nem non obligantur, & per incorporationē sese ex-  
 propriant vt nihil in bonis retineant, nisi in cōmuni  
 vt pars conuentus. Ad nihil ergo possint priuatim  
 obligari seu astringi. ¶ Item filiū meū indoctū, &  
 vagi ac obliqui regiminis persuasionibus, minis, ne  
 aliās perdat partē hæreditatis, vel bonorū aut gra-  
 tiam parentū amittat, alijsq; modis induxi, & quo-  
 dammodo coēgi vt in sacris esset, & ad statum sacer-  
 dotij se transferret ad quē fuit minime idoneus, &  
 sic culpa mea in sacerdotio aut religione tanq̃ apo-  
 stata & malus christianus scādaloſe vixit. ¶ Atten-  
 dite hoc omnes parētes, ne faciles sitis hortando &  
 inducendo filios vestros ad sacerdotium vel statum  
 ecclesiasticū, & promouendo eos ad cardinalatum,



episcopatum, abbatias, curas animarum & ad  
dignitates, maximè cum noueritis eos ad hec  
neque, sicut verisimiliter ex modo viuendi & ma  
ralibus eorū parētibus cōstare pōt. Sunt prohib  
plures prælati & pastores animarū, quorū impe  
tia & peruersa vita multa oriuntur indies in ecc  
Dei & communi populo scandala: & periclitant  
animæ, qui vix digni sunt vt essent pastores pe  
rum, sicut dies ultionis domini demonstrabit.

¶ *De religiosis, sacerdotibus, & prælatis.*

**N**on obseruauī tria vota substantialia religio  
assumptæ, neque statuta & ordinatiōes regu  
religionis, sed hoc modo & tam multipliciter tra  
gressus sum in istis & in illis, &c. ¶ Item votū ca  
tatis non seruauī vt debui, frequenter lubricos  
gitatus cum delectatiōe in mēte tenui cum conc  
vero vel interpretatiuo, quia in mora fui eos  
ijciendo quando debui & potui. Pericula etiā  
cassiones non vitauī cōmessando, aut nimis fam  
riter cum confessoribus ac alijs spiritualibus ve  
cularibus personis conuersando. ¶ Itē multo  
pore gessi amorem carnalē erga confessorē me  
aut erga aliquem alium sacerdotem, religiosum  
secularem, aut vxoratum, consanguineum,  
quemuis alium, & literis, munusculis, verbis  
rosis, impudico oculo, affensione, familiari collo  
tione, & sic de multis alijs modis mihi possi  
bus amorem illum continuauī, & personam ta  
hoc induxi vt etiā capta sit amore mei. O  
delectationem & mentis desiderium totiens  
tali compleui. Et diuersa peccata molliciei erga  
ipsam vel aliam eiusdem etiam sexus commisit,

cipuè quando talis cuius amore languebam die vel  
 nocte menti occurrebat. Specialius corâ discreto sa-  
 cerdote cui amore carnali nō affeceris nec alligaris,  
 exprimes illos diuersos modos molliciei & peccati  
 contra naturâ, quos erga teipsum vel alias personas  
 eiusdem vel alterius sexus exercuisti, quos scribere  
 nō conuenit nec publicè prædicare. ¶ Contra votū  
 paupertatis fateor me deliquisse, quia non fui pau-  
 per spiritu & animo, sed frequenter desiderauī ha-  
 bere bona tēporalia & diuitias, & de hoc dolui quod  
 eis uti non potui, sicuti fratres, sorores, & cōsanguī-  
 nei, alijq; in seculo existentes. ¶ Item pecunias, io-  
 calia, & alia diuersa munera à parentibus vel amicis  
 recepi, quę secretò habui & abscondi, eisq; ad libitū  
 utebar tanquā pprio sine consensu & scitu abbatis,  
 patris, matris, vel superioris conuentus. Nec fui pa-  
 rati animi, si talia secretè ab amicis recepta à me re-  
 quisiuissent ad eorum manus statim tradere. ¶ Re-  
 ligiosi enim nihil proprij habere possunt etiā per dis-  
 pensationē Papæ: vt patet in ca. Cūm ad monast. de  
 sta. mo. vndè Aug. in regula. Nō dicatis aliquid pro-  
 prium, sed sint vobis omnia communia. 12. q. 1. Ideo  
 religiosus dicit, hoc est nostrum & non meum. Et  
 est mortale peccatū vt dicit Antonius, habere pro-  
 prium cuiilibet religioso, quia est contra votum prin-  
 cipale & substātiale. s. paupertatis: & contra præce-  
 ptum iuris cano. Hugo cardinalis doctor profundis-  
 sim<sup>o</sup> sup illud, Mat. 6. Respicite volatilia cœli, quo-  
 niam non serunt neque metunt, & pater vester cœ-  
 lestis pascit illa. aptissimè exponit hoc de religio-  
 sis, qui nec serunt nec metunt & nihil in terra quæ-  
 rūt, sed ab omni mundana sollicitudine semoti sola

contemplatione in Deo degunt: de quibus Elia  
Qui sunt hi qui vt nubes volât, & quasi columbe  
fenestras suas. ¶ Sed pro dolor iam multoties  
trariū videmus. Sūt enim nōnulli religiosi, qui  
paupertatē vouerint, & curā temporalium abdicare  
deberent, iam magis quàm antea solliciti sunt  
terrena ac possessiões, diuitiasq; accumulandas.  
vnum pedē scilicet corpus habēt in monasterio  
rum scilicet affectum mentis in seculo, & respiciunt  
retro, quare regno Dei minimè apti sunt: vnde  
dam prælati & monasteria diuersis curis & tempo  
ralium sollicitudinibus adeò implicati sunt vt  
num officiū vix persoluāt, oēs terras & hæreditates  
sibi incorporāt, omnia genera mercatiarū in equi  
bobus, porcis, iumentis, pannis, ac alijs mercibus  
quàm mercatores laici exercent. ¶ Item bona  
uentus dilapidauit cōmessando, ludēdo, cum se  
& alijs nebulonibus prodigè exponēdo, amicis  
tis ac quibusdā alijs exteris in notabili quātitate  
superioris consensu bona conuentus donauit: vt  
recipiētes munera à religiosis, tenētur illa mona  
stio restituere, nisi tale donatū modicum esset, &  
consensu vero vel præsumpto superioris vel  
uentus recipiatur. ¶ Item eo fine & motiuo in  
sus sum religionē vt lautè & in ocio viuerē, vt ab  
tias, dignitates, & pingues curas obtinere possent.  
Insuper votū obedientiæ etiā nō seruauit in singulis  
ordinationibus regulæ, & madata superiorū  
contempserunt, neglexerunt, aut cum murmure & animi  
dignatione peregerunt, quòd mihi à superioribus iniun  
ctum erat, nec eis reuerentiā & honorē debitū  
bui, vilipendi superiores & seniores, reputando  
indignos

indi  
hon  
& c  
cor  
in  
nim  
cio  
bur  
gion  
fui  
ficu  
amo  
tem  
regi  
ciur  
tiple  
fieri  
da  
tiam  
etio  
tum  
rem  
quā  
tran  
hab  
rofu  
adfl  
tion  
bitu  
cha  
mu

indignos

indignos tali pręlatione, pręeminētia, regimine atq; honore. ¶ Erga confratres aut sorores non amorē & cor syncerū sed potius fraternalē gessi odiū, discordias, partialitates & diuisiones seminaui, p̄cipuē in electione superioris aut quauis alia re etiam minima alijs inuidi, si mihi in aliqua dignitate vel officio pręferabantur. ¶ Vacante abbatia, decanatu, burgimagistratu, aut alia dignitate vel officio in religione vel in seculo frequēter in idoneū promoui, & fui acceptor personarū non eligēdo magis idoneum sicut tamē facere tenebar, sed fauorē, cupiditatem, amorē, odiū, vel aliā causam personā nō dignificantem attendi magis q̄ doctrinā, sanctitatem vitę, & regimē bonū, cęteraq; quę ad talē dignitatē vel officium conducūt. Per cōmessationes, munera, ac multiplices modos & nouas adinuētiones anteq̄ electio fieret laboraui plures corrūpere partialitates, bendas & diuisiones faciēdo, vt multos in meā sententiam & fauorē traherē, & sic pluries in talibus electionibus contra conscientiā & iuramentū pręstitum feci, magis propriū quęrens commodū, honorem, & meorū prouisionē & emulorum vindictam quā cōmodum cōmune, & aliarū salutē, pacē atq; tranquillitatem. ¶ Item dum bonū, utilē & fidelem haberemus priorē vel superiorē, si modicū erat rigo-rosus, aut iudicio meo erroneo nō omnino idoneus ad statim laboraui & alios excitaui ad eius destitutionem, vt liberius peccarem sine timore viuendo.

¶ Apostata fui tot annis & extra religionem in habitu seculari plures scandalifauī, vel habitum monachalem sub habitu seculari abscondi, & sic in excommunicatione diu mansi & celebraui, quia exuens ha-

bitum religionis, vel abscondens sub vestibus secularibus est excommunicatus, nisi ex causa rationali per summum pontificem esset dispensatus. Item dum in bona esset societate, habitum religionis exui, & vestes viri aut muliebres indui, & mommando, comendo, cantando, chorifando mihi ipsi religioni meae & proximis videntibus scandalum fui & occasio multorum malorum. Sum praelatus ecclesiae in religione vel in seculo, & patrimonium Christi prodigè expendi in castra, turres & sumptuosa aedificia construere, magnificentium & populum statum intertenui delectando & superbiendo (ac per hoc Deum obliuiscendo & eius mandata transgrediendo) in multitudine gemarum, auro- rum, argenteorum: ac in pretiositate & varietate vestium equorum, auium, utensilium, multitudinemque seruitorum. Sic de pluribus alijs quae ecclesiasticos non decet.

*¶ De confessionis & aliorum sacramentorum omissione & indigna sumptione.*

**I**N festo Paschae non fui confessus, & hoc totiens omisi nec eucharistiae sacramentum sumpsit secundum ecclesiae praecipitum, nec etiam in 4. vel alijs festis maioribus secundum exigentiam status & obligationem religionis voti aut alterius obligationis. Magnam irreuerentiam Deo & sacramentis eius frequenter exhibui sumendo sacramentum absolutionis eucharistiae vel matrimonij, non praemissa diligenti dispositione & sufficienti conscientiae examinatione, vel aliqua grauiora in confessione subtrixi, & sic praerogantia confessionis diuisionem feci. Aut propositum sufficiens non habui a peccatis & eorum occasionibus abstinendi, vel aliquam aliam conditionem ex quinque prius tactis necessariam omisi. ¶ Pra-

terea non quæsiui nec habere curauim medicum ani-  
 mæ confessorem expertum, sicut tamē feci in infir-  
 mitate corporali, præcipuè in casibus conscientia  
 dubijs & arduis, sed cæcos & simplices confessores  
 accessi dicentes mihi placentia, & tales verbi Dei  
 concionatores etiã libētius audiui, quàm eos qui vi-  
 tia increpabāt, & veritatē vitę docebāt, hominumq;  
 iudicia contemnebant. ¶ Sacerdos existens talen-  
 tum & ordinē mihi traditū abscondi in terram, ra-  
 rissimè celebraui, vix in mēse semel. Et tam ineptus  
 & incongruus sum, quòd præter aliquas duas vel  
 tres certas cōes missas aliã legere nescirē. Si etiã fre-  
 quenter aut indies celebraui, magis id feci amore &  
 cupiditate denarij aut inanis gloriæ, q̄ ex deuotio-  
 ne & ad Dei honorē. ¶ Item p̄cepta Dei & eccle-  
 siæ principaliter vel magis ex timore seruli pœnē q̄  
 amore vel timore Dei filiali adimpleui. Nec tantam  
 feci diligentia vt Deo placerem, & actū dilectionis  
 Dei super omnia elicerē: sicuti nonnunq̄ feci vt ho-  
 minibus & mundo placerē. Peccata præterita mihi  
 occurrētia nō defleui nec ea detestat̄ sum, sed in eis  
 complacentiã habui: & sic nouū consensum saltem  
 interpretatiuū præstiti, sicut quidam gaudent cum  
 malefecerint & exultāt in rebus pessimis. Et deflent  
 bene mortē amici & damnū temporalium, sed ne-  
 queunt aut potius nolūt deflere damnū & mortem  
 aię. ¶ Cognosco meã culpã de mea magna infideli-  
 tate atq; ingratitude, nō recognoscendo nec Deo  
 gratias agendo de diuersis eius beneficijs, gratijs &  
 donis mihi præ cæteris abundē collatis, quibus fre-  
 quēter abusus sum, & bonas spiritus sancti & angeli  
 mei inspirationes reieci, vel ad effectum nō deduxi.

*¶ De negligentia & ignorantia.*

**C**onfiteor me reum de magna mea negligentia & ignorantia affectata, crassa, supina, vel alia culpabili, quia propter nimias temporalium curas, terrenorum occupationes, vel ex quadam desidia omisi precepta Dei ecclesie & superiorum quae scire teneor, & quae statum meum, salutemque animae respiciunt addiscere, & alios praecipue subditos, filios, ancillas, & famulos, in his instruere plura bona facere omisi, & plurima mala commisi. ¶ Item in correptione fraterna nimium negligens fui dum detractiones in mensa, in ecclesia vel alibi audiui, & vitia proximorum vidi, non eos increpavi verbo, facto, vel signo, ostendendo per tristitiam vultus mihi displicere, sed ex verecundia vel timore quodam humano omisi, timens eorum indignationes incurrere, vel pingues eorum offas & fauores perdere, magisque timui hominum quam Dei indignationem incurrere. Maiorem diligentiam & sollicitudinem semper adhibui in temporalibus quam in spiritualibus, sicuti plures reperiuntur, qui in minimo tempore computum maximum mille ducatorum, mercantias arduas & secularia negotia sollicitè & optimè expedirunt, obtusi tamen sunt negligentes & inexperti in confessionibus debite faciendis (circa quas tempore adueniente semper trepidant) atque in alijs sacramentalibus, & his quae gloriam paradisi, poenam inferni, mortem distinctionem peccatorum, & ceteris quae animae salutem & communem utilitatem concernunt ydeotè & indocti sunt, & quilibet talia ignorans à Deo ignorabitur cum in die iudicii dicet. Nescio vos quia nesciistis me. Discedite ergo à me maledicti tenebris vitiorum, & ignorantia obducti in tenebras palpabiles exteriores, ubi lu-

men

men cœlestis gloriæ quia cæci estis nunq̄ videbitis.

¶ Item de ignorãtia mea insuper fateor me culpabilem. Ex sermonibus auditis, bonis doctrinis, monitis salutaribus & informationib<sup>9</sup> in confessiõẽ vel extra parũ reportauì, nec memoriæ cõmendare curauì. Quòd vnã intrauit aurem per alteram statim exiuit, & sic perijt memoria cum sonitu. Facillimè & libenter didici & retinui carmina, dictamina, fabulas, exempla, &c. vanitatem huius seculi & commodum bursæ concernẽtia, lecta vel audita ab alijs, & magnus practicus fui & cortizanus in beneficiis & subtilitatibus huius seculi ad circunueniendũ homines, sed non ad lucrandum animas.

¶ *De Ociositate.*

**P**Eccaui insuper in ocio, florem iuuentutis, & tempus meũ inutiliter consumendo. Ocium enim & nimia quies, carnisq; cõmoditas summopere à quolibet christiano vitandæ sunt, quæ homines plarunq; ad vitia carnis & multa mala inducũt. Ociũ fuit causa iniquitatis Sodomæ & eius subuersiõis. Echel. 18. Diu & tardè vsq; ad nonã vel decimam horã lecto, & plumis adhæsi, & me hincinde circunvolui sicut ostiũ vertitur in cardine, & diuersos lubricos, cogitatus tunc habui. Prandio factõ statim ad duas vel tres horas supra lectũ dormiui, & totũ diẽ sic vel cõmessando aut dormiendo ociosè deduxi. Item ante refectionem nõ dixi benedições, nec post cibum sumptũ gratias legi, sed statim cum Israhëlitis surrexi ludere & iui spaciatum, deinde in tabulis non Moyse, quin potius diaboli ad quatuor vel quinque horas continuè lusi taxillis, cartis, aut alijs ludis merè fortuitis aut minus honestis, præcipuè clericis.



cis. Frequēter tædium temporis habui, nesciēs quomodo ipsum consumerem, sicut quidā ocio deducē cōmuniter dicūt. Quidnā facturi sumus pro deductione temporis: cum tamen grauissima sit iactura temporis (teste Seneca) quòd irreuocabile est. Exiget a nobis, inquit Ansel. vsq; ad iectū oculi omne tēpus impensum, qualiter a nobis fuerit expensum. O si damnati vel in purgatorio existentes minima particula temporis quod nobis abundē conceditur uti possent, sanguineas emitterēt lachrymas, & tam fructuosē in ieiunio, plāctu & austeritate pœnitentię ipsum deducerēt, sed ~~ex~~ ipsi extra oē tempus sunt. Iurauit enim angelus per uiuentem in seculā, quòd post hoc pœnitentię tempus non est aliud tempus. Apoca. 10.

*¶ De temporis preciositate, breuitate, & utili deductione.*

**H**ortor & rogo vos fratres & sorores in apertis vulneribus Christi Iesu dilectos, vt de cætero tempus hoc pœnitentię & meriti magis fructuosē in virtutibus & operibus pœnitentię deducere curetis q̄ florem iuuentutis & præteritū tēpus deduxistis. Nam este Apost. 1. ad Cor. 7. Tempus nostrū breue, & tempus breuiter futurū est: quo temporis erit magna caristia. Ideo frequēter in diuersis euangelijs saluator nos admonet vt vigilemus dū tēpus habem⁹, & operemur bonū antequā nox veniat in qua nemo operari potest, vt semper simus parati, quia quam diu hoc tempore gratiæ uti poterimus ignoramus. Vigilate igitur, nō ocio torpeatis, estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Luc. 12. Vigilate ergo, iterum atq; iterum dico  
vigi-

vigilate. Nescitis enim quando dominus domus ve-  
niet, serò, an media nocte, an gallicatu, an manè, ne  
cùm venerit repentè inueniat vos dormiètes. Quòd  
autè vobis dico omnibus dico vigilate. Mar. 13. Vn-  
dè nihil est in sacra scriptura ad quod tam frequèter  
hortamur sicut ad vigiliam & temporis vtile deduc-  
tionè. Nec confidentiã habeatis, neq; spem ponatis  
in sanitate & flore iuuentutis, aut quòd in senili etas-  
te & in extremis sufficiens erit tempus ad pœnitens-  
tiam peragendã, quia teste August. hac animaduer-  
sione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur  
sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Et vix de centũ  
milib°, inquit Hiero. quorũ mala fuit vita in morte  
diuinam indulgentiam obtinebit vnus. Fugienda  
est ergo vox coruina quæ multos decepit quibus  
clauditur ostiũ ne archã domini intrent & remanēt  
foris cum corua & voce coruina, quia tempore de-  
bito noluerunt habere gemitũ columbinum. Vera  
namq; pœnitentia teste Aug. difficilè fit quãdo sera  
venit sicut in extremis quando cruciatus membra  
ligat & dolor sensum opprimit vt vix aliud quàm  
dolorè cogitare poterit de pe. dist. 7. ca. Nullus. Et  
tanta est tunc vis doloris quòd alibi non potest ferri  
impetus cogitationis, vt dicit Gregorius. ¶ Me-  
mento ergo creatoris tui in diebus iuuentutis & sa-  
nitatis antequam veniat tempus afflictionis tuæ, &  
appropinquent anni, de quibus dicas non mihi pla-  
cent, Ecclesiastici 12. Quodcunq; facere potest ma-  
nus tua instanter operare, quia nec opes, nec ratio,  
nec sapientia, nec scientia erit apud inferos quo tu  
pperas. Si enim multis annis vixerit homo, inq; sa-  
piens, Eccl. 11. & in his oĩbus letus fuerit meminisse  
debet

debet tenebroſi temporis & dierum multorum, qui  
cũ venerint vanitatis arguetur præterita. Et nemo  
eſt qui ſemper viuat, & huius rei habeat fiduciam.  
Ambulate ergo o fratres dum diem & lucem habe  
tis, vt non vos tenebræ æternæ cõpræhendant, qui  
enim ſunt & ambulant in tenebris neſciunt quo va  
dant. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij  
ſitis lucis cœleſtis gloriæ, Ioannis 12.

*¶ De Sermonibus audiendis.*

**I**n ſuper valde defectuoſus & negligēs fui in eccle  
ſijs & pijs locis viſitandis, in verbis & ſermonibus  
Dei audiēdis. Multos preciosos deuotos ſermões,  
ſalubresq; doctrinas audire cõtēpſi vel ex pigritia  
omiſi, nolēs tam manè ex lecto vel mēſa me leuare.  
In ſermone exiſtēs ferè per totũ ſermonē vel nota  
bile tempus dormiui, vel circa mercantias, diuitias,  
proles, aut aliorũ tēporaliũ moroſas cogitatiões di  
ſtractus fui. Et cum tēdio verbũ Dei & officiũ diui  
num audiui, ſi verbi Dei prædicatores prolixi erant  
receſſi, in menſa tamen primus & vltimus fui.

**¶** Audiant hi qui verbum Dei audire contemnunt  
vel negligenter audiunt quid dicat Auguſt. & habe  
tur. i. q. i. interrogo. Nō minus reus erit, inquit, qui  
verbũ Dei negligenter audit, q̃ qui corpus domini  
ſua negligētia in terrã cadere permittit. Item ſemen  
verbi Dei quod per prædicatores in corda hominũ  
proijcitur, regulariter cadit in cor meũ tanq̃ in ter  
ram petroſam per cordis elationē, quòd nemini ce  
dere vult, vel inter ſpinas pungentes per auaritiã.  
Aut illud recepi in terra luſoſa conſcientiæ meę per  
gulã & luxuriã. Vel volucres cœli diaboli per iram  
& inuidiam ſtatim illud rapiunt anteq̃ radicetur, ita  
quòd

quòd nullus aut minimus secutus est fructus ex sermonibus varijs doctissimorū virorum, qui si apud quosdā fierēt cū summa Dei laude, gratiarū actione, & multiplici fructu desiderio vehementi reciperentur. Aliquotiens sermones & templum visitau cum scribis & Phariseis, ad increpandū vel deridendū prædicantes, & ad capiendum eos in sermone siue verbis, & eos libenter audiui & visitau, qui fabulas, exempla, & nouitates cōmuniter referūt, & varia iuriū scripta & alligatiōes multiplices magis quā Dei euāgelia & salubres doctrinas, de Dei mādatīs, de virtutib⁹ amplexandis, & vitijs fugiendis, vel solum causa societatis, & ad inspiciendū mulieres, vel vt viderer ab hominibus. Præterea cōtempsi quosdā prædicatores & vilipēdi ac minus iusto estimau corū dicta atq; doctrinas, q̄ licet optima & vera essent, indignabar tamē ea audire, q̄a simplices erāt illi doctētes nō graduati, nec tātæ dignitatis vt ego. Vel q̄a regulariter in scabie & defectibus meis me tangere solēt. Aut q̄a verebar cū simplicib⁹ visitare sermōes.

*¶ Consilium & salubris admonitio de verbo Dei audiendo.*

**C**onsilium saluberrimum inter cætera maximè ad hominū salutē conducens est, ne quisq̄ quantumuis etiā doctus, diues, nobilis, aut graduatus verbum Dei contēnat, sed summo studio, vigili conatu atq; desiderio illud frequenter audiat, intelligat & custodiat, ipsumq; annūciare studeat si huiusmodi sit vocationis. Ratio est, quia experimur & certum est homines auidē sermones Dei & sacra euangelia atq; documenta audientes, magis in intellectu illuminari & in affectu inflammari (quæ duo quilibet bonus

bonus prædicator intendere debet) quàm si id ipsum  
auditum decies in libro legeret propter gratiam &  
virtutem spiritus sancti, quæ specialiter lingua deo-  
ri prædicatoris lucrum animarum principaliter que-  
rentis dirigit: nam aliàs etiam teste Grego. Lingua  
prædicatoris exterius in vanum laborat nisi spiri-  
tussanctus eam moueat & intus sit qui doceat. Nam  
viu<sup>o</sup> est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni  
gladio ancipiti pertingens vsq; ad diuisionem anime &  
spiritus compagium quoq; ac medullarum: & Hiero.  
Viua vox semper habet aliquid latentis enargia.  
Vndè nulla medicina virtuosior, nullum remedium  
efficacius, nihil tam utile & necessarium pro impo-  
tranda & conseruanda sanitate aîæ ab hostium insul-  
tib<sup>9</sup> ptegendo, sicuti est gladius ✠ armatura verbi  
Dei. Hinc dicitur de offi. iudi. or. ca. 1. Inter omnia  
quæ spectant ad salutem populi christiani pabulum  
verbi diuini maximè noscitur esse necessarium. Nè  
enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo  
quod pcedit de ore Dei. Sed iam pro chdolor non-  
nulli nobiles, docti, ecclesiastici, seculares, & po-  
tètes dedignatur aut verentur sermones visitare &  
sacra Dei eloquia audire, contra quos saluator, in-  
quit Lucæ. 9. Qui me erubuerint & meos sermo-  
nes, hunc filius hominis erubescet cum venerit in  
maiestate sua. Ideo minatoriè dicit saluator ad oes  
præcipuè christianos verbum Dei contèntes, quod  
eis abudè ministratur, Mat. 11. Vè tibi Corrozaym,  
vè tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydona factæ  
fuisent virtutes. s. per verbum Dei quæ factæ sunt in  
vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent.  
Et si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ  
sunt

fun-  
run-  
in d

P e-  
terr-  
tū a-  
trar-  
prip-  
befc-  
bapt-  
pced-  
cato-  
iuri-  
doct-  
pien-  
lofi,  
Dei  
circa  
ciãte  
cont-  
dent  
ille p-  
sequ-  
titia,  
Scrip-  
tiã p-  
mus  
tibus  
dicat  
sapiẽ

funt in te fortè mansissent vsq; in hanc diem. Veruntamen dico vobis Tyro & Sydoni remiffus erit in die iudicij quàm vobis.

*¶ De prædicantibus verbum Dei.*

PLurimi etiã prælati, curati, doctores, atq; docti erubescunt aut fastidiũ habèt semè verbi Dei in terrã subditorũ & indoctorũ mittere, sed habèt talẽ tũ absconditũ, & sunt sicut canes muti nõ valètes latrare, cũ tamè oĩm doctorũ atq; prælatorũ summ<sup>o</sup> & præcipu<sup>o</sup> verbi Dei cõcionator dicat ad Ro. I. Non erubesco euangeliũ: & I. Cor. I. Non misit me Christus baptizare sed euãgelizare. Modũ euãgelizandi siue prædicandi aduertat cõcionatores verbi Dei, qui tu cato sermone subtiles & arduas materias cum vanis iuriũ allegationibus populo simplici exponunt vt docti videãtur. Subdit enim ibidẽ Apost. Non in sapientia verbi vt nõ euacuetur crux Christi. Nec zelosi, veredici, & deuoti verbi Dei prædicatores, sacra Dei euangelia, simplices doctrinas & deuotionalia circa crucẽ, sanguinẽ, & vulnera Christi Iesu annunciatẽs curare debèt obloquia quorundã talia audire contemntiũ, & ad ardua & subtiliorã semp tendentiũ, sicut fuerũt plures eo tempore quo beatus ille prædicator Paulus verbũ Dei annũciaret: vndè sequitur ibidẽ verbũ crucis pereuntibus quidẽ stultitia, his autẽ qui salui fiunt. i. nobis Dei virtus est. Scriptũ est enim. Perdã sapientiã sapientiũ, & prudentiã prudentiũ improbabo: & præmisit. Nos prædicamus Christũ crucifixũ, Iudẽis quidẽ scandalũ, gentibus autem stultitiã. Vndè licet sanctus ille prædicator inter ceteros doctrina, eloquio, sanctitate & sapiẽtia eminebat vt dilucidè sua scripta demõstrant

L  
coram

coram populo, tamen eloquia vtilia & non subtilia  
přecipuè de Christo Iesu crucifixo annũciare solet,  
nobis in hoc dans exemplum & modũ salubriter ad  
ædificationem populi přædicandi. Ideo dicit. 1. ad  
Cor. 2. Fui apud vos & sermo meus & přædicatio  
fuit non in sublimitate sermonis, non in persuasibili-  
bus humanæ sapiëntiæ, verbis annunciãs vobis tes-  
timoniũ Christi sed in ostẽsione spiritus & virtutis,  
vt fides vestra nõ sit in sapientia hominũ sed in vir-  
tute Dei. Non enim iudicaui me scire aliquid inter  
vos nisi Iesum Christũ & hunc crucifixum: & alibi.  
Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu  
Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est & ego  
mundo. De cetero ergo nemo mihi molestus sit, ego  
enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto.  
Vtinam hæc omnes verbi Dei přædicatores cordi  
imprimerent, & maiorẽ fructum in ecclesia Dei lu-  
crumq; animarũ abundantius longẽ facerent. Sed  
sunt quã plurimi latrãtes & přædicantes sed non  
ædificantes, quia falsas doctrinas seminantes dicen-  
tes malũ bonũ, & tenebras lucẽ, fabulas, exempla,  
historias nouitatis atq; subtilitates in sermonibus  
adducunt, vitia nõ increpant, virtutes docent, mi-  
nimè applaudere conantur & placere principibus  
atq; populo, magis laudes hominum q̃ Dei hono-  
rem, & lucrũ bursarũ quã animarum quærentes.  
Ideo meritò dicit, Apost. 2. Thi. 4. Erit tempus (&  
prochdolor iam est) cùm sanã doctrinã non sustine-  
bunt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magi-  
stros pruriẽtes auribus, à veritate quidem auditum  
auertent, ad fabulas autem conuertẽtur: & Esa. 30.  
Loquimini nobis placentia & audiemus. Habentes  
autem

autẽ  
alij m  
lentũ  
& loc  
stru  
peru  
Cor.  
si aut  
fitas e  
donũ  
quia  
misit  
capti  
in ter  
placa  
nerer  
daren  
palliũ  
cet no  
vt fru  
mus  
nebr  
solar  
verita  
porti  
mate  
corã  
Si dic  
non a  
& co  
impi  
eius

autē donū verbi Dei, doctores, religiosi, & quiuis  
 alij maximē tamē curati & pastores animarū, ne ta-  
 lentū eis traditū abscondant, tenentur pro tempore  
 & loco verbū Dei seminare, populū indoctum in-  
 struere, errores extirpare, viam veritatis & iustitiæ  
 perueniendi ad salutem aperire. Istud patet: nam. 1.  
 Cor. 9. inquit apost. Vē mihi si non euangelizauero:  
 si autem euangelizauero non est mihi gloria, neces-  
 sitas enim mihi incumbit, quia. s. habeo talentum &  
 donū illud à Deo. & Esa. ca. 6. Vē mihi quia tacui,  
 quia vir pollut<sup>9</sup> labijs ego sum: & ca. 61 Dominus  
 misit me vt mederer contritis corde, vt prædicarem  
 captiuis indulgentiā, & clausis aperitionē, & his qui  
 in tenebris sunt illuminationē, vt prædicarē annum  
 placabilē domino & diē vltionis Deo nostro, vt po-  
 nerem fortitudinē siue consolationē lugentibus, &  
 darem eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu,  
 palliū laudis pro spiritu mœroris. In istis verbis do-  
 cet nos saluator per prophetā modum prædicandi  
 vt fructus inde sequatur: vt. s. principaliter intenda-  
 mus illuminare intellectū & mentes hominum te-  
 nebris erroris & ignorantie obscuratas, mestos con-  
 solari, affectus hominū inflammare, vitia increpare,  
 veritatē docere. Et iuxta qualitatem audientium pro-  
 portionare, proponere, & aptare debet prædicator  
 materiā. Alia enim corā prælatis & principibus, alia  
 corā vulgo & simplicibus prædicanda sunt. Ezech. 33.  
 Si dicente me ad impium, impie morte morieris, &  
 non annunciaueris, nec locutus fueris. s. prædicādo  
 & corripiendo vt se custodiat impius à via sua, ipse  
 impius in impietate sua morietur. Sanguinē autem  
 eius de manu tua requirā. Luc. 19. Super illo verbo.



Erat Iesus quotidie docens in templo, inquit Greg.  
Redēptor noster nec indignus nec ingratus verā  
prēdicatiōis subtraxit in hoc dans nobis exemplum  
& modū prēdicandi. Licet enim sint quidā pecca-  
tores & obstinati in malicia prēsentēs, non ideo  
men verbū Dei est prātermittendū sicut nec corre-  
ptio fraterna, quia licet fortē iam non afferet fructū  
quo ad illos tandē, tamē redire poterunt ad cor ex  
aliquo in sermone audito, & quo ad alios sequetur  
verisimiliter aliquis fructus. O vtinam ex omnibus  
sermonib⁹ & scriptis nostris lucrari possemus vnā  
animā, hoc enim lucrū longē antecellit omnes the-  
sauros mundi. Quid enim prodest homini si viuere  
sum mundū lucretur sed animas nullas. Nec tēdiū  
habere debet prēdicator frequenter prēdicando  
id expedire ei videatur: nam Christus quotidie do-  
cebat in templo & nunq̄ à doctrinis destitit. Super  
omnia autē laboret prēdicator exemplariter &  
etē coram Deo & populo viuere, vt eius vita & ope-  
ratio à sermone nō discrepet. Cuius enim vita despi-  
citur, restat vt eius prēdicatio frequenter contem-  
natur. Et ne sancta Dei euāgelia ore polluto annun-  
ciet & à domino reprobetur dicente sibi. Quare  
enarras iustitias meas & assumis testamentū meum  
per ostuum, Psalm. 49.

*¶ De desperatione & obstinatio.*

**I**Nsuper peccaui contra spē, Dei bonitatē & misē-  
ricordiā, ex praua vita & demeritis meis tam pro-  
fundē in foueā peccatorū & peruersam consuetu-  
dinē deueni, quōd de Dei misericordia desperabi-  
līssimū estimans cum Iuda & Chaym grauitatē & peccato-  
rum meorū multitudinē prācellere Dei misericordi-  
diam,

diam, & quòd peccata mea nunquã dimittere vellet. Fui causa exc̄cati & obstinati animi quòd Deum blasphemauī, & mandata eius ex proposito & maliuolentia contempsi, supportauī, & deliberatè tradidi dæmoni animã meã, corp⁹, & omnia mea si suo subsidio cõsequi potuissẽ intentũ alicui⁹ mali, &c. Item sine remorsũ cõscientiẽ ac si nulla foret vita nec pœna post hãc vitã vt brutũ vixi, nec aduerti quòd iuxta qualitatem demeriti & grauitatẽ criminũ fuissẽ diu viuus cum Dathan & Abyron in profundũ abissi dimersus, quia lōgè grauiora & plura scio me peccata cõmisisse q̄ multi damnati, de quo nec Deo gratias egi. Ex desperatione & maliuolentia animiq̄ue obstinatio dixi verbo vel corde. Vtinã Deus mihi semper relinqueret huius mundi vsum nõ curarem de eius præsentia & visione paratus essem ei regnum suum æternaliter dimittere.

*¶ De pusillanimitate.*

**A**D eò pusillanimis & deiecti animi frequenter fui, quòd totaliter putauī me à Deo esse derelictũ, & quòd æternaliter ero dånatus, quia mihi apparet quòd à Deo cũ Iuda & Antichristo ante mundi constitutionem sum reprobatus.

*¶ Remedium contra pusillanimitatem & scrupulos.*

**Q**uantumcunq; ardua, grauiã, fœda & multa cõmiseris peccata noli vnquam desperare, nec nimis perplexus aut scrupulosus sis. Nam si pœnitentias veteris vitæ, & toto corde ac quantum in te est ad Deum confugas, confidentiamq; in suis benedictis, profundis vulneribus habeas haud dubiè gratiam consequeris. In quacunque enim hora peccator ingemuerit & conuersus fuerit vita viuet & nõ

morietur, nec omnium peccatorum suorum dominus recordabitur. Nouerit enim ipse misericordissimus pater fragilitates nostras, & quod septies in die cadit iustus & natura ad malum proni sumus, nec vnquã in hoc seculo peccatores à Deo totaliter derelinquuntur: generalẽ enim influentiam & assistentiã nemini subtrahit & paratus est semper cuilibet petenti etiã specialiter assistere, sed propter demerita & enormitatẽ atq; scelerũ diurnitatem gratiã & speciale auxiliũ quibusdam subtrahit. Similiter quantumcunq; peccator sit obstinatus & in profundũ venerit vitiorũ, tamen angelus bonus ad custodiã deputatus nunquam totaliter dimittit eum quantũ ad actũ custodiẽ quã respicit malũ, qui semper laborat & subtrahit peccatorẽ illũ à maiori malo, & ne ab angelo malo absorbeat & perdatur vndẽ sicut dicit Alexander. Hales. 2. parte membro. 5. q. 41. Feruẽtiõs est bonus angelus in custodiendo & iuuando, quã malus in nocendo, sed malus angelus etiam in cruce Christo non defecit sicut habetur in glosa, Thob. vlt. Ne homini vnq; deest ergo multò fortius bonus angelus nulli homini quantumuis malo deest, sed semper adest expectans quomodo eum iuuare & deducere posset ad bonum terminũ. Etiam Antichristus & omnes alij p̄sentes & reprob̄i habebunt & habent Angelũ bonum, quantum medicus licet tales relinquat quantũ ad hunc effectum qui est reuocare à morbo, potest tamẽ illis adhuc assistere sicut assistit ne incidant in peiorem morbũ & maiore damnationẽ vel eos diutius sustetando in vita, &c. ¶ Et ideo quilibet singularẽ reuerentiã atq; seruitium per oratiões, elemosynas, act

alia pia opa suo angelo frequēter impēdere curabit: vnde vt dicit Hiero. sup illud Matth. 18. Angeli eorū semper vidēt faciē patris, dicit quòd magna est dignitas animarū vt vnāqueq; ab ortu suæ natiuitatis .s. in vtero in sui custodiā habeat angelū custodē sibi deputatū. Ideo consulit Bern. O hō in quolibet angulo & loco reuerentiā exhibe angelo tuo, nec audeas p̄sente eo facere qđ nō me p̄sente factur⁹ esses.

*¶ Oratio deuot. ad Angelum bonum omni die dicenda.*

**O** Ro te angelice spiritus cui ego miser vermiculus ad custodiendū commissus sum vt me hodie & omni tempore ab omni periculo animæ & corporis præseruare digneris, vt nullū Dei mandatum transgrediar, intellectū illumina, affectū inflāma, & quicquid hodie actur⁹ sum Deo offeras, vt ei gratū & acceptū mihiq; meritoriū & satisfactorium esse possit. Concede vt tuo speciali præsidio oēs mundi carnis & diaboli tentationes superare valeā, præcipuē hęc & illā, &c. ad quam magis video me inclinatū. Specialiter mihi alsistas rogo in mortis articulo, quādo intellectu, memoria, sensibus, & omnibus aiæ virib⁹ deficiētibus spiritus maligni tanquam canes rabidi ad me deuorandū circumient, vt fortis tunc in bello omnes eorū insidias atq; versutias vincere valeā. Sudorē sanguineum, & sponsum sanguineū Christum Iesum eiusq; amarissimā p̄sionem mihi tunc præ oculis præsentare digneris, vt firmiter in fide & charitate permanēs citò post hęc transitoria vitā merear tecū peruenire ad æternā vitā, amē.

*¶ Tertia pars de triplici remedio cōtra accidiā & ociū pro vtili temporis deductione. Deuota oratio & meditatio sacramētorum si equentatio, honorū exercitatio.*

PRimò si ignauiam, desidiam, fastidiũ, & ocium vitare velis, infiskas deuotis orationibus & p̄ meditationibus, de quatuor nouissimis, præcipue de vita & passione Christi Iesu. Vndè cum Christus facta cœna in orto oliueti emittens sudorẽ sanguineum inuenisset tres discipulos dormiẽtes, eos expurgifaciens dixit. Non potuistis vna hora vigilare mecũ? Vigilate & orate ne intretis in tentationem: quasi dicat, deuota oratio est remediũ efficacissimum ne succumbatis tentationi accidiæ. Illa nocte Christus ocio aut sumno non torpebat (sed in agonia constitutus) prolixus orabat, in terram tribus vicibus procidens & pernoctauit orando, vt dicitur Luce. 6. ¶ Insuper cum tentatio accidiæ occurrat, & tædium in officio diuino habere incipis, fastidiumque de temporis prolixitate, memor sis laborum & pœnalitatum Christi Iesu, quos docendo, peregrinando, ieiunando .33. annis pro nobis pertulit. Ideo suadet Apostolus ad Heb. 12. Recogitate eum qui talẽ sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris. s. præ tædio & desidia deficientes. Pauper namque & in laboribus fuit à iuuentute sua exaltatus. s. in cruce humiliatus & conturbatus. Psal. 87. ¶ Secundum remedium, est sacramentorum digna frequentatio, præcipue sacramenti Eucharistiæ deuota & frequens sumptio. Est enim panis qui cor hominis confirmat, & ad bene agendum roborat. Est & carbo ignitus secundum Damascenum, qui excutit omnem torporẽ mentis & delectari cum hilari spiritu facit in domino. ¶ In huius signum figuram pulchram habemus. 3. Regum. 19. de Helya quomodo fessus

extradio persecutionis Iezabel vxoris Achab regis  
 Ifrahël, obdormiuit subter vnam iuniperum, ipso  
 autem dormiente apparuit ei angelus domini eum  
 à somno excitans. Qui confurgens, & videns panem  
 sub cineribus ad caput eius & vas aquæ mira-  
 culosè ibi à Deo paratum, comedit & bibit. Et cum  
 iterum obdormiuisset, angelus secundò excitauit  
 eum dicens. Surge comede, grandis enim tibi restat  
 via. Qui surgens iterum comedit, & ambulauit in  
 fortitudine cibi illius. 40. diebus & noctibus vsque  
 ad montem Dei Oreb. Helyas significat seruum  
 Dei qui ex tribulationibus & persecutionibus Ie-  
 zabel. i. carnis & sensualitatis, & Achab. i. dæmonis  
 attediatus aliquando laboribus & tentationibus  
 obdormit, vt nihil ei libeat facere. Sed instigatione  
 angeli boni mens excitatur vt sumat frequenter  
 præcipuè in festis maioribus panem Eucharistiæ,  
 Christus enim panem se nominat & viuum, qui  
 coctus sub cinere humiliationis fuit pistus & de-  
 coctus in igne passionis, hoc ergo pane sumpto siue  
 etiam pane pœnitentiæ cum aqua lachrymarum,  
 quæ pœnitentia conuenienter significatur per illam  
 iuniperum, quæ habet corticem asperam & fructum  
 medicinale, sicuti & pœnitentia per iuniperum  
 etiã conuenienter reputatur arbor crucis, inde for-  
 tificatur & animatur homo existens in deserto soli-  
 tudinis & pœnitentiæ, contra accidiã vt incedat vi-  
 riliter per desertũ huius mundi vsq; in montem Dei  
 Oreb cœlestis gloriæ. ¶ Tertiò videlicet plurimum  
 contra accidiam operatio bona & varia exercitatio,  
 quandoq; studendo aliquotiès moderatè recreãdo,  
 honestè ludendo ad recreandũ spiritus, vt homo sic

feruentius & diligentius diuinū officium perage  
quandoq; orando, cantando, sedendo, ambulando,  
pauperes & captiuos visitando atq; loca pia, & sic  
alijs operibus misericordiæ, etiā in exterioribus &  
mechanicis operib<sup>9</sup> aliquādo exercitando. Eccle. 10.  
Quodcunque potest manus tua instanter operari,  
quia nec op<sup>9</sup>, nec ratio, nec sapiētia, nec sciētia valet  
apud inferos quo tu properas: & Hiero. Non facile  
capitur a tentatione qui alicui bono vacat exercitio.  
Aliquid ergo boni semper agito ne te diabolus in-  
ueniat ociosum sed occupatū: de conse. dist. 5. Nun-  
quam. Exercitatio etiam corporalis teste Apostolo  
utilis est. Ideo rectē in religionibus ordinatum est  
quemadmodū etiam legimus heremitas & sancti-  
patres fecisse vt extra diuinum officium vnusquisque  
ad certum opus manuale deputetur, ne ocio ipsi tra-  
peant & diabolo locum tribuant.

*¶ De ocio vitando, & de stultitia multi-  
plici ocioforum.*

**O**ciositas inter cætera vitia est hominibus valde  
periculosa & reprehensibilis, præcipuē in tem-  
pore gratiæ, quia homo nascitur ad laborem nō ad  
ociū sicut auis ad volatum, Iacobi. 5. vndē de sancto  
qualibet anima dicitur, Prouerbiorū vltimo. Pars  
ociosa nō comedit, sed operata est consilio manuum  
suarū. Ratio nos vrget ad laborem. Non enim dece-  
feruū aut discipulū ociari, domino & magistro su-  
laborante. Laboravi, inquit sustinens, raucæ faucibus  
sunt faucibus meæ: discurrebat enim magister noster  
Christus Iesus per ciuitates & castella, prædicans &  
infirmos curans. Et dum fatigatus quadam vice se-  
disisset super fontē. Ioan. 4. Ne in illa refocillatione

esse

esset ociosus, mulierē samaritanā instruxit & illuminauit, dicens ad eam. O mulier da mihi bibere, illa recusante, dixit illi Iesus. Si scires donū Dei & quis est qui dicit tibi da mihi bibere, forsitan petisses ab eo & dedisset tibi aquā viuā, quā si quis biberit, non sitiet in æteruū, &c. Nos verò sumus hic serui emptitij, & ergo domino laborante meritò etiā laborare tenemur. Empti enim sumus precio magno, nō corruptibilibus auro vel argēto, sed precioso sanguine Christi agni immaculati. Glorifitemus ergo & portemus Deum in corpore nostro. s. pro ipso laborando, non ocio torpendo, quia ipse nos prius in confractis suis humeris super trabē crucis cum magna fatigatione portauit. Insuper ad laborē excitari debemus, quia laborātibus in nouo testamēto magna promittitur merces. Math. 20. Redde illis mercedē s. laborantibus incipiens à nouissimis. i. sanctis noui testamenti. Quid statis hic toto die. s. nunc tempore gratiæ & noui testamenti ociosi, nescitis quomodo laborantibus statim merces regni cœlestis datur? Patribus verò veteris testamenti quantumcunque sollicitè & perfectè laborātibus nō dabatur eis morientibus, sed ad limbum descendebant per sex ferè milia annorū præmiū suorū laborum expectantes, nobis autem tempore gratiæ aperta ianua regni per clauē crucis ad statim datur merces, si diligenter in vinea domini laboremus. Beda. Regnū cœlorū non ociosis & negligentibus, sed petētibus per orationē, quærentibus per lectionē & sacrorū eloquiorū auditionem, pulsantibus per virtuosorum operū impletionē datur. De ociosis econtra dicitur. P. sal. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus



non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operi  
sunt iniquitate. In quibus verbis tria notatur in ho-  
ocij vitio. Primò insinuatur vitium ociosorum, quod  
de numero laborantium & præmium recipien-  
tium dici non merentur ibi. In labore hominum  
non sunt. Secundò inferni supplicium eis reserua-  
tum. ibi cum ho. non fla. Tertiò multiplex ma-  
lum & stultitia ex ocio proueniens ibi: ideo tenuit  
eos superbia. ¶ Prima stultitia ociosorum ho-  
minum est, quia dant locum diabolo contra illud  
apostoli ad Ephesi. 4. Nolite locum dare diabolo.  
Illa enim maxima est hominum cæcitas & fatui-  
tas, locum, accessum, liberum & vires dare inimico  
suo lætali quod fit per ocium. Ex. de. vi. & ho. cle.  
Ociositas & voluptas, sunt arma hostis antiqui ad  
miserias animas captiuandas. David sanctissimus  
dum fuerat in persecutione Saulis immunis fuit ab  
illis magnis peccatis in quæ postmodum incidit cum  
esset Hierosolimis in quiete & ocio vbi adulterium  
furgens à dormitione ocio vacans perpetravit pro-  
ditionem & homicidium. Salomon dum occupatus  
erat circa templum & ædificia non adeo excecatus &  
mulierum amore infatuatus erat, vt postea ocio dedis-  
tus. Et sic de pluribus alijs exemplis habemus & indies  
videmus atque experimur homines ocio torpentes  
in varia carnis vitia plurimaque alia mala incidere.  
Et etiam ocium varias corporum infirmitates adducit  
ideo studiosis consultum esset quandoque suis curis  
& studijs interponere gaudia, recreationes, & exer-  
citationes corporales iuxta decentiam tamen status.  
vnde Bernar. Propter ocium ocia sectari ridiculum  
est, sed aliquid honestæ recreationis assumite in  
locus

locutione vel corporali exercitatione. Corporalis enim exercitatio ad modicum utilis est. 1. Tim. 4. ¶ Secunda stultitia. Ociosus inferior quodammodo fit brutus, quibus etiam non laborantibus non illicitum est comedere, sed ociosis prohibet Apostolus manducare. 2. Theff. 3. Si quis non vult operari non manducet. Nos enim non gratis panem manducauimus ab aliquo sed in labore & fatigatione nocte & die operâtes ne quem vestrum grauarem, & vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos, vnde primo parenti in persona omnium dictum fuit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gene. 3. ¶ Nō solum inferior brutus reperitur ociosus, quæ omnia laborare videmus vt se & proles conseruent sed etiam cunctis alijs creaturis ab eis discordans. Nam omnis creatura aliquo modo operatur secundum suum modum & instinctum, nulla ociosa est. Qui enim, inquit commentator, aufert operationes à rebus, aufert essentias rerū. Attendite hoc o vos domicelli, domini, domicelle mundani, & ecclesiastici ociosi videte formicam, considerate diligentiam & sapiētiam eius, quæ cum non habeat ducem nec præceptorem parat in estate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat in hyeme, vsquequo ergo piger dormies quando conserges de somno & ocio tuo. Prouerb. 6. Respice arbores & minimas herbas quæ semel in anno folia & flores producant, & quantum in se est fructum. Tu verò o pulchra mulier quid profers? quid germinas? quid producis nisi immunditias, saniem, & fœtorē per oia corporis mēbra atq; meatus, vt tot habeas tuæ pulchritudinis latrinas, quot corporis

aperturas

aperturas: vide ergo vndè veneris, quid operari,  
quo tendis, minor eris omnibus creaturis. Homini  
enim inquantū est homo cōuenit operari secundū  
rationē: ideo dicit Senec. Ociū sine literis mors est,  
& viui hominis sepultura. Notanter dicit, ociū sine  
literis mors est, quia ociū cum literis vita est: de quo  
Aug. Ociū sanctū quærit charitas veritatis. 8. q. 1.  
Episcopatū. Et appellat ociū cessationē ab operibus  
exterioribus vt vacetur Deo: nam teste Bernardo.  
Vacare Deo nō est ociū s. malū, sed negociū nego-  
ciorum. Tertia stultitia: quia ociosus thesaurum  
perdit irrecuperabilē. s. tempus ad quod conseruan-  
dum admonet scriptura. Eccl' i. 4. Fili conserua tem-  
pus & declina à malo. Et meritò debet diligenter  
conseruari nō perdi, sicut per ociosos deperditur,  
quia est preciosissimum, breuissimum, & circa eius  
vsum examen futurū exactissimū ¶ Quarto. Ocio-  
sus debitū suū nō diminuit sed adauget. Ratio enim  
dicit, quòd multis obnoxius dum tempus & facul-  
tatē habeat ab eo soluendū esse debitum. Ideo dicit  
Apost. Rom. 13. Reddite omnibus debita: & Chri-  
stus in extremo iudicio dicet ociosis qui hic debitū  
non curauerūt soluere. Redde quòd debes. Redde  
rationē villicatiōis tuæ. ¶ Vndè multa sunt debita.  
Fatui ergo sumus si nō soluamus. Bernar. O homo  
fiscires quàm multa & quàm multis debeas, videres  
nihil esse quòd facis, nec ociosus esses. ¶ Volens  
ergo soluere debitū, facere debet dignos fructū pœ-  
nitentiæ. Ioan. 15. Posui vos vt eatis & fructū affe-  
ratis & fructus vester maneat, ociosus semper sine  
fructu est, non enim producit fructum oris qui est  
Dei laudatio, gratiarū actio, oratio, confessio, pro-  
ximi

xim  
vt e  
nec  
per  
scr  
falli  
rim  
¶ Q  
qui  
qu  
nen  
Sun  
alie  
tion  
nati  
& a  
hic v  
lesti  
Nor  
pud  
min  
ei, f  
ope  
sum  
die  
sep  
qu  
deb  
alia  
oci  
nor  
viti

ximi instructio, nec producit fructū bonorū operū,  
 vt elemosynas, infirmorū & captiuorū uisitatiōes,  
 nec habet fructū piarū recordationū. Hier. 51. O-  
 pera eorū uana & risu digna. Attendāt ociosi, quòd  
 scribitur Matth. 12. & est uerbū saluatoris quod in-  
 fallibile est. Omne uerbū ociosum quod locuti fue-  
 rint homines reddent rationē de eo in die iudicij.  
 ¶ Quintò comprobatur magna ociosorū demētia,  
 quia uolunt quiescere in loco nō naturali: & sic sibi  
 quodāmodo uolēto. Non enim habemus hic ma-  
 nentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Ad Heb. vlt.  
 Sumus enim hic peregrini tanquam exules in loco  
 alieno. Anima enim ratiōnalis à qua homines & ra-  
 tionales dicimur. A principaliori enim fit denomi-  
 natio, de sursum est & de natura cœlesti, quia à Deo  
 & ad eius imaginē creata: contra naturā ergo est si  
 hic uelimus quiescere & ociari nō tendendo ad cœ-  
 lestia. Et ociari in loco ubi laborare oportet. Ioan. 9.  
 Non ueni uocare uos ad requiē sed ad lab- rē. O im-  
 pudēs ergo & imprudēs, inquit Bern. milia milium  
 ministrabāt ei, & decies centena milia assis-  
 tebant ei, scilicet ad Deum glorificandum & ad continuē  
 operandum quod eis congruit, & tu sedere præ-  
 sumis & ociari. ¶ Ad quod etiam figurandum, lex  
 diebus operatus est Deus diuersas creaturas, & in  
 septima requieuit ab omni opere. Ad innuendum  
 quòd in uita præsentī signata per senariū numerum  
 debet homo operari nō ociari, si uult in septima. i. in  
 alia uita cum Deo quiescere. O magna stultitia cum  
 ociosus sit in profundo malitiæ suæ submersus, &  
 non uult manum porrigere ad laborem vt ex fouea  
 uitiorum extrahatur, cum tamen aliter non possit  
 exire.

exire, A stultitia nemo emergit (vt inquit Seneca) nisi  
ad laborē manū porrigat. Nā secundū Philosophos  
virtus & scientia sunt circa difficilia. Ideo iuxta  
sententiā Dionysij, bene operari cōtingit tantūmodo  
modo. s. attingendo mediū virtutis, & obseruando  
omnes circūstantias debitas. Malè autē & vitiosè  
operari multifariè contingit. Si enim desit vna cir-  
cūstantiarū ad actū bonū requisitarū iam actus est  
vitiosus. Et ideo facilius est peccare & vitiosè ope-  
rari quàm bene. Facilius namq; descensus auer-  
nit, inquit Virg. Sed reuocare gradū superasq; euadere  
ad auras. Hoc opus hic labor est. Et Christus con-  
tendit intrare per angustā portā. Luc. 13. ¶ Hortor  
igitur vos fratres vt omne ociū tanquā mētis vene-  
num fugiatis, studendo, orando, operando, mode-  
ratè dormiendo & recreando. Et talentū traditum  
bona q; à domino commissā debitè & fideliter ad  
domini voluntatē expendendo, aliās destitue mini-  
mū villicatione & mittemini in tenebras exteriores  
in perpetuo ocio erunt dānati, quia habēt manus.  
potentiā operatiuā, pedes. i. potentiā affectiuam li-  
gatos, nō valentes bene & meritoriè operari: dicū  
ergo fodere non valeo, quia opera pœnalia nō sunt  
ibi satisfactoria, mendicare erubesco, quia orationes  
aut clamores per eos fusi non exaudientur.

¶ De auaritia Capitulum. 7. continens tres partes.

¶ Prima pars quomodo auaritia est mortale.

Et de multiplici auaritia.

**A**uaritia est inordinatus amor, vel appetitus  
pecuniæ, vel diuitiarū. Auarus namq; secundū  
Isid. dicitur quasi æris auidus. Capitur  
tamen quandoq; prout est nō peccatū sed pœna

ve

vel radix peccati: & sic non est aliud quàm quædam inclinatio naturæ corruptæ ad bona corruptibilia & temporalia appetenda. ¶ I. Corin. 6. Radix omnium malorū est cupiditas, eo videlicet quòd ex avaritia frequentius alia peccata oriuntur ad similitudinē radicis: quia sicut toti arbori alimentū præstat, sic homo per diuitias acquirit facultatē siue facilitatē ad quodcunq; peccatū atq; malū desiderandū & perpetrandū. Tertio modo capitur prout est generale peccatū seu genus ad omne peccatū, & sic dicitur à Grego. in quadam omelia. Auaritia est appetitus inordinatus non solum pecuniæ, sed etiam scientiæ, eminentiæ, & cuiuscunq; boni temporalis.

¶ *Auaritia & amor creaturarum est mortale. Tripliciter vt declarat Tho. 2. 2. q. 118. primò quando æquitatem offendit: secundo quando charitatem excludit: tertio quando fidem peruertit.*

**P**rimò Auaritia est mortale, quando quis notabiliter nocet proximo per cupiditatem nimiam terrenorū & iniustam acquisitionē furando, rapiendo, fraudando, & huiusmodi quæ ex genere suo sunt mortalia. Et sic etiā auaritia ex genere suo est mortale, nisi propter imperfectionem actus contingeret ipsum esse veniale. Nam sic auaritia opponitur iustitiæ. Peccat ergo mortaliter qui mercado artē mechanicam vel quodcunq; aliud officiū exercendo: accumulatur diuitias contra æquitatē & iustitiam fraudem committendo, & proximum notabiliter damnificando. Et non solum est mortale ista perpetrare: sed etiam ea desiderare scilicet rerum illicitas & iniustas appetere possessiones & acquisitiones cum proximorum iactura. ¶ Secundo contingit

M. cupidita-

cupiditatē & amorem atq; sollicitudinem in temporalibus esse mortale ratione charitatis quā excludit. Si enim in tantū amor diuitiarum creſcat quōd præferatur charitati Dei vel proximi eſt mortale, quod contingit quando talis facit vel paratus eſt facere contra Deum & mandata eius mercando. ſ. diſteſto, peierando, vel contra proximum & dilectionem eius non ſubueniendo ei in extrema vel ardua neceſſitate conſtituto, vt poſſit habere diuitias mutatas vel non minuere habitas. 1. Ioan. 3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatē habere & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei in illo eſt? ¶ Tertiō Auaritia eſt mortale ratione finis quem peruertit, quando quis adeō iſtis temporalibus afficitur, & eſt intentus eas cōcupiſcendo, acquirendo, vel detinendo quod ibi conſtituunt finē ſuū. Nam auerti ab incommutabili bono eſt mortale, ſed conuerti ad diuitias ve quodcunq; bonū creatū ſicut ad finē facit aduerſionem ab incommutabili bono, quod debet eſſe principalis & vltimus finis: non enim poſſunt eſſe plures fines vltimi, ergo avarus in quantum fruitur temporalibus bonis ſemper peccat mortaliter. Et auaritia dicitur idolorum ſiue aliquarum creaturarum ſeruitus. Auari enim magis pecunię quā Deo ſeruiūt: magis timent pecuniam quā Deum arguere: magis ſolliciti ſunt pro pecunia quā pro gratia Dei obtinenda. Et ideo dicitur ad Ephel. 5. Omnis avarus nō habet hereditatē in regno Dei, quod ſ. in diuitijs cōſtituit finē & cor nimis apponit: vnde diuitiæ ſi affluent nolite cor apponere aliquo prætorū modorū. ¶ Veniale peccatū eſt, quando ſu-

perfluat

perfluam habet curā & sollicitudinē circa diuitias, & inordinatē afficitur & diligit tēporalia, sed citra Deū, sic quod non constituat ibi finē suum, nec per hoc transgrediatur vel paratus est trāsgredi aliquod præceptorū. ¶ Quæstio, An avaritia sit maximum peccatorū? Respondeo post Thom. 2. 2. q. 118. ar. 3. quod magnitudo peccati potest attendi ex tribus.

¶ Primo ex parte boni quod offenditur & contēnitur, & sic peccatū contra Deū est grauissimū sicut Blasphemia, vel simile. ¶ Secundò ex parte damni quod infertur, & sic homicidiū est grauius adulterio: adulteriū grauius furto. ¶ Tertiò ex parte boni cui quis inordinatē subijcitur, quantò enim tale bonū est minus tātò peccatū est deformius. Iam bona temporalia & fortunæ sunt minima longè inferiora quàm bona naturę corporis vel dona gratiarū animæ. Iam appetitus inordinatus auari subijcitur minimo bono. i. rerū exteriorū, quæ æstimatione apostoli, vt stercore censentur. Et secundū hoc avaritia est turpi<sup>9</sup>, detestabili<sup>9</sup>, & deformi<sup>9</sup> peccatū. Et sic dicitur Eccl' i. 10. Auaro nihil est scelestius. i. turpi<sup>9</sup>, vilis, vel insatiabili<sup>9</sup>. ¶ Vndè maximū detestabile scelus est aīam tam nobile p̄ciosam creaturā in tāta sublimitate ad imaginē Dei formatā tātò precio sanguinis Christi redemptā ad tantā gloriā ordinatā, tam vilibus creaturis subijci, & pro tam modico precio tēporalis p̄speritatis, momētaneę delectationis, aut modici lucri eam diabolo tradere & vendere. Nam sicut, inquit Anselmus. Quotiēs peccas mortaliter, totiens animam diabolo vendis. Graue etiam ex hoc avaritia censetur esse peccatū, quia est cōtra nobilissimas virtutes quas expellit: contraria est enim



iustitiæ quæ tenet medium inter superfluum & diminutiuum: auaritia excedit in accipiēdo, & deficit in dando. Item est contraria liberalitati, pietati, & misericordiæ, & charitati Dei & proximi. De periculo huius vitij vide infra in fine. 2. part. eiusdē. 7. ca.

*¶ Quatuor modi circa diuitias.*

**P**rimus modus est. Amare & non habere diuitias est vanū & infructuosum. 1. Timo. 6. Qui volum diuites fieri incidunt in tentationem, in laqueū diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

**¶** Secundus modus est. Habere & non amare est laboriosum & difficilē. Eccl' i. 31. Beatus vir. s. diues qui inuentus est sine macula. s. inordinati amoris, & qui post aurum non abiit. s. mente & corpore fixus auari. Talis fuit Abrahā, Gen. 13. Erat diues in possessione auri & argēti. Similiter Iob, & quidā etiam sed pauci pro nostro æuo reperiuntur tales diuites.

**¶** Tertius modus est. Nec habere nec amare, hoc perfectū est, Prouer. 30. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tātū victui meo necessaria, ne fortē satiatus illiciar ad negandum. Scd cam, quis est dominus, aut egestate cōpulsus fures, & periurem nomen Dei mei. Huiusmodi fuerunt apostoli relinquentes omnia, & Christū sequentes, & sunt boni religiosi. Narrat Hiero. quōd Chrates ille thebanus cū ad philosophandū pergeret, magnum auri pondus abiicit, nec æstimauit se diuitias simul & virtutes posse possidere. **¶** Quartus modus est. Habere & amare perniciosum est, si ametur plus q̄ deus, vel contra Deū, aliās verō si quis nō niam

mium eis afficiatur sunt pluribus medium salutis & materia faciendi largas elemosynas, fundâdi certas bursas pro ingeniosis bene studentibus qui erunt futura luminaria & pilaria vniuersalis ecclesiæ, quod inter cæteras foundationes est maximi meriti, instituendo monasteria, ædificâdi & reparandi ecclesias, &c. ¶ Quæstio, An thesaurizare sit mortale? Respondeo post Antoniũ quod thesaurizare cõtingit tripliciter. ¶ Primò ex prouidètia & consideratiõe necessitatis, & sic conceditur parètibus secularibus ob necessitatem filiorum educandorũ & filiarum coniugio tradendarum, seruato modo & statu personæ. 2. Cor. 12. Debent parentes filijs thesaurizare, non filij parentibus, ¶ Secundò ex consideratione publicæ vtilitatis. s. regni defendendi, cultus Dei ampliandi & sic licitũ est, seruatis debitis circumstãtijs, ne. s. per illã pecuniæ vel bladorũ accumulationẽ dẽmittatur subuètio extremarũ vel arctarũ necessitatum occurrentiũ. Credo enim licitũ esse vt quis reseruet sibi aliqũ summã pecuniæ iuxta qualitã status pro futuris iniurijs siue penurijs, ne tandem notabiliter egeat si contingat eum aliquo lõgo morbo grauari, aut per bella, caristiam, pestes, naufragium vel alio modo diffortunium aliquod pati, &c. sed videat quilibet ne sub illo vel simili prætextu prouisionis vel alterius vtilitatis tegat suã auaritiã, sicuti plærumq; auari thesaurifantes facere consueuerunt, sed aliter ratione vtilitatis, vel vt tandẽ pias faciat foundationes licitũ est: vndè Dauid præparauit & seruauit magnum thesaurum Salomoni pro constructione templi. 1. Paralip. 22. ¶ Longè tamẽ cõsultius esset ac magis meritoriũ, si quis parata suam

pecunia superabundati vltra necessitatē & decentē  
intentionē status vtiliter ad Dei honorē tēporā  
vitē & sanitatis vteretur, expēdendo eā in elemosinā  
narū largitionē, ac in pios vsus, q̄ si destinatione au  
mi velit tandē testamētaliter de ea ad pios vsus dis  
ponere, & post mortē relinquere quādo eis amplius  
vti nō poterit. ¶ Tertiō ex affectu auaritiē cōtingit  
thesaurizare absq; omni intentionē puidendi suę ne  
cessitati vel aliene, & sic est prohibitū & mortale, vt  
su. Psa. 38. Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea.  
In quo verbo ostenditur auari triplex malitia. Pri  
ma, insatiabilis cupiditas, q̄a thesaurizat. Scđa, culp  
pabilis cęcitas, q̄a ignorat. Tertia, miserabilis infel  
licitas, q̄a cōgregabit ea. Primū pertinet ad cupidit  
tatē affectus: secundū ad cęcitatē intellectus: tertium  
ad facultatē effectus, & sic totā vitā eius condēnat.

*¶ Tres conditiones Auari.*

**P**rima cōditio est. Appetit° inextinguibilis, quā  
auarus plus habet tātō plus cōcupiscit. Prou. 20.  
Ignis. s. auaritię nunq̄ dicit sufficit. Duę sunt san  
guisugę quę semper dicūt affer affer. s. cupiditas &  
luxuria. Eccl. i. 14. Insatiabilis est ocul° cupidi. Cre  
scit amor nummi quantū pecunia crescit. Nunquā  
pecunia tristis satiatur auar°. Est enim similis ydro  
pico q̄ quātō plus bibit tātō pl° fitit. Ber. Auarus ter  
rena esurit vt mendicus. ¶ Scđa cōditio est. Cęcitas  
mētis. Psa. 48. Nō videbit interitū cūm viderit sapiē  
tes moriētes, simul insipiēs & stult° peribūt & relin  
quent alienis diuitias suas & sepulchrū illorū Deu  
corū in æternū. Vbi propheta tres cęcitates ostēdit  
in auaro. ¶ Prima est, cęcitas dānationis, videt enim  
auarus quōd sic & pauperes iusti sicut & alij mali &  
auari

auari moriuntur, & adeo excecatur est puluere terrenorum & stercore yrundinum, quod aliam vitam non credit, ac per hoc damnationem suam non videt: & sic dicit David. Non videbit. scilicet oculo fidei interitum suum aeternum. Causam subdit, cum viderit sapientes. id est virtuosos morientes. ¶ Secunda est, cecitas derelictionis, quia derelinquent alienis diuitias suas, non enim secum asportabunt. Iob. 27. Diues cum dormierit nihil secum affert, aperit oculos suos & nihil inuenit. ¶ Tertia est cecitas habitationis. Tales auari se opinari videntur, quod in sepulchris suis semper debeant habitare, cum sita fastuose & propose ea ornant & in ecclesia, animam autem nudam & pauperem dimittunt: de hoc subditur. Sepulchra eorum domus eorum in aeternum. ¶ Vnde Gregorius & habetur. 13. q. 2. cum grauius. Quos peccata grauius deprimunt ad maiorem cumulatum damnationis potius quam ad absolutionem eorum corpora in ecclesijs ponuntur. Et hoc propter praesumptionem ab eis commissam in vita ordinando de huiusmodi sepultura diuitias suas quibus tunc uti non poterunt ad hoc relinquentes propter fastum mundi. ¶ Tertia conditio est. Seruitus & infelicitas miserabilis. Auarus facit se seruum diuitiarum ad congregandum, vnde efficitur seruus diaboli ad cruciandum. Luc. 16. Non potestis Deo seruire & mammonae: vbi glo. Seruit diuitijs qui eas custodit ut seruus, sed qui seruitutis excusit iugum eas distribuit ut dominus. Pecuniae enim obediunt omnia. Eccl. i. 10. vnde ut inquit Bernardus. Auarus non est dominus eorum quae habet nisi forte eodem modo loquendi quo quis dominus est compedum quibus compeditur tenetur, quae tamen potius illi diminuantur quam ei seruiant, & dum quodam modo videtur eos custodire custoditur ab eis

Sic auarus cum ipsos denarios videtur custodire, mammonæ iussu in custodia retinetur ab eis demum in puncto mortis tradendus in manus hominum.

*¶ Triplex pœna & punitio auari.*

**P**rima est. Illaqueatio diaboli. Tanta est potestas quam exigente hoc auaritiæ scelere domino permittente suscipit diabolus super auaros, quod sic sunt intricati cupiditatibus terrenorum, quanto fini vitæ propinquiore sunt, tantò maiori cupidine inardescunt. Hinc Hieron. Cum alia vitia cum homine senescant, sola auaritia iuuenescit. ¶ Job. 18. Immisit in rethe pedes suos & in maculis eius. s. demonis ambulat, tenebitur planta eius laqueo. Plantam enim extremitatē vitæ nominat. ¶ Adeo auari sunt illaqueati & excæcati quod rectū iudiciū peruertunt, veritatē in falsitatē commutāt, dicentes tenebras lucē & malū bonū. Ideo dixit Ietro Moysi. Elige tibi consiliarios homines Deū timentes qui oderint auaritiā. Exodi. 18. Munera enim excæcant oculos prudentū. Multæ namq; iniquæ dantur sententiæ à iudicibus, muneribus, & terrenorū cupiditatibus corruptis. Sed vae qui iustificatis impiū pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Esa. 5.

¶ Quatuor sunt quibus communiter peruertitur iudiciū & iniusta datur sentētia, vt habetur. 11. q. 34. modis & est sententia Gregor. s. Cupiditas, amor, odium, & timor. s. perdendi officium sicut in Iuda

¶ Doctrinam pro iudicibus optimā tradit sanctus Augu. & habetur. 2. q. 1. Primo semper ante omnia diligenter inquirete vt cum iustitia & charitate diffinitis, neminē condēnetis ante verū & iustū iudiciū, nullū iudicetis suspicionis arbitrio, sed primum

probat

probat  
quod  
do da  
ram a  
& ab  
liter f  
bita f  
fine p  
lutis  
sunt  
omn  
exalt  
rent  
ricul  
seuer  
re, q  
Et si  
hoc  
& tu  
bus  
faci  
dit I  
lere  
inqu  
acqu  
quod  
rit.  
cum  
qua  
tim  
indu

probate, & postea charitatiuā sententiā proferte & quòd vultis non vobis fieri, alteri facere nolite.

¶ Secunda est. Impœnitentia finalis & certitudo damnationis. Sicut difficillimè auari in vitam agunt pœnitentiam, quia sciunt confessionem & absolutionē nullā esse & eucharistiā se damnabiliter suscipere, nisi velint efficaciter & ad statim habita facultate iniustè detenta restituere, sic rarò in fine pœnitent. Cùm enim considerent ad statum salutis peruenire nō posse nisi aliena & iniusta (sicuti sunt communiter auarorū bona) restituant, & si ea omnia restituerēt filios & hēres in hoc seculo nō exaltarent, imo pauperes relinquerent, hoc abhorrentes, & per fidē non intelligentes statū suum periculosum potius deliberāt in peccato auaritiæ perseverare, & cum bonis iniustis ab hoc seculo migrare, quàm restituēdo hēres pauperes relinquare. Et si auarus quandoq; intendat restituere, rarissimè hoc vult nisi pro mortis articulo vel post mortem, & tunc restitutionē faciendā cōmittit suis hēribus vel executoribus, qui id minimè aut non debitè faciunt. ¶ Impœnitentia & auari obstinatio excēdit Iudæ obstinationē. Primò namq; Iudas de scelere perpetrato pœnituit, licet nō debito modo, ideo inquit Peccaui. Auarus verò nō pœnitet de iniustè acquisitis, imò dolet quòd modicū lucratus est, & quòd nō plures emendo & vendendo defraudaerit. ¶ Secundò Iudas suum peccatū confessus est, cùm ait Tradens sanguinē iustum. Auarus verò si quandoq; pœnitet cum Iuda, non tamē confitetur timens ne à confessore ad satisfactiōē cogatur vel inducatur. ¶ Tertiò Iudas restituit preciū, quòd re-

ceperat pro Christi prodicione & traditione, verum  
tamē nō meruit, quia nō requisivit saltē vt debet  
Auari verò nihil restituūt, vel si confiteantur tales  
quærunt simplicē confessorē qui parū eis iniungat  
ad restituendū, vel psuadet eis vt sibi det quod ad  
certis personis vel locis esset restituendū. Ideo  
consultū his qui verā volūt peragere pœnitentiam  
& integrā sufficientē atq; debitā facere restitutionem  
de bonis iniustis per eos acquisitis vel ab alijs re-  
ctis, vt sacerdotē quærāt prudentē exēplaris & san-  
ctæ vitæ qui seipsum & propriū commodū nō quæ-  
rat sed salutē animarum. Et melius est quod quis  
personaliter si cōmodè fieri possit, sin aut per alium  
fidelē amicū faciat restitutionē nō per quoslibet con-  
fessores, qui nōnunq̄ onus restituēdi veris dominis  
acceptant, sed bona sibi reseruant & in cōmessatio-  
nibus expendunt. ¶ Tertia est. Horribilitas mortis.  
Inter cætera peccata quę diuino iudicio ponuntur  
pijs finē per horribilē mortē, auaritia de principa-  
lioribus est, cū mirabilia & horrenda signa sæpe  
appareāt in decessu & agone auarorū præcipuè re-  
torū dominorū tēporaliū, qui iniuste subditos ex-  
coriarunt, & vsurariorū ratione derelictionis & de-  
speratiōis. Cū enim auarus per vsurā aut alio mo-  
do lucrari non cesset in quolibet tempore & festo  
beatæ Mariæ, ac aliorū sanctorū, meritò ergo non  
solum à Deo, verū etiā à virgine gloriosa q̄ regula-  
ter hominibus (præcipuè his qui seruitiū ei impē-  
runt) in agone assistit, ab angelis & ab omni beato-  
rum collegio iusto Dei iudicio in vltimo sine vitæ  
ita derelinqui meretur, quòd nec Deum habeat grati-  
tiæ donatorē, nec aliquē beatū inuenit gratiæ pro  
impē

impē  
ab eis  
ad in  
accid  
infe  
ctus  
nib  
quē  
qui  
pœn  
rum  
exto  
aufe  
riæ. T  
iam v  
¶ Mu  
forū  
an ve  
plori  
vt fer  
simil  
bus  
plis a  
mag  
¶ Q  
tes h  
¶ 7. f  
ad fin  
obd  
¶ S

impetratoré. Micheę. 3. Abscondet Deus faciē suam ab eis in die illo. s. extremo sicut nequiter fecerūt in adinuētionibus suis. ¶ Scđo ratione desperationis accidit auaro illa horribilitas mortis. Quando enim infelix peccator à Deo & tota cœlesti curia derelictus est, saltē per specialē assistentiā facilē est demōstratib<sup>9</sup> qui ibidē cū magna multitudine & fœtore frequēter apparēt in baratrū desperatiōis eū precipitare qui ostendūt peccatori auaro & cuilibet finaliter impenitenti multitudine, grauitatē, atq; fœditatē scelerum suorū, mīam Dei peruifaciūt, iustitiā & rigore extollūt. Iob. 24. Obliuiscetur illius misericordia, auferetur ab eo oīs spes fiducia. s. veniē, gratiē, & gloriā. Tunc ait illud Iob. 7. Desperauī & nequaquā ultra iam viuā. s. nec vita corporali, nec gratiē, nec gloriā. ¶ Multa horrenda legim<sup>9</sup> accidisse in morte diuersorū vsurariorū, simoniacorū & aliorū auarorū, quę an vera sint omnia, nouerit qui omnia nouit. Exemplorū enim nō requiritur veritas, sed exēpla ponim<sup>9</sup> vt sentiāt hi qui addiscūt & vt terreāt audientes ne similia imitētur. Ideo exēplis inscriptis & sermonibus nō afficior, sed omitto & his relinquo qui exemplis atq; nouitatibus gaudent, & nonnunquam eis magis quām veritati student & afficiuntur.

¶ Quatuor sunt inducētes homines ad Auaritiā. { Penurię formido,  
Senectutis oppressio,  
Alieni boni inuidia,  
Filiorum inopiā.

¶ 7. sunt filię auaritię. Fraus q̄tū ad res. Fallacia q̄tū ad simplex verbū, p̄ditio, piuria, inquietudo, violētia obduratio cōtra mīam, de quib<sup>9</sup> vidē Tho. vbi sup.

¶ *Secunda pars de confessione auaritię & iniustitię.*

Circa



**C**irca peccatū auaritię confiteor septimo meo-  
pam. Nimis sollicitus fui & cupidus circa di-  
tias & bona terrena, ea inordinatē appetendo, ac-  
rendo, & possidendo, quæ est triplex auaritia con-  
muniter regnans in omni statu, tam ecclesiastica  
seculari. ¶ In tantū & tam sollicitē laboraui pro  
uitijs accumulādis, & cor in eis adeo apposui, quæ  
suffocarunt ferè oculum rationis, ita quòd prope  
illā nimia curam, & terrenorum tenacitatē, cupi-  
tatem & occupationem vix quietē comedere  
dormire potui, & sic naturam notabiliter per-  
læsi & vitam abbreviaui. Semper in timore & an-  
tate nimia fui thesaurum meum siue canē mutum  
in cista vinculatum perdendi quē mecū detuli quocunq;  
ibam, nemini confidere audebam, vel in ter-  
ram aut murū fodi quasi semper victurus essem.

*¶ De Ecclesiasticis & simoniacis.*

**I**n patrimonio Christi beneficijs pinguib<sup>9</sup>, bonis  
ecclesiæ & pauperū accumulandis nimia intē-  
fui, saccus beneficiorū nunq̄ repletus fuit, vbi non  
rim quā plures idoneos egentes, nihilominus  
postpositis, & per me impeditis siue frustratis de-  
uersis ecclesijs, præbendis, beneficijs, & dignita-  
bus mihi prouideri sollicitaui, & habeo. 20. vel  
beneficia pinguia, curā etiam animarum ac mag-  
onera annexa habentia, attamē vix idoneus fui  
vnicū simplex beneficiū: vndē qui sic vel alio mo-  
vltra idoneitatē & exigentiā decentis status iura  
qualitatē & conditionē personæ bona pauperū  
crucifixi coaceruat & thesaurisat, districtā Deo  
diturus est rationē, & ea restituere tenetur si  
ciū & onus sibi incumbēs non expleat. Itē diuer-

practi

practicas & nouas adinventiones in beneficialibus  
 quesui, & eis minus honestè vsus sum, & simoniacè  
 mihi de quibusdā prouisum est per preces armatas,  
 fauores, & munera, quasdā dignitates ac beneficia  
 obtinui, & in eis ac eorundē possessiōe violēter in-  
 trusus fui, ad quæ tam idoneus nō fui, aut onus de-  
 bitū & officiū non exolui: vndè triplex quæstio fiet  
 talibus prælatis & alijs beneficiatis atq; ecclesiasticis  
 simoniacè in ecclesiā Dei intrantibus & intrusis &  
 scandalosè viuentibus præcipuè in die iudicij parti-  
 cularis & vniuersalis, quas ponit Hugo Card. super  
 illo verbo. Amice quomodo huc intrasti non habēs  
 vestē nupt. Matth. 22. ¶ Prima quæstio. O homo, ò  
 praelate & beneficiate, quomodo in hanc prælatio-  
 nem intrasti? .i. q̄s introduxit te, nūmus vel Deus  
 & ad quid ad onus vel ad honores, & per quā portā  
 siue ostiū, quia ego sum ostiū, Ioan. 10. Et bene scirē  
 si per me transisses. At ille obmutescet, quia non  
 cogitauerat de ista quæstione respondere in tantis  
 scolis non prouisus. ¶ Secunda, quomodo vixisti  
 sicut Episcopus vel sicut rustic⁹, aut sicut homo, vel  
 sicut equ⁹, sicut pastor vel sicut pec⁹: hāc quæstionē  
 virtualiter recitat, Esa. 22. ca. Quid tu hic aut quasi  
 quis hic, Zacha. 11. O pastor & idolū derelinquens  
 gregē vel potius ò pastus. ¶ Tertia, quomodo re-  
 xisti, in quib⁹ pascuis pauisti gregē meū, quomodo  
 à lupis & latronibus custodisti, quantas vigilias &  
 labores pro grege meo subijsti. Ezechi. 34. væ pasto-  
 ribus Israël qui pascebant semetipsos, nōne greges  
 à pastoribus pascuntur, lac comedebatis, & lanis  
 operiebamini & quòd crassum est occidebatis, &c.  
 Has tres quæstiones etiā habemus Iudicum. 18. vbi  
 explo

exploratores de Dá dicūt sacerdoti Miche. Quid  
huc adduxit: qđ hic agis: qđ ob causam huc veni-  
luisti: Responſio harū quæſtionū ſatis cōpetit  
latis noſtri tēporis: hoc & hoc præſtitit mihi Miche  
& mercede me conduxit vt ſim ei ſacerdos. Par-  
nim gratis hodie Deo ſeruiunt in prælatione. Hugo. ¶  
Præterea peccaui viſitādo eccleſiā & ſolū  
ſolū aut principaliter ppter diſtributiōes, quæ  
pingues erāt diſtributiōes & vigilię iui: quādo  
tenuēs manſi domi in lecto quieſcendo, aut in  
ſa cōmeſſando, ludendo, ambulando. ¶ Celebra-  
prædicauī, audiui confeſſiones, & alia ſacrame-  
minitraui cum pacto & propoſito recipiendi  
denariū, aut ſaltē principalis intētio magis fuit  
commodū temporale quā ſpirituale. ¶ Vix  
neus ſum vt meipſum & meos debitē regere  
ſollicitauī nihilomin⁹ diuerſis vijs pro cura anim-  
rum, & magnis officijs atq; dignitatibus obtinē-  
& non vnica cura contentus fui, ſed plures obtinē-  
per diſpenſationē aut diſſipationem. ¶ In nulla  
rarū mearū reſideo perſonaliter, nec oues meas  
vel ter in anno viſitare curauī ſeminando eis ver-  
Dei, confeſſiones audiendo, vitia & defectus  
curati ac aliorum ſubditorum in cura mea regna-  
tia corrigendo: hæc tamen bonus & fidelis paſtor  
(ex rationali cauſa abſens à cura ſua) meritō  
deberet: ſatis fuit mihi recipere lanam, vtrum oues  
impinguebantur, deficiebant, vel à lupis comē-  
bantur minimē curauī, quia paſtores ſiue vicecur-  
tos plus offerentes ibidem conſtitui indoctos, con-  
cubinarios, ebriofos, & perditis moribus ſubdi-  
ſcandalifantes, quales prochdolor plurimi in pag-

etiam  
tur, &  
tes.  
tum,  
poſſi-  
curas  
ne die  
cepi,  
Dei a  
ram  
legij  
noſtr  
licet  
rarum  
anim  
certo  
idon  
ſpon  
tion  
lume  
aliun  
quor  
tum  
ra re  
dece  
ſubſt  
aut a  
equo  
nera  
ea in  
quor  
nefic

etiam

etiam nonnunquam in oppidis maioribus reperuntur, & in culpa principaliter sunt curati veri absentes. ¶ Item abbas existens & tendens ad episcopatum, tandem ad cardinalatum, & ut statum augere possem procuravi mihi plures abbatias, episcopatus, curas ac alias dignitates quas habui in commendis, ne dicam in comedendis, quia fructus comedi & recepi, sed nullam aut minimam utilitatem in ecclesia Dei attuli, ex quo indoctus & non satis idoneus fueram. ¶ Decanus vel principale membrum alicuius collegij existens sollicitavi, & impetraui diuersas curas nostro capitulo incorporari, & sic quilibet nostrum licet curam animarum habuerit fructus illarum curarum recipiendo & bursas replendo non tamen animas illas impinguando neque saluando quia sub certo denario annuo cuidam simpliciano & minimè idoneo curam talem commisimus, qui nobis respondere debuit de omnibus fructibus curæ, oblationibus, decimis, & cæteris quibuscunque emolumentis, vel sub tali conditione & pacto eum vel alium non magis dignum tali curæ prætulimus, ut quotannis nobis respondere deberet, & dare centum ducatos vel aliam certam summam ex illa cura residuum sibi reseruando, quod adhuc minus decet quàm primum quando indignus siue inidoneus substituitur. ¶ Insuper principibus, abbatibus, aut alijs patronis præsentatoribus & collatoribus, equos, boues, mutones, diuersas propinas & munera dedi, & seruitium multis annis principaliter ea intentione illis impendi, vel aliquid aliud feci, quod est pecunia estimabile, ut mihi vel meis de beneficio aliquo prouiderent hoc simoniacum est.

¶ Multis

¶ Multis annis obtinui curam vel aliud simplex beneficiū, eiusq; fructibus gauisus sum, vbi tamē intēbam tandē ipsum dimittere, & ad statū seculari transferre, postq̄ ad aliquot annos fructus illius beneficij recepissē, & tūc teneor omnes illos sic fraudulenter receptos restituere. Similiter iniuste possidet & tenetur restituere fructus, qui horas canonicas, missas, aut aliud officiū beneficio annexū debitū non persoluit. Item suscipiens ordinē aliquē sub ficto vel falso titulo, suspenditur ab executione ordinis & tenetur restituere fructus. De his & similibus quæ concernunt beneficiatos, & restitutionem fructuū ponā aliquot propositiones & regulas in cap. 19. ¶ Item obligatus ad missam dicendam anniuersariū vel tricenariū specialiter pro quibusuis uiuis aut defunctis acceptaui, nihilominus ab alia pecuniā qui specialiter petebāt sibi vel suis sacrificij missæ in satisfactionē applicari, quod verisimile constare potest, quamuis non semper expresse dicitur ex quantitate dati & qualitate personarū dantiū. enim Louanij quis det sacerdoti capellano duos stuferos vel circiter vt celebret pro eo vel aliquo amico defuncto, verisimile est quòd missam specialiter pro se vel alio velit fieri, & sic talis sacerdos potest illos duos stuferos recipere nec retinere aliās tunc sit ad missam obligatus. Similiter iudicandum est de sacerdotibus & canonicis acceptantibus multa tricenaria vel anniuersaria, quæ frequenter omnia expediunt sub vno Per dominum.

¶ *De Auaritia secularium.* ¶ *De parentibus.*

**A** Deo intentus & sollicitus fui ad thesaurificandum pro prolibus & hæredibus, & vt eis multas po-

fem  
atque  
quod  
ore v  
stè,  
annis  
stitut  
fatis e  
uitiæ  
cuti q  
cunt.  
10. ve  
ætern  
verbi  
acqui  
nectu

**Q**  
fariæ  
idcirco  
excus  
etiam  
& pro  
bus b  
Vel si  
cutio  
omni  
Sed h  
uert  
uitiæ  
aures

sem relinquere diuitias & exaltare in hoc seculo, atque ad magna officia & dignitates promouere, quòd ex hoc Deū & mandata eius neglexi, & dixi ore vel corde. Sit per phas vel nephas, iustè vel iniustè, prouidebo mihi & prolibus meis, præcipuè his annis quibus in hoc officio vel administratione constitutus sum, quod officiū & occupatio periculosum fatis est & coinquatum, sicut plerunq; omnes diuitiæ. Qui enim tãgit picem inquinabitur ab ea. Sicuti quidam auari excæcati stercore diuitiarum dicunt. Isto tempore volo emancipare animã meã ad 10. vel 12. annos, siue alienare à regno cœlesti atque æternis diuitijs & ponere supra sepem, hoc est alijs verbis, tradere eam ad manus diaboli pro diuitijs acquirendis, & prouidere mihi atq; meis, pro se-nectute & futuris iniurijs, &c.

*¶ Palliatio auaritiæ.*

**Q**uidam parentes palliant & tegunt suam auaritiã sub nomine & specie cuiusdam necessariae aut utilis prouisionis pro suis prolibus. Nullã idcirco facientes elemosynam, nec opera pietatis, se excusantes quia multas habèt proles, & sic nullum etiam testamentum condūt aut parum ad pios vsus & pro refrigerio animarū ipsorū & parētum à quibus bona pro maiori parte receperunt relinquunt. Vel si aliqua testamentaliter relinquere velint executionem solūm fieri volunt post eorum mortem omnia committentes suis prolibus & hæredibus. Sed hi insipienter & valde inconsultè agunt nō aduertentes quòd regulariter plus relictæ amantur diuitiæ q̄ defunctorū animæ, & eorū memoria transit aures proliū cum sonitu, quæ occasione multarum

diuitiarum à parentibus eis relictarum frequenter ocio torpent, studere, mercari, aut aliud officiũ vel opus mechanicum exercere non curant aut dedignantur, dicentes se satis diuites, & vix vnum Miserere, aut Pater noster, pro animabus legunt. Surda enim sunt aures superstitum, inquit Hier. ad voces de pœnis clamantium, Misere mini mei Misere mini mei, saltem vos proles & amici mei, quia manus domini tetigit me. Et idẽ sup. Lu. De substantia quam habemus nullus fidelior dispensator q̃ nos ipsi, dum ergo facultas suppetit & tempus habemus quæ nostræ sunt sollicitè tribuamus. Memores simus quòd quidam Sapiens ait. Munera quæ dat moriens munerera vera nõ sunt. Iuxta illud. Da tua dum tua sunt, post mortem tunc tua non sunt. Candela enim suæ tax hominẽ præcedẽs clarè illuminat nõ subsequẽs, quòd ergo voluerit habere quis in patria æterna, præparet sibi quousque dum moratur in hac præsentia vita, quia quæ hic recondit in manu pauperis, illuc inueniet in præsentia diuinæ maiestatis. ¶ Doctrina salubris ergo datur ab Aug. li. de dif. Christi. ¶ Quòd parentes plures habẽtes proles & hæredes disponant in vita & testamentaliter ordinent Deũ vnum inter illos filios, si nouem habeant sit Deus decimus. Si namq; Deus vnã ex illis de medio auferat & ipse in loco eius constituatur, cæteri nõ minus habituri sunt quàm antea. Et ratiõẽ istius vnus hæredis Dei. s. plus refrigerij anima in purgatorio & plus gaudij in cœlo percipiet q̃ ratiõẽ oĩm aliorũ.

¶ *Affectio Pecuniæ.*

**N**imis semper afficior bonis istis terrenis, auro, argẽto, & magno thesauro. Sõnio die ac nocte de pe  
de pe

de pecunia accumulanda. Si quem denarium viderim aut sciuerim pulchrum, electum & in pondere excedentem, repono eum ad carceres perpetuos ut confortet ibi fratres suos ubi infra multos annos neque solis neque lunę illuminabitur lumine. Item aliquotiens ad duas vel tres horas occupatus fui computando & cum gaudio quodam & affectione nimia thesaurum meum & vulpes rubeas reuoluendo & inspiciendo & per hoc diuinum officium frequenter pretermisi & tempus inutiliter deduxi.

*Omissio elemosynę.*

**D**iuitijs & rebus caducis adeo cor meum adhæsit quod eas relinquere aut exponere nequii, aut cum maxima poenaltate & displicentia denarium ter vel quater versi antequam per manus transiret quibus tanquam pix adhæsit, Nec inde pauperibus & egenis subueni eisque non compassus sum, sed cum indignatione eos clamantes & per elemosyna rogantes reppuli. ¶ Item tempore pestis, caristie, & maximi frigoris, noui plures in extrema, arcta, vel notabili necessitate constitutos, precipue pauperes, domesticos mendicare erubescetes aut impotentes laborare, pro libus grauatos quibus tamen temporalem substantiam meam & superflua vitam & statui meo eis non ministraui, nec eorum indigentibus subuenire curauim, sed fame, nuditate, frigore ac alia inedia perire permisi. Frumentum & blada in maxima copia accumulauim, & ea a vermibus edi & destitui potius permisi quam pauperibus distribuim. Similiter & cibaria postquam feteret & panis muscidus esset, tunc primum ea distribuim. ¶ Elemosynas recipi sine egestate ut meis parcerem, & sic veris egenis eas fraudulenter subtraxi, vel simulauim me pauperem aut sanctum, & sic sub specie ac colore paupertatis vel



sanctitatis elemosynas recepi, quas restituere te-  
neor alijs veris pauperibus, si dantes intuitu pau-  
pertatis vel sanctitatis principaliter dederunt alijs  
non daturi. Pastoribus meis & ecclesiæ prælatis  
decimas & iura debita non solui, nec in quatuor  
festis principalioribus denarium argenteum vel a-  
lias oblationes iuxta antiquam consuetudinem eis  
debitas exolui. Quando etiam sciui aliquos præla-  
tos superiores meos occultam pati penuriam, adeo  
quòd confusibiliter statū eis iuxta qualitatem & do-  
ctrinæ eminentiam conueniētem dimittere aut di-  
minuere debuerunt, eis manus adiutrices de meis  
superfluis non porrexī. Hoc tamen quilibet, præci-  
puè subditi talis episcopi, curati, vel alterius condi-  
tionis prælati facere tenentur.

*¶ De ludis taxillorum.*

**I**Tem nimium affectus & deditus fui ludo taxillo-  
rum & alijs fortuitis ludis ac minus decentibus  
quandoq; per integras noctes ludendo causa auari-  
tiæ & fraudes ludendo commisi, & tunc certum est  
quòd sic per fraudes & iniustè lucrātū est restitu-  
tioni obnoxium, seclusa aut fraude & iniustitia an lu-  
crum & pecunia ex ludo taxillorum proueniēs res-  
titui debeat vel nō de hoc est diuersitas & dubium  
doctorū. Alexand. de Hales parte. 4. q. 89. memb. 3.  
art. 6, dicit quòd aleatores nisi fraudes immisceāt in  
ludis suis nō tenētur districtio iure ad restitutionē.  
Pactum enim interuenit inter partes quod vtrique  
parti placet & obligatio condicti: vndè secundū pa-  
ctum illud & obligatione cōdicti, nec ille qui amisit  
de iure potest repetere, nec ille qui lucratus est te-  
netur restituere: vndè vterq; ludentium contentus  
est

est quòd pecunia in ludo deposita vel pro qua luditur, licet realiter non sit ibi deposita, sit alterius eorum. s. lucrantis. Et quòd antiqua iura iubēt illa restitui & concedunt actionē repetendi, videtur magis esse quasi satisfactio quædam pro peccato quàm obligatio ad restitutionem. Et intelligendū est illud quando quis lucratur ab eo qui dominium habet atq; proprietatem illorum bonorū & quæ alienare potest. In hoc enim omnes conueniunt quòd lucratum est restitutioni obnoxium quando perdēs non habuit facultatē transferendi. Et sic à talibus etiam donatum est restituendum. Hij autem qui sua alienare non possunt sunt filius familias, serui, furiosi, minorenes, prodigi, pusilli, surdi, muti, cæci, perpetuo morbo languidi, quibus quia rebus suis preesse non possunt dandi sunt tutores vel curatores secundū iura. Religiosi, vxores quantū ad res mariti vel suę dispensationi non commissas. Clerici & administratores ecclesię quantum ad res ecclesię quarum solūm habent administrationē nō dominium. Huius opinionis etiā videtur esse Adrianus. 6. Bonauentura in. 4. dist. 15. tenet contrariam opinionem videlicet quòd lucrans ludo alearum tenetur de necessitate salutis restituere vel in pios vsus conuertere, quoniā ludus ille contra Deum est turpis, & utroq; iure reprobatus, & propter hoc nullus per ludum talem titulus acquiritur, nec sic acquisitum bona fide possidetur. Hanc opinionem sequuntur Hostien. Ray. & plures canonistæ. Et mouēt ex hoc quia non solūm alearū ludus prohibitus est, sed etiam acquisitio lucri per talē ludū, quia constitutio græca in Auten. Alearum vsus concedit repetitionē

vsq; ad .50. annos: sed non potest repeti secundum  
ius ab aliquo quod ille non tenetur dare vel restituere.  
Propter ergo periculū quia tam solēnes doctores  
hanc partē tenēt, consulendū est à cōfessoribus illis  
aleatoribus (qui tamen rarò illo lucro ditari solēt) vt  
restituāt vel saltē largas faciāt elemosynas, non est  
tamē rigorosē eis prædicandū vel dicēdū quasi esset  
simpliciter de necessitate salutis. Licet enim hæc se-  
cūda opio nio sit secūra, credo tamē primā esse verā.

*¶ De prolibus & hæredibus.*

**A** Deò affectus & inclinatus fui ad diuitias abūdē  
acquirendas, quòd florē iuuentutis tempus stu-  
dij & quo Deo seruire meritò debuissē, magis in  
eis quā in scientijs & virtutibus acquirendis de-  
duxi. Et licet ad magnū & eminentē statū supra pa-  
rentes fuerim prouectus, eis tamen indigētibus nō  
subueni, sed multis modis hoc mandatum de hono-  
randis parentibus & superioribus transgressus sum,  
eis contumeliam & irreuerentiā & nō amorem atq;  
subuentionem filialē exhibendo. ¶ Optaui pluries  
mortē parentū & de eorū morte gauisus fui spe re-  
cipiendi hæreditatē, & post eorū obitū anteq̃ vix trā-  
diei essent ecclesiasticæ sepulturæ omnes cistas ape-  
rui & rapui hinc inde vbi potui secretē, non partici-  
pando fratribus, sororibus, alijsq; veris hæredibus  
secundū ratam. Præterea propter tenacitatē & inor-  
dinatū affectū atq; amorē diuitiarū nō solui credito-  
ribus meis, nec parentū defunctorū quorum hæres  
vel executor fui: vel testamentarias executiones  
quas spe lucri acceptaui nimis distuli vtendo pecu-  
nia in mercantijs vel alio modo ad quæstum & com-  
modum meum. Et sic vel alio modo causa fui quòd  
animæ

animæ in acerrima purgatorij pœna ad multos annos tantò diutius permanere & puniri debuerunt. Item defuncto primo marito ad statim alteri nupsi prouectæ ætatis & non paris mecum conditionis aut status sciens eum pecuniosum, nec debita prioris mariti (cuius tamen hæreditatem accepi) exolui, eiusq; vltimam voluntatem minimè expleui, neque etiam prolibus ex priori marito de iure vel consuetudine loci eius debita exoluere volui. ¶ Insuper in matrimonio contrahendo pro me vel meis aut in sponsalibus extuli plus debitò progeniem, prudentiam, mores, facultates, atq; diuitias: multa promittendo quæ minimè seruaui quo ad redditus & alia bona mobilia & immobilia.

¶ *De his qui bonis suis vti non audent.*

**C**onfiteor me reū quaten<sup>o</sup> tam miseri animi fuerim & auari cordis, quòd diuitijs mihi satis abundè à Deo & parentibus relictis vti formidabam, timens semper tandem mihi terram deficere posse & diuitiæ magis me possidebant q̄ ego eas. ¶ Item tam vili habitu vsus sum semper contra decentiam status, non ex humilitate sed tenacitate vix audens formare vestè bonā decentem, vel formatā vix ter vel quater in anno indui, timens eam facilè fore detritam. ¶ Esuriem, frigora, nuditates, & plures calamitates perpeffus sum timens expendere pecuniam. ¶ Desideraui furta, bella, pestes, caristiam, & diminutionem quarundam mercium, sperans tunc ditari abundè, sicut quidam tempore pestis & belli ditari solent, vel per mortem parentum vel emendo bona rapta vili precio, aut in testamentis pro se sollicitando, & cætera.

*¶ De principibus, magistratibus, & gubernatoribus. De peculatu, &c.*

**P**Lurimas, insolitas, diuersas, iniustas exactiões à patria & subditis extorsi, & crimē peculatus feci, committendo. .i. furtum in republica. Et committitur hoc crimen peculatus diuersis modis. ¶ Primò, quando res debita communitati retinetur & nō soluitur, & est longè grauius peccatum quàm simplex furtum: vndè. i. Ethi. dicit philosophorū maximus ille Aristo. Bonū quantò cōmunius tantò diuinius. Bonū ergo vniuersale semp preponderat & est magis eligendū quàm particulare. Qui enim vtilitatem affert reipublicæ spiritualē vel temporalem, longè plus meretur apud Deum & homines quàm is qui solū priuatū cōmodū & particulare bonū querit. In casu ergo tantū vel plus posset quis mereri contribuendo ad fortificationē oppidi, reparationem murorum, sicuti ad constructionē ecclesiæ vel monasterij, videlicet si facit tali intentione, ne oppidū ab inimicis deuastratur & vt populus in pace Deo fideliter seruiat, vt impediatur sacrilegia, deflorationes, latrocinia, &c. horrenda scelera quæ communiter in bello & in inuasiōe & deuastratione oppidi accidunt, sicut nostro quo experientia docuit. Item vt monasteria & ecclesiæ non deuastrantur, &c. Et ideo in communitate & oppidis meritò tales burgi magistri & magistratus semper eligendi & præferēdi sunt, qui commune bonū, fortificationē patrię atq; oppidorū, pacem & tranquillitatē querunt magis quàm commodū particulare. ¶ Secundò peccat hoc crimine peculatus nō soluentes pedagia & thesionia debita aut communem licitam exactiōē pro  
neces-

necessitate principis vel patriæ diminutæ soluunt.

¶ Tertiò redditus cõmunitati debitos vi vel fraude detinent. Item qui dominis suis retinent sensus annuales. Itẽ qui bona feudalia tanq̃ propria retinẽt. Item retinẽtes rem præscriptã q̃ possidẽt mala fide. Item retinentes oblationes & decimas, &cæt. Item auferendo bona mobilia vel immobilia à cõmunitate vel quouis alio modo cõmunitatem & rempub. iniuste ledendo. Qui enim hoc crimẽ committunt tenentur pro viribus omni medio possibili damnum reipub. eorũ culpa illatum reparare, aliàs nemo confessorũ audeat tales absoluere, quia absolutio nulla esset sed cum peccato fieret.

¶ *Crimen concussionis.*

**H**Oc peccatum concussionis etiam multipliciter committitur. ¶ Primò & generaliter tunc committitur cùm quis in aliquo officio constitutus extorquet præter stipendiũ suũ, aliud per metum vel alio illicito medio à subditis vel exteris. Secundò, quando rennuit facere aut non tẽpestiuè vel debito modo exequitur ad quod ratione officij vel stipẽdij sui tenetur nisi noua sibi detur pecunia. ¶ Tertiò, cùm aliquis officialis vel iudex, miles vel capitaneus ultra sibi constituta stipendia extorquet alia. Sicut quidam duces belli recipiunt pecuniam ad intertenendum (pro defensione patriæ) mille armigeros & solũm. 500. acceptant quibus stipendium dant vel diminutum, quare in culpa sunt & causa quòd miseri villani ab eis opprimuntur & excoriantur, & nonnunq̃ à talibus militibus qui amici tamen dicuntur plures violẽtiæ, rapinæ, molestiæ, & exactiones miseris inferuntur (secluso incendio & captiuitate)

quàm ab æmulis notorijs: vndè Ioan. Bap. dixit mi-  
litibus. Estote contenti stipendijs vestris, neminem  
concutientes. Lu. 3. Neminè cōcutiatis neq; calum-  
niã faciatis, &c. Hoc crimè cōmuniter committunt  
plures iniusti receptores patriarū, principū, abbatū  
monasteriorū qui nolūt satisfacere creditoribus sui  
domini nisi excutiant aliqua dona, vel propinas, vel  
alij remittant partē debiti. Insuper doctores suffi-  
cienter stipendiati ad certas lectiones faciēdas quas  
facere recusant nisi à scolasticis & eas audientibus  
nouā receperint pecuniã. Similiter medici, chyrur-  
gici, qui stipendio cōpetenti cōducti, & recepti sunt  
vt gratis vel sine noua pecuniæ datione quibusdam  
egentibus & miserijs in hospitalibus vel alijs locis  
cōmunitatis subuenire debeant eos visitare, medi-  
cinalia ministrare & sic de alijs quæ minimè facere  
curāt nisi parentes etiã contribuāt eis. ¶ Præterea  
in quolibet statu in cōmunitatibus, in artibus me-  
chanicis, in officijs publicis multifariè committitur  
hoc vitiū concussionis. Et qui hoc vitiū infecti fue-  
rint etiam verè absolui nō possunt, neq; condignam  
peragere pœnitentiã, nisi toto conamine quantum  
in eis est studeant per eos lesis satisfacere & dānum  
atq; interesse refarcire. Itē peccaui, quia priuilegia,  
iurisdictionē & libertatē ecclesiasticã impediui aut  
impedire feci, eis & eorū bonis exactiones indebi-  
tas imposui. ¶ Pecunias multas & contributiones  
recepi pro reparatione murorū, aggerum, & viarū  
pro defensione patriæ quā tenaciter retinui, & in  
proprijs vsus conuertii. ¶ Item non tutaui vias pu-  
blicas, neq; patriã purgaui à latronibus, furibus, &  
maleficis eos capiendo & iustitiam exequendo. Et  
si quos

si quos dignos morte in captiuitate detinui inutiles  
 & nociuos reipublicæ, corruptus muneribus vel af-  
 fectionibus eos liberaui. Minores fures in patibulo  
 suspendi, maiores autē in bursa. ¶ Dyogenes dum  
 quadam vice accumulatum risum emitteret, inter-  
 rogatus de causa risus respondit, quia video paruos  
 fures per maiores fures ad suspendium duci. ¶ Pre-  
 terea eorū bona qui naufragiū vel incendium passi  
 sunt, & quorū hæredes sciuntur in mari vel littore  
 reperta violenter rapui quod iniustū est. ¶ Ab vsu-  
 rarijs iudæis & christianis recepi quotannis certam  
 pecuniæ quotā eos in terris & patria mea admittē-  
 do, & taliter recepta sunt restitutioni obnoxia sicuti  
 & cætera præcedētia: vndē principes vel alij quiuis  
 domini spirituales vel tēporales cōcedentes iudæis  
 vt possint exercere vsuras in terra christianorum,  
 & qui concedunt eis domos vel locant, & facientes  
 conuentiones cum eis super vsuris exercendis pec-  
 cant mortaliter & sunt excommunicati. Tales  
 enim nedum consentiunt imò cooperantur vsura-  
 riæ prauitati exercendæ.

*¶ Imponentes aut exigentes ab ecclesiasticis exactiones.*

**D**omini temporales ac quiuis alij impediētes  
 libertatem ecclesiasticam exigentes thelonea,  
 pedagia, gabellas, talleas, præstantias, aut quascunq;  
 alias (quocunq; nomine baptizentur) exactiones in-  
 debitas grauiter peccāt & excommunicati sunt, nisi  
 cessauerint ab huiusmodi exactionibus postquam  
 fuerint moniti. Ex. de immu. eccle. c. Aduersus, & c.  
 Non minus. Et vt dicit glos. in cap. Nouerit de sen.  
 excom. Qui contra ecclesiæ libertatem venire  
 nituntur



nituntur sunt ipso iure excōmunicati . Et tales exi-  
gentes & imponentes tenentur ad restitutionem,  
maximè si exigāt ab ecclesiasticis vel clericis ratioe  
bonorū spiritualiū vel aliorū quę adduci faciunt nō  
causa negociādi. Et nō interueniēte autoritate sedis  
apostolicę, neq; subsistente necessitate, iustis etiam  
causis & pregnantibus motiuis deficientibus. Sicut  
quidā domini & retores qui clero & ecclesiasticis  
minus bene afficiuntur semper contra eos molliuntur,  
grauant, opprimunt & insequuntur, detrahūt,  
& nullā eis reuerentiā atq; honorem debitum im-  
pendunt. ¶ Videant ergo confessores & consiliarij  
pręcipuè regū, dominorū, & gubernatorū patrię,  
ne faciles sint talibus, applausu quodā timore vel cu-  
piditate condescendendo, manus imponēdo & ab-  
soluendo, vndè tenentur hęc & similia principibus  
& eorū dominis quos in his vel in alijs criminibus  
culpabiles nouerint, de quibus fortè ipsi nullā aut mi-  
nimam faciunt conscientiam innotescere & desuper  
eos auisare & non absoluere, nisi desistere velint ab  
huiusmodi illicitis, atq; parati animi sint cum effe-  
ctu omnia damna eorū culpa & negligentia illata re-  
stituere, quę per oppressiones atq; iniustas exactio-  
nes spiritualiū & temporalium in bellis etiam vel alijs  
eorū occasiōe atq; patrocinio iniustè illata sunt, prę-  
cipuè ecclesiasticis, pupillis, viduis, & alijs innocen-  
tibus, quorum principes & patriarum gubernato-  
res meritò defensores nō oppressores esse deberēt.  
Aduertant tales peruersi principes, pręlati, & iudi-  
ces horribilem sententiā eis in die iudicij futuram.  
Discedite à me maledicti. Iudicium enim durissimū  
fiet his qui taliter pręsumunt. Cū essetis (inquit sapiēs  
Sapien.

Sapient. 6. ministri regis nō rectē iudicastis neq; custodistis legē iustitiæ, neq; secundū voluntatē Dei ambulastis, horrendē & citō appropinquabit vobis sup. iudiciū & damnatio, qui alios opprimendo & iudicādo condēnastis. In confirmatione dictorum adduco Panor. in dicto ca. Aduersus. & in c. Nouerit de sen. excom. dicentem. Quatenus dātes cōsilia ad hęc grauamina clericis inferenda si moniti non reuocauerint sunt excōmunicati. Similiter statuentes, scribentes, dictantes, aut seruare faciētes statuta contra libertatem ecclesiasticam ligantur eadem pœna. Officiales verō & consiliarij tunc ligantur, quando ea scientes seruauerint, vel vt seruarentur operam dederunt, aut cū possent ea delere non fecerunt nec officio renunciauerunt. In eandem cadit sententiam quōd habetur. 16. q. 1. in canonibus vbi dicitur. Generaliter quicumq; res ecclesiæ confiscare aut competere vel peruadere periculosa sua infestatione presumpserit. Similiter & hi qui res ecclesiæ iussū, vel largitione principū, vel quorundā potentum, aut quadam inuassione vel tyrannica potestate tenuerint & filijs vel heredibus suis (vt à quibusdā iam factū audiui⁹) quasi hæreditarias reliquerint, nisi citō res Dei admoniti à pōtifice agnita veritate reddiderint pperuō anathemate feriantur.

*Quomodo se seculares habere debeant erga sacerdotes & ecclesiasticos.*

**S**Tatus sacerdotalis à laicis & secularibus in magna reuerētia haberi debet, qui sacerdotes colere, iudicare & habere debēt vt Dei ministros eiusq; sacramentorum executores & dispensatores. Sunt enim teste apost. 1. Corin. 4. Dispensatores ministrorum

riorū Dei, quia mediatores inter Deū & populū  
sicut dispēsator domus inter domū & familiā, & si-  
cut testator alicuius testamēti in extremis pro ex-  
ecutione diligenti testamēti eligit fidelissimos am-  
icos eius quos nouerit. Ita Christus in vltima eera  
quando nobis omnibus hoc præciosum corporis &  
sanguinis sui benedicti testamētū reliquit, præle-  
git ecclesiasticos siue sacerdotes tanquā illius sacra-  
menti & aliorū executores quando etiā apostolos  
sacerdotes ordinauit, eisq; ac omnibus alijs sacerdo-  
tibus plura cōmisit & maiorē dedit potestātē quam  
virgini Mariæ & omnibus angelis in sacramentorū  
consecratione & dispensatione. Cū itaq; videmus  
summā fieri reuerentiā & obedientiam principi vel  
domino alicui mortali temporali quātō maior me-  
ritō honor, timor, reuerentia, atq; cum omni humi-  
litate subiectio exhiberi deberet statui ecclesiastico  
sacerdotali qui omnē statū huiusmodi lōgē antecel-  
lit. Sed prohdolor perniciofa sacerdotū vita reddit  
statū eorū nonnunq̄ laicis contemptibilem, quæ ta-  
men eos mouere non debet ad sacerdotū contem-  
ptum vel vitę illorū imitationē, iuxta doctrinam sal-  
uatoris. Matth. 23. Omnia quæcunq; dixerint vobis  
seruate & facite, secundū opera verò eorū nolite fa-  
cere, dicunt enim & non faciunt. Amant enim pri-  
mos recubitus in cœnis, & primas cathedras in sy-  
nagogis, & salutationes in foro, & vocari ab homi-  
nibus rabbi: vndē dicit Gre. & habetur. 1. q. 1. Multi-  
dum plus vitā sacerdotū q̄ suā discutiant, in erroris  
foveā dilabuntur minus considerātes, quod nō eos  
vita sacerdotū læderet si bonis sacerdotū admonitio-  
nibus aurē accōmodarent. Ex dictis dilucidē con-  
stare

stare videtur eos grauius peccare qui statū ecclesiasticū atq; sacerdotes nihil estimāt, vilipendūt, opprimūt, detrahūt, ac bona eorū diripiūt. Oīs enim iniuria ipsis illata Christo summo sacerdoti & pontifici Dei iudicio cēsetur illata. Quoties enim ipsi sacerdoti detrahis, toties capiti Christi coronā ipineā imponis, quā sacerdos est caput ecclesię militat̄is quotiēs ipsi cōiiciaris, in faciē Christi spuis: quādo sacerdotē ledis, Christū clauis cōfodis. Dathā & Abyrō viui absorpti sunt, eo quōd in sacerdotes insultarūt & ignē alienū obtulerūt. Nonnunq̄ à Deo plagis diuersis percutiūtur qui sacerdotes exosos habēt & persequūtur. Videm⁹ dominorū secretarios & cubicularios q̄bus domini eorū occulta pandūt in magna estimatiōe apud eos, maximaq; reuerētia haberi apud subditos dominorū: eō magis ergo sacerdotes quos Christ⁹ in vltima cēna suos secretarios effecit venerari debes q̄bus oīa cordis tui arcana (sis Papa Imperator q̄tumuis magn⁹) apire debes & quos in extremis tibi assistere cupis. Valde rephensibile ergo est quōd nōnulli domini seruitio suorū capellanorū vt vili mangonū vtantur. ¶ *De consiliarijs, iudicibus magistris, aduocatis, procuratoribus, notarijs, apotecarijs.*

**P**eccauī quia causa quæstus & lucro temporali nīmium affectus feci diuersas consultatiōes, consilia & resolutiones facillimē & indeliberatē dedi etiam in rebus & negotijs arduis quę quādoq; cōcernebant salutē animarum aut commodū pacē vel bellum reip. & totius patrię, & sic occasio & causa multorū damnorū fui quę teneor reparare. Item expo sui me pro discreto & expto medico aīę aut corporis pro practico iuris vel in alia facultate sciētia & arte mecha-

mechanica experto qualis tamen non fueram & sic plurimos mihi fidem adhibentes defraudaui & eorum bursas euacuauī, nec intentum obtinuerunt in causa pro qua maximas impenderūt expensas. Pro iustitia & sententia danda munera recepi atq; corruptiones, magisq; pecuniæ affectu allectus & fauore ductus fui quàm zelo iustitię. Pręterea immoderatum salarium à partibus extorsi & secreta vnius partis aduersario propter munera recepta reuelauī, frustratorias dilationes quęsiui, terminos multiplicauī, & plures inutiles seruauī. Acceptauī & foui causas scabiosas quascunq; iustas siue iniustas, & dum mihi constabat ante litis & processus inchoationem Petrum habere iniustam causam eum defu- per non auisaui, sed magis ad procedendum causa- lucri eum instigauī, causam & materiam suam colo- rando & iustificando. Processus, libellos, & instru- mēta corrupti aut aliquā falsitatem per multiplicem subtilitatem & practicam in eis commisi. Testium acta & confessata non rectè scripsi, nec in testiū exa- minatione interrogatoria conuenientia dedi, neq; diligentiam sufficientem sicut in re propria fecissem exhibui. Item delectat<sup>9</sup> sum frequenter, & nutrior in processibus, placitationibus siue litibus, & gau- deo de hoc quod dicor ab alijs magnus practicus, cortizanus alio nomine **loert sem** siue tribulator. Per meam importunitatem, indiscretionē, & mole- stias aliquas obtinui sententias minus iustas, vel adeo partem aduersam tribulaui, tantoq; tempore in processu cum magnis expensis tenui, quod præ- tēdio, displicentia, & pecuniæ inopia causam desola- tam & indecisam relinquere debuit & tunc bona  
benefi-

bene  
mih  
bere

R  
bus  
exc  
vel in  
defal  
mod  
queu  
ciunt  
tuere  
oblig  
tutat  
diti a  
fueri  
micis  
prop  
bere  
mod  
scien  
esset  
foro  
nes s  
neba  
in for  
vbi ta  
nimi  
vel p  
pacer

beneficia aut redditus super quibus lis erat interata mihi usurpauit, vbi tamen in conscientia sciui me habere causam minus iustam.

*De receptoribus elemosynarijs & dispensatoribus.*

**R**eceptor existens alicuius regis, prelati, vel communitatis & cesso termino solutionis creditori bus domini mei soluere recusaui, nisi prius ex eis excussissem & recepissem aliquas pingues propinas, vel in summa totali aliquam quotam in commodum meum defalcauerit quod tales (licet videantur quodammodo consentire quia aliis solutionem habere nequeunt) quodammodo vi inducti & non sponte faciunt, & ergo sic datum vel remissum teneor restituere. Quia ut inquit Adrianus sextus. Remissio obligationis non liberaliter nec voluntarie facta non tutat in foro conscientie. Sicut similiter dicit. Si subditi alicuius regis in aliquo bello iniuste danificati fuerint & in tractatu pacis remittunt iniuriam suis inimicis per bellum iniustum eis per tales hostes illatam propter metum damni grauioris, quia aliter pacem habere non possunt. Illa tamen remissio quodammodo coacta non liberat illos iniuriates in foro conscientie, sed illa dumtaxat liberaret quae libere facta esset non dolo, metu, vel fraude extorta. Et ergo in foro anime non solum retractanda sunt ille exactio-  
anes seu compositiones metu factae, vbi metus continebat periculum salutis aut cruciatus corporis, prout in foro exteriori decisum est, sed etiam omnes ille vbi talis metus intercessisse dinoscitur qui aufert animi libertatem & iniuriosus est. Similiter si reges vel principes contra se inuicem bellantes componant pacem remissius: hinc tamen ab vtraque parte damnis  
O illatis

illatis, si subditi principis qui habuit iustū bellū quā  
sunt multum depauperati non sint de tali tractatu  
pacis contenti nisi restituatur eis damna quæ in tali  
bello passi sunt per incendia, rapinas, &cæ. tenetur  
princeps ille pro viribus laborare vt illis subditis la  
tiffiat de damnis illatis, vbi autē hoc procurare non  
poterit si sui damnificati contradicant, non potest de  
illis damnis suis subditis illatis componere, quāuis  
etiam pax aliter haberi non possit: vnde non potest  
princeps sic in præiudiciū subditorū componere  
nisi compensando secundū proportionē damnorū  
diuersis secundū plus & minus illatorū aliqua one  
ra aut debita eis remittat, vel de communi eis re  
parationem faciat, aut redditus siue præstas ei annuat  
debitas ad tempus remittat. Et illis subditis sic re  
sarcito damno per principem, nihilominus ipsi inua  
sores non deobligantur quo minus teneantur resti  
tuere quantū rapinæ & damni intulerint, & illa re  
stitutio fiet principi si ipse prædicto modo subditos  
suos damnificatos de suis contentauerit. Item in re  
ceptis expositis & cōputo facto non seruauit iustitiā  
sed multiplici practica, fraudulenta, & iniquis me  
dijs vtēdo dominū meū decepi, plura & in multis  
cens me exposuisse quæ nō exposui, vel saltem non  
in vtilitatem domini, & pauciora me dixi recepisse  
quā recepim multas dietas dāna & interesse ad  
duxi & conscripsi in libro computus quæ à parte re  
non exstabant. Cū dominus meus iussisset pau  
perib<sup>9</sup> aut alijs psonis dari decē dedi solūm quinque  
vel sex. Et cum Iuda tricesimum vel vicesimū de  
narium in recipiendo & exponendo furto detinuit  
¶ Item non fui utilis negotiorū eius gestor, in  
credita

ere  
dili  
fac  
cre  
nii

E  
fest  
dar  
rec  
sum  
tibi  
qui  
ber  
tion  
simi  
neo  
tion  
vel  
que  
in a  
licer  
num  
simi  
alios  
hom

ITe  
op  
aut  
man

ereditis & redditibus recipiendis debitam curā & diligentiam non adhibui qualē in negotio proprio facere consueui. Quosdam redditus, sensus & alia credita, mea negligentia, ignorantia aut ignauiā in nihilum redigi & perire permisi.

*¶ De anticipantibus solutionis terminum.*

**E**GO ex cōtractu emptiōis, venditiōis, mutui vel alio modo teneor tibi soluere centum renens. in festo Bauonis, tu indigens pecunia petis illos centum dari in festo Penthecostes præcedente quod facere recuso nisi remittere velis quinq; renēs. & sic de illa summa centū renens. in festo Remigij debita soluo tibi nūc vel in Penthecostalibus solum nonagintaquinque, & reliquos quinque mihi remittis non liberaliter & omnino sponte, sed quia integram solutionem nunc aliter habere non potes, ego in tali vel simili casu iniuste recipio illos quinq; renens. & teneor tibi restituere, nisi ex illa solutionis anticipatione paterer aliquod interesse damni emergentis vel lucri cessantis, vel nisi merè liberaliter illos quinque donaueris ex amicitia propter gratiam factam in anticipatione solutionis: nā in tali vel simili casu liceret mihi illos quinque recipere vel aliud donum sicuti etiam in mutuo. Iste vel similis casus & similiter sequēs pluries tam inter mercatores quàm alios practicitur, de quibus rarò sibi conscientiam homines faciunt.

*¶ De non soluentibus in termino.*

**I**TEM non solui tempestiue, nec tempore cōstituto operarijs meis seruatorib<sup>9</sup>, ancillis, mercatoribus, aut alijs creditoribus quibus tenebar ratiōe laboris manuū, operis, seruitij, mutui, mercatiōis vel alteri<sup>9</sup>



contractus & illi propter tardationem & moram solutionis passi sunt damnū, quia grauati prolibus vel ex alia causa suā supellectilem, bestias & alia videri debuerunt, & minus iusto receperunt, vel ab usurario pecuniam sub usura recipere debuerunt, aut mercatoribus suis in nundinis fidem seruare non valuerunt: vnde ego grauiter pecco sic pretereundo terminum solutionis constitutum cum damno & iactura proximorū, & merces detinendo laborum, & teneor illis reparare omne damnū & interesse quod mea mora & negligētia illi creditores passi sunt. De hoc auisandi sunt à confessoribus & predicatoribus plurimi diuites auari in diuitijs (à quibus separari nequeunt) consolationem suam habentes & prefecti atq; gubernatores oppidorum qui creditoribus suis & habentibus redditus pessimè soluunt, & eos de anno in annum sequi & clamitare sinunt qui impensas magnas proficiscēdo processus & lites continuando facere habent.

*De commissarijs & officiarijs.*

**C**ommissarius regis patriæ vel alicuius communitatis constitutus excelsi limites meæ commissionis concedendo & consentiendo in quibusdam articulis in præiudicium & cum iactura illius à quo commissiōe accepi, nec sufficientem adhibui diligentiam, curā & sollicitudinē gerendo aliorum negotium & reip. aut principis causam sollicitādo, magis commodum particulare quàm commune quaerui & tempore commissiōis causas proprias, quæ mihi magis cordi erant diligentius quàm communitatis prosequutus sum, vnde resarcire debeo & restituere teneor omne damnū quod mea infelicitate & negligētia

negligētia aut culpa in tali commissiōe vel quouis alio negotio alicui vel priuatæ personę vel reip. euenit iuxta regulam iuris. Qui occasione damni dat, damnum quoq; dedisse videtur. Tria namque sunt propter quę respublica pro nostro quo, sicuti & Romanorum periclitatur. s. particulare commodum, priuatum odium, & iuuenile consilium. Item mansi absens in commissiōe ad. 20. vel. 30. dies vt plures haberem dietas, vbi si diligētiā debitam adhibuissem sicuti in causa propria, plenē expedire potuissem negotium in decem diebus.

¶ De redditibus.

**E**Mi plures redditus hæreditarios & vitales vt in ocio viuerem, & in tali contractu emptionis non seruauim medium iustitię, quia non iustum dedi precium iuxta legem aut consuetudinem loci vbi illi contractus fiebant. ¶ Ioannes grauatus ære alieno & indigens pecunia venit ad me & in secreto ( ne in lucē deueniat calamitas eius ) petit sibi tradi certam summam pecunię, cupiens se & sua obligare & soluere quotannis certū censum siue redditum hæreditarię, vel ad vitā meam ego cupiditate allectus trado ei pecuniam, sed minus debito, videlicet dedi ei octoginta renes. & ipse singulis annis ad vitam meam & fratris vel eiusdem alterius soluet decem, hoc iniustum est. Secus si dedissem ei centum vel circiter. Vndē in ista reddituū emptione & venditione vt licitē fiant expedit consulere peritos, & hos contractus fieri coram scabinis loci, & seruare laudabilem communem patrię consuetudinem vbi emuntur redditus & statuta atq; iura municipalia, sicut modo in Brabantia pro summa centum renens. vel

circiter semel numerata communiter emitur red-  
ditus vitalis ad vitā duorū decē reneſ. & pro mille  
reneſ. ſemel traditis emitur redditus vitalis centū  
reneſ. & hæreditarij quinquaginta reneſ. & am-  
plius: vndè pro hoc tempore Antuerpiæ, Louanij,  
& in alijs locis Brabantiæ & Hollandiæ in reddit-  
bus hæreditarijs perpetuis communiter æſtimatur  
denarius & computatur ad. 17. vel. 18. quandoque  
etiam ad. 16. ſolū, ſicut nunc communiter fit. Pre-  
ciū namq; in iſtis non eſt punctaliter determinatum  
ſed ſecundum diſtinctionē locorum & etiam varia-  
tatem temporum variatur, etiam ſecundum diuer-  
ſitatem aſſignationū, fundationū, & ypothecatio-  
num vnus redditus eſt melior altero & carius vti  
poſteſt. ¶ Et licet dixerim expediens & valde con-  
ſultum eſſe (ne uſura vel iniuſtitia in iſtis contracti-  
bus committatur ſicuti pluries committitur & pe-  
liatur uſura ſub nomine emptionis) vt huiuſmodi  
contractus fiunt coram ſcabinis & lege loci, & inde  
literæ conficiantur iuxta morem patriæ, hoc tamen  
non eſt ſemper & ſimpliciter neceſſariū: nam ſi ego  
indigeo pecunia quòd nō vellem alios ſcire, accedo  
Ioannem fidelem, ſecretū amicū meū, petens ab eo  
centū reneſ. & promitto ei atq; obligo me ad dan-  
dum ei ſingulis annis decē donec vixerit & deſuper  
trado ei cedulā cū ſigneto meo manuali vel ſola fide  
mea & promiſſione contentus eſt indubiè in foro  
conſcientiæ teneor ei quotannis illos decē ſoluere.  
Nam quòd talis contractus cōmuniter fiat cum ſo-  
lennitate & literæ deſuper ſigillatæ conficiātur, hoc  
fit ppter maiorē ſecuritatem præcipuè ementis red-  
ditu qui dat promptā pecuniam ſemel pro iure reci-  
piendū

piendi singulis annis certā quotam, & hoc maxime fieri expedit in redditibus hæreditarijs, qui deuoluuntur ad hæredes ementis redditū quibus nō constaret de illis redditibus recipiēdis, nec alios cogere possent ad exolutionē nisi p̄ literas desup̄ factas. De hac materia reddituū & de contractu emptionis & venditiōis & vsura multiplici plura in scriptis tetigi quomō & multiplex reddit⁹ videlicet Cert⁹, incert⁹, p̄sonalis, p̄dialis, fructuari⁹, pecuniari⁹, vitalis, p̄petuus siue hæreditari⁹, redimibilis, irredimibilis. &c.

¶ De tutoribus pupillorum.

**E**GO pecunia carēs peto à tutorib⁹ pupillorū quorundā centū renen. quos mihi tradunt & eis vti potero sub tali conditione & pacto, quòd in sexto anno vel alio determinato tempore eos restituere tenebor, & quolibet illorū sex annorū dabo quinq; vel sex renen. hoc vsurarium & iniustū est de quo nemo dubitat, licet in quibusdā locis sic practicetur & taliter vltra capitale receptū est restitutioni obnoxii. Alius casus sequitur etiā cōtra equitatē. Ego sum tutor quorundā pupillorum volens eorū negotium vtiliter gerere & profectum quærere, quia pecunia eorum à parentibus defunctis eis relicta in arca iacens sterilis est, trado Petro mercatori centum florenos renen. cum pacto & conditione quòd illis in mercantijs vel alio modo ad libitū vti poterit vsq; ad certū tēpus annorū, videlicet dū illi pupilli ad etatē legitimā peruenerint, quo tēpore obligat⁹ erit Petr⁹ capitale, videlicet centū renen. restituere & medio tpe singulis annis dabit decē renen. vel aliū certū redditū hoc iniustū & vsurariū est. Intra tenim talis vel similis cōtract⁹ vim mutui: nam p̄ solo vsu

illius pecuniæ ad certos annos Petrus quotânis ali-  
quam pecuniæ summam exolvere habet, nec in fa-  
cultate eius est medio illo tempore currête redditi  
illum talem qualem redimere, nec etiam post illud  
tempus effluxum poterit pecunia capitali diutius  
vti: hic tamen casus in quibusdam locis praticatur  
& perperam à quibusdam iuristis defenditur. Plura  
hunc & similes casus concernentia hic possent ad-  
duci, sed quia subtilia sunt, simplicibus pro quibus  
hunc libellum principaliter ædidi non conuenientia  
ea ad longum non deduco, satis est dedisse occasio-  
nem dubitandi, veritatem inquirendi, erroressq; ex-  
tirpâdi, præcipuè pro cōfessoribus & verbi Dei con-  
cionatoribus, qui alios in via æquitatis instruere ha-  
bent iuxta vniuscuiusq; statum, vitâ & qualitatem.  
Ponam aliquos casus communiter occurrentes.

*¶ De mutuo & vsura multiplici.*

**E**Go mutuavi tibi certam summam pecuniæ cum  
pacto aut spe recipiendi inde aliquod lucrum,  
quicquid vltra capitale mutuo tibi traditū receptū  
est, vsurarium est: vndè quicquid ratione mutui re-  
cipitur quod est pecunia vel precio æstimabile est  
restitutioni obnoxium. Desuper sunt aliquæ fallenti-  
sue exceptiones. Nam in quinque casib<sup>9</sup> licet vltra  
sortem aliquid recipere, videlicet ratione liberali-  
donationis, pœnæ conuenionalis interesse dubi-  
& periculi: sed videat quilibet ne mentiâtur iniqui-  
tas sibi. Quidam enim palliant suas vsuras & vestire  
volunt contractus suos vsurarios nomine alterius  
contractus, vèditionis, emptionis, locationis, con-  
ductionis, &c. & dicunt in mutuâdo alijs se pati alio  
quod, & magnum interesse propter carentiam &  
noa

non vsum illius pecuniæ mutuatæ, vel etiã ex venditione cuiusdã mercis, vel aliquod aliud ex prædijctis allegare, vbi tamen in rei veritate nihil horum subest, sed hi seipso maxime decipiunt non Deum qui non irridetur neq; fallitur.

¶ *Mutuans principi pro officio aliquo obtinendo. Casus.*

¶ Mutuum trado principi vel alteri domino pecuniam conueniendo cum eo & sub tali pacto, quòd mihi deliberaturus est quoddã certũ officium inter stipendia illius officij & operas laboris illi officio ex debito impendendas sit commensuratio & iustitiæ æqualitas, tunc non est vsura: sicut nec esset vsura si mutuaem Ioanni cum pacto vt rem aliquã mihi venderet iusto precio. Si autem stipendium secundum iustam æstimationẽ excedit labores & sollicitudines illi officio debitas, tunc vsura est, & teneor restituere excedẽs lucrũ quantũ in stipẽdio illo plus isto recepi, nõ teneor tamẽ illi officio cedere. Sicut etiam vsura esset si mutuaem Ioanni sub pacto vt à me librũ, vestẽ, vel aliquã mercẽ emeret pro decem ducatis quę solũ valeret octo. ¶ *Casus.*

¶ Item ego mutuo prælato aut collatori beneficiorum vel aliquod seruitium ei impendi cum facto aut saltẽ proposito, & principali spe atq; intentione obtinendi ratione illius mutui vel obsequij impẽsi aliquam præbendã aut beneficium pro me vel pro meis, iniustum & simoniacum est. Similiter si per importunas preces, amicorum sollicitationes, atq; instantias multiplices prouisione m alicuius ecclesię vel præbendæ obtinui est simonia, si illę preces & instantiæ sint causa principalis & finalis collationis

sue prouisionis mihi factæ. Secus si fuerint soluta  
causa impulsiva & ea intentione factæ vt per eas col-  
latori fiat insinuatio idoneitatis & qualitatis perso-  
næ cui prouidetur: vt infra ca. 19. ¶ *Casus.*

¶ Insuper mutuauit Petro centum cum pacto & con-  
ditione, quod vinum, ceruisiam, blada, & alias merces  
quibus indigebit à me emere debebit, quæ ei ideo  
carius vendo quàm alteri & quàm alibi esset ipse emptus  
rus, & supra iustum precium recipio & tunc hoc in-  
iuste receptum & excrecens ultra verum valore te-  
neor restituere. Secus esset si talem apponendo con-  
ditionem ratione mutui ei non carius venderem quàm  
alteri & quàm valeret. Unde licite possum mutuare  
Petro aliquos denarios vt per hoc vel simile medi-  
traham eum & suos ad meam domum apothecam, mo-  
lendinum, vel scholas modo merces vel operas meas  
propter hoc non carius vendo quàm si non mutua-  
sem, neque aliquo pacto, vel conuentione eum ad hoc  
obligo, sed relinquo ei libertatem accedendi alios.

¶ Liceret etiam mihi in pacto mutui apponere con-  
ditionem si & quando cunq; alterius molendinum Pe-  
trus intrauerit, vel scholas, obligabitur mutuum à me  
receptum restituere. Quilibet namque mutuans po-  
test statuere terminum solutionis quem voluerit. Et  
licet ex hoc lucrabor fortassis concursus hominum  
famam & amicitiam, non obstat, quia non lucratur  
aliquod indebitum, aut quod pecunia comparatur,  
dummodo illis me visitantibus nihil propter mutu-  
um subtraham. Potest enim mutuans sperare lucrum, non  
quidem ex mutuo sed ex venditione aut labore sibi  
debitum, & etiam lucrum spirituale amicitiam, fauorem, fa-  
mam, &c. Panor. tamen in c. si. de usu. tenet contrariam  
huius

huius opinionem, & tali medio mouetur, quia ego  
 consequor ex hoc commodum pecunia estimabile.  
 Sicut patet in doctore qui ex concursu scholarium  
 efficitur magis famosus, & habet maiores atq; vti-  
 liores causas præ manibus vel hoc ampliatur sibi sa-  
 larium. Similiter est in domino molendini, quia plu-  
 rimi propter hoc ad suum molendinū concurrunt.  
 Hæc opinio Panor. est secura, primam tamen post  
 Adrianum G. credo veriorē. ¶ Similiter idē dicendū  
 est si mutuē Petro dando ei prolixū solutionis ter-  
 minū vt per hoc eum ac alios ad meā apothecā, do-  
 mū mercationis vel molendinū trahā. *Casus.*

¶ Præterea ego mutuaui Ioanni centum Renen.  
 ad quinq; annos cum hac cōditione, quòd illo quin-  
 quēnio durate quolibet anno soluet mihi. 22. renēs.  
 hoc est vsurarium, quia vltra capitale recepi decem.  
 Secus si petat à me centum & ipse se & sua obligat  
 quatenus singulis annis dabit mihi 10. ad vitam &  
 cuiusdam secundi. Nam hoc est licitum nisi aliundē  
 deprauetur, est enim contractus redditus vitalis.  
 Nam ego pro illis centū semel traditis emo ius per-  
 cipiendi annuē decem, quod ius est tanti valoris se-  
 cundum communem æstimationē & cursum sicut  
 illa summa centum renen. semel receptorum. Et sic  
 nō obstat nec arguit iniustitiā siue inæqualitatē p̄cij  
 & mercis in emptione reddituū (q̄ quidā tamē tanq̄  
 iniustā reprobāt) quāuis successū tēporis plus lōgē  
 sim receptorus q̄ exposuerim si diu superuixerō,  
 quod semper accidit in redditibus hæreditarijs qui  
 deuoluuntur ad hæredes sine termino. *Casus.*

¶ Ego deliberaui Ioanni decem ducatos vt post  
 decennium restituat mihi vndecim, est iniustum &  
 vsurarium.



vsurarium. Nam ibi aliquid recipio pro dilatione  
sola mora temporis, quod semper illicitum est. Non  
enim licitū est vendere tempus. Et est ibi & in quin  
pluribus alijs similibus casibus mutuū verū vel  
interpretatiuum, licet contrahentes pallient frequen  
ter huiusmodi cōtractus alijs vocabulis. ¶ *Casus*

¶ Insuper ego trado Ioanni centum coronas tū  
pacto quod singulis annis dabit mihi quinq; coro  
nas donec restituat sortem. s. centum coronas, vsu  
rarium est. Nec est ibi contractus venditionis red  
ditus cum conditione & adiectione facultatis redi  
mendi reseruata vēditori qui est licitus, sicut indiet  
videmus redditus emi & vendi à viris etiam timo  
ratis & sanctæ vitæ redimibiles quemadmodum &  
irredimibiles quod licitè fit si iustitia seruetur &  
hinc tamen valoris æqualitas. Nam redditus redi  
mibilis vt certū est sicut & ratio dicitur viliori precio  
emi debet q̄ irredimibilis. ¶ Et quantò emptor dat  
maiorē facultatem redimendi ipsi venditori, tantò  
redditus vel alia merx est minoris valoris ipsi em  
ptori, & ideo tantò minus potest dare emēdo, & quā  
tò minorem dat facultatem venditori, tantò reddi  
tus ille vel alia res plus valet emptori. Nam tantò plus  
qui<sup>9</sup> habet ius in ea: & ideo mai<sup>9</sup> preciū dare debet.

¶ *Casus de contractu societatis.*

**E**GO expono & delibero Petro mercatori nauis  
gaturō per mare centū Renens. per modum so  
cietatis cum pacto quod participabo secum in lucro  
æqualiter & in redditu suo & sine societatis rehas  
bebo capitale si saluum manserit, eius periculū to  
rum in me suscipio, hoc licitum est: si verò Petrus  
æqualiter mecum illius capitalis centum Renens.  
susce-

susceperit in se periculum tunc in fine societatis non  
 solum lucrum ex illa pecunia proueniens est æqua-  
 liter inter eos diuidendū, sed etiam pecunia capita-  
 lis. Et intelligo prædicta vera esse, modo lucrū illud  
 medietatis non sit nimis magnum, sed proportio-  
 natum periculo suscepto & vsui atq; commoditati  
 ipsius pecunię quæ à quibusdā dicitur Interusoriū.  
 Vndè plus lucri licet regulariter petere & recipere  
 tradenti per modū societatis simul cum susceptione  
 periculi pecuniam Petro nauiganti per mare quàm  
 alteri pergenti per terram vbi regulariter non est  
 tantum periculum sicut in mari. ¶ Nec istud est  
 contra capitulū nauigati de vsuris vbi dicitur quòd  
 nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuas pe-  
 cunię quantitatem eò quòd suscipit in se periculum  
 recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est cen-  
 sendus. Nam vt sanè exponit Adrianus sextus hoc  
 capitulū innititur præsumptioni vsurarię fraudis,  
 puta quòd fingatur periculū aut nullū subest, vel ma-  
 ius asseritur esse quàm subest, ita præsumit pro mutuo  
 capi sub pallio assècuratiōis de periculo: in foro aut  
 consciētia nō est semp vsura sed standū est veritati,  
 & creditur confitēti pro se & cōtra se. Vndè exami-  
 nādus sum in dicto vel simili casu & consciētia meā  
 desuper examinare atq; purgare debeo, an realiter  
 p assècuratione secundū iustam æstimationem ve-  
 risimilis periculi plus receperim & pactum adiece-  
 rim vel pro mutuo. Et secundum hoc iudicandus  
 sum vsurarius & obligatus restituere vel non.

¶ *Demoneta.*

**C**ognosco meam culpam de avaritia & iniusti-  
 tia commissā per me in collectione & exposi-  
 tione

tione pecuniæ. Mutuavi Petro aurum & certos denarios ramos, defraudatos, non legitimi sed minus iusti ponderis, aut non existentes sub valuatione cum tali pacto quod electos denarios legales & in potere excedentes mihi restituet. Item quando recepi electos denarios pulchros singularis auri & in potere excedentes, illos carius exposui quam receperim, aut quandoque eos in massam confluxi & annulos, cyphos, ac alia iocalia inde confeci relictis alijs non iusti ponderis in communi cursu, & sic vel alio multiplici modo qui in pluribus locis regnat ex pecunia lucrum quaesivi, & principem aut communitatem defraudavi: unde licitum est bene preeligeri pulchros denarios & grauioris ponderis, & moderatè reseruare illos apud se pro necessitate futura, vel in priuatum usum, aut aliàs licitè tempore & loco exponendos, dummodo ex illis non intendat quis consequi aliquod lucrum sed secundum temporis exigentiã & communem valorè atque cursum vult eos exponere. Dum scierit vel ignoranter receperim monetam reprobam in substantia, figura, quantitate vel qualitate deficientem aut non deficientem, aut non existentem sub valuatione, sed de mandato principis prohibitam iterum simplicibus eam exposui ac si bona esset postquam tamen mihi constiterit eam esse reprobam aut non tanti valoris. Sicuti quidam simplices ac etiam alij experti passim faciunt, putantes se in recompensam siue talionem alios posse in pecuniæ vel aliarum rerum expositione decipere sicut & ipsi decepti sunt. Item mutuo tibi aliquot ducatos siue coronas pro hoc temporis cursu valentes solum duos Renensium cum tali conditione quod consimiles denarios mihi restitues

stitues intra annum vel aliud certum tempus futurum quo verisimiliter precio ascensum monetæ, & ducatum valiturus. 42. Ituferos vel amplius, hoc licitum est maximè si illos denarios aliàs fuisset nunc expositurus & non ad illud tempus seruaturus.

¶ Item si colligo in his terris denarios excedentes in pondere quos defero ad Italiam vel ad Franciam, ut ibi recipiam iuxta pondus verum valorem intrinsecum, pecco per iniustitiam, quia ego equè grauo rempublicam partium istarum ac si conflatos in massam venderem. Similiter si de industria affero ex Italia aut alia regione denarios minuti ponderis ut eos hic expendam sicut legitimum pondus habentes, teneor ad restitutionem. ¶ Præterea si colligo in patria ista ubi pecuniæ, videlicet aurum ad pondus recipiuntur, denarios minuti ponderis, & expono illos sub eo valore quasi legitimum pondus haberent, iniuste ago & obligor illi regno ubi eos expono ad reparationem quantum in hoc damnificatur. Quia non minus lædo vel grauo rempublicam quam princeps ab initio cudi faciens monetam legitimo potere fraudatam qui reipublicæ obligatur quantum moneta minus habet de legitimo pondere. Sicut nec potest princeps ex denarijs quos cudi fecerit semper grauiores eligere & solos leuissimos in cursu dimittere: nam hoc maximè tadem damnum reip. afferret & multorum facultates exhauriret. ¶ *Doctrina*

¶ Si denarios ramos receperis notabiliter deficientes vel in substantia, sicuti quando est aurum calcum, cuprum deauratum, vel aurum alio metallo subtiliter mixtum, aut non est purum flexibile & cõueniens aurum pro tali moneta, licet fortè pro alio communi

communi aurea moneta conueniens esset, vel deficit in quantitate, vt quādo est minuti pōderis, vel in q̄litate, vt cūm debet esse nūmisma tali certa imagine vel figura insignitū, qua nō est insignitū, vel habet fissuram ad fractionem aut diuisionem disponētem quæ occultatur, vel deficit in aliqua alia qualitate vel conditione propter quam consueuit repudiari, & reputari non legalis, vel haberet aliquem alium defectum latentem notabilem, tamē propter quem verisimiliter recipiens & plures simplices decipiuntur. Consultum est vt tales denarios aliquo modo notabiliter deficientes nō exponas, sed ad campores deferas vbi eosdem in præsentia tua diuidi facias recipiendo ex eis verū valorē quē campores bene nouerint & aurifabri, vel saltem necessarium est quōd tales non exponas sub eo valore sicuti alios nullum defectum habentes: nec etiam eos dabis simplicibus defectus illos ignorantibus qui non possent eosdem in simili valore exponere. ¶ Plurimę, varię, subtiles, practicę, fraudes, & iniusti modi reperiuntur circa monetam cudendam & exponendam, quos melius nouerint qui talia in damnationem suam & præiudicium reip. practicant, quos modos omnes nominatim & particulariter scribere non expedit, sicuti nec mihi omnes constare possunt. ¶ Si habeam alios quos denarios quos propter descensum monetę timeo & verisimiliter præscio min⁹ valituros quā iam valeant, possum licitē tradere eos Petro mercatori, qui statim eos in mercantijs exponet in valore currenti vt mihi monetā vel alios denarios tantūm nunc valentes reddat, de quibus si eos apud me detineam non partiar damnum sicuti paterer alios detinendo:

zine  
fum  
sine

B  
cipe  
expe  
nō p  
puni  
tum  
vnus  
cula  
ratio  
prin  
talis  
inter  
Prim  
frequ  
ferib  
pēsi  
doqu  
quol  
hoc n  
eunc  
com  
stant  
rend  
quir  
in au  
ter fi  
pter

tinendo: vndè licet ex pecunia & in mutuo nō possum sperare lucrum, possum tamē vitare damnum sine alterius præiudicio & damno.

*¶ De Bancarijs & Campsforibus,*

**B**ancarij & campsfores possunt ex directione pecunię ad longinquas partes & ratiōe cambij recipere aliquod lucrū pro labore industria interesse expensis & periculis, modo rationabiliter exigāt & nō petāt immoderatum stipendium, nō potest tamē punctaliter determinari nec certa regula dari quantum in quolibet casu occurrente recipere possunt: vnus enim subit maiores labores, expēsas, & pericula q̄ alter. Vndè si campsor quærat aliquod lucrū ratione mutui vel dilationis temporis aut solutiōis, principaliter est illicitū & iniustū lucrū, nisi ratione talis mutui vel dilatiōis solutiōis pateretur aliquod interesse, sed potest moderatū stipendium recipere. Primò ratione varij valoris monete quā recepit, quę frequenter nō est ita commodè exponibilis vel deferibilis. Secundò ratione interesse & obsequij impēsi & operarum atq; laborum suorū. Tertiò quandoque stipendiū certum à principe vel ciuitate pro quolibet aureo denario recipiendū ordinatū est, & hoc magis securum est pro huiuscemodi & quibuscunq; alijs officiatis operas suas principi patrię vel communitati alicui impendentibus. Itē ratione distantię & periculorū locorum per quę pecunia afferranda vel mittēda est. Item ratione sollicitudinis acquirēdi pecuniā de omni genere & moneta diuersa in auro & argēto quod laboriosum est, & frequenter fit cū eorū expensis & periculo perditiōis propter ascensum & descensum monete, & propter ho-

mines diuersarum nationū pecuniā ab illis petētes,  
Itē intertenere debent certos familiares & semper  
parati esse pro quolibet adueniente. Sed quia fre-  
quenter plus debito recipiunt & immoderatum ni-  
mis stipendiū exigūt & difficillimū est scire quan-  
tum licitē recipere possunt, ideo periculosa sunt hu-  
iusmodi officia similiter telonea & quædam alia  
quæ vt pix facilè inquinant. Idcirco suadeo quantū  
fieri potest ab illis & similibus abstinendū esse. Et si  
mercantijs alijsq; officijs, occupationibus, artibus  
mechanicis & temporalibus insistere velis, aut pro-  
lestuas ad huiusmodi secularia negotia dirigere,  
consulo vt tales mercantias, artē mechanicā, aut of-  
ficia eligas, quibus communiter homines Deum ti-  
mentes tecum paris conditione existentes vtuntur,  
in quibus non sit tantum periculum. Cum tamen  
etiam alia & quæuis negotia atque officia secula-  
ria vix aut difficulter sine peccato saltem veniali ex-  
erceātur. Vndē inquit Leo Papa. Difficile est in-  
ter ementis vendentisq; commercium non interue-  
nire peccatum, de pe. dist. 5. cap. Qualitas. & in ca.  
Negotium, eadē dist. dicit beatus Greg. Sunt quæ-  
dam negotia quæ sine peccatis exhiberi vix aut nul-  
latenus possunt, inter quæ vnum est mercatio. Et  
Chrysoft. super Matth. inquit, Eijciens dominus  
ementes & vendentes de templo significauit, quia  
mercator nunq̄ potest placere Deo. Et ideo nullus  
Christian⁹ debet esse mercator, aut si voluerit esse,  
proijciatur de ecclesia, dicente propheta. Psal. 70.  
Quia non noui negotiationes, introibo in potentias  
domini, dist. 88. ca. Eijciens. Et loquitur ibi textus  
principaliter de ipsa mercatiōe cupiditatis & auari-

tiæ, sed negotiatio vtilitatis aut necessitatis in cõem  
vtilitatẽ reip. in sustentationẽ proliũ vel familię, vel  
ob aliquẽ aliũ bonũ finẽ facta est bona secularibus  
psonis ne ocio torpeãt. ¶ Nã vt dicit idẽ Chryf. Pe-  
trus vëdidit pisces. Paul<sup>9</sup> exercuit artẽ scenofacto-  
riã. i. cordas ad papiliões Actũũ. 18. Ioseph vëdidit  
frumẽta ægyptijs: primò p pecunia: secũdò p pecu-  
dib<sup>9</sup> & terris, sed talis nõ erat negotiatio cupiditatis

¶ *De rebus inuentis & raptis & furtim sublati.*

**I**nueni pecuniam, aut alias res quas multis annis  
apud me detinui, eis vtendo & eas cõsumendo, &  
nõ restitui vero domino, vel nõ ad statim, quẽ tamẽ  
sciui, qđ tamẽ facere tenebar: vel si dominus igno-  
retur debet per curatũ aut aliũ populo insinuari de  
tali re per dita & inuẽta si sit alicuius importãtię, vel  
reponi debet in ecclesia ad certum locũ vbi tales res  
inuẽtæ reponi solẽt, & post denunciationẽ vel suffi-  
cientẽ veri domini inquisitionẽ si nõ cõpareat, dãda  
est illa res pauperibus vel ecclesijs. ¶ Itẽ in bello ra-  
piendo, domos incẽdendo, ecclesijs & monasteria  
spoliãdo, & sacrilegia diuersa cõmittendo, auferẽdo  
calices, aut alias res sacras vel non sacras de loco ta-  
mem sacro, plurima damna alijs intuli: & oportet  
exprimere an illa damna intulerim inimicis solũ  
vel etiam amicis, quia omnia damna quæ amicis in-  
feruntur necessariò sunt reparanda per inferentes,  
vel per duces belli ac principes stipendium armige-  
ris non exoluentes, & qui causam damni dederint.

¶ *In bello acquisita.*

**C**apta in bello iusto licitẽ retinentur ab inuaso-  
ribus aut inimicis partẽ iustã fouẽtibus, quãuis  
etiã plus cõperint q̃ eorũ erat. Sed si bellũ sit iniustũ

**P 2** propter



propter defectū principalis causæ bellū iustificātis  
tenentur restituere: nō solūm quantū abstulerunt,  
sed quantū dāni pximo in illo bello iniuste intule-  
rūt, puta si nō habeāt causam iustā belli. Si autē subsit  
causā iusta belli & autoritas principis vel alteri<sup>9</sup> po-  
tētis bellum inducere interuenerit, licet auferat ex  
inuidia & aīo vlciscendi, peccāt quidē, sed nō tenen-  
tur restituere, etiam si iusta causa subsit quāuis desit  
autoritas non tenetur quis sic ablatum restituere,  
quia abstulit quod suū erat licet non ordine dībito.

☞ Si autem quis dubitet de iustitia belli nō potest  
contra suam consciētiam seu dubium detinere illa  
ablata in tali bello, quamuis tamen bellum ex parte  
ipsius iustum fuerit, quia ageret contra consciētiam  
vel dubium consciētiae capiēdo & detinēdo ali-  
qua in tali bello. ☞ Si autem simplices probabiliter  
presumunt bellum ex parte ipsorū iuste indictum,  
licite retinent capta ab inimicis in tali bello, licet in  
rei veritate bellum quoad illos fuerit iniustum, &  
sic illa ablata sua non fuerint. Nam illa ignorantia  
probabilis facti excusat & etiā iuris positiui quoad  
eos quibus hoc permīssum est ignorare. Si tamen  
postea eis constiterit de iniustitia belli ex parte ip-  
sorū non vidētur deobligari à restitutione. Sicut  
si aliquot annos quibusdā rebus non meis vsus sum  
ignorans eas esse alterius, licet sim excusatus à pec-  
cato si sit ignorantia inculpabilis postq̄ tamen mihi  
constiterit quod sunt alterius, teneor eas vero do-  
mino restituere si supersit vel hæredibus eo mor-  
tuo, qui si ignorentur vel non sint pauperibus vel  
pijs locis. Nisi per præscriptionem legitime factam  
excusarer & deobligarer à restitutiōe taliū bonorū.

☞ Auferens

*¶ Auferens rem suam aut sibi debitam propria autoritate.*

**S**I aliquid debeatur mihi à Ioanne ex emptione, mutuo, aut alio cōtractu ex opere vel officio manuali, vel iniusta meorum detētionē, vel ex quavis alia causa, ego possum hoc debitum vel rem meam in defectum iudicis ab eo propria autoritate auferre. Etiam licet non implorato nec petito officio iudicis auferam, nō teneor tamē in foro consciētīę illud sic vi vel secreto aut propria autoritate ablatum restituere, quia aufero quod meū est, licet non debito ordine & modo, quare pecco faciendo alteri violentiam & non seruando ordinē iuris. Vndē si Ioannes debeat mihi centum renens. quos soluere tardat & non vult si ego aufero ab eo centū renens. in bladis aut alijs rebus per violentiā aut clam, non teneor in foro consciētīę ei ad aliquā restitutionem. Si tamen ipse me corā iudice conueniret, condemnarer ad illorum bonorum amissionem vel ad aliam pœnam, sed ante condemnationem non teneor. ¶ Secus est in his quæ debentur alicui generaliter à multis, sed non ei soli, sed pluribus alijs. Nam illa non licet in foro consciētīę propria autoritate vsurpare, nisi in extrema necessitate. Et ergo pauperes non possunt bona diuitum auferre, licet bona diuitum præcipuè ecclesiasticorum vltra eorum sustentationem iuxta Hieron. sententiam dicuntur pauperū, non tamen propriè quoad proprietatem & dominium, sed quia ipsi diuites tenentur pauperibus notabiliter egentibus de illis superfluis subuenire, & pro tantò dicuntur tales diuites retinendo superflua rapere aliena, quia peccāt sicut

qui verè rapiūt aliena. ¶ Similiter in dicto casu quādo videlicet à Ioanne nequeo habere solutionem si merces meas ei cari⁹ vendā & plus q̄ valeāt, & recipio illud plus excrescens & excedēs latitudinē iusti precij in defalcatiōe debiti, nō inquantū precij pro tali merce, nō teneor ad aliquā restitutionē, nec etiā pecco si alio modo nequeam habere solutionem & secluso scandalo. Si etiam nō valeo habere solutionem à Ioanne nisi intētando processum & lites contra eum, quòd esset cum iactura & damno meo, credo nullum vel paruum esse peccatum, si secretè per me vel meos de suis auferam quantū mihi debet, & licet fortè peccem vsurpādo rei meę iudicium prætermisso iuris ordine, vel fortè etiam propter scandalum aliorum possem grauius peccare, non teneor tamē ad aliquā restitutionē modo nō plus auferā q̄ debitū se extendat, & interesse quod ex mora solutionis passus sum. ¶ Similiter iuxta sentētiam Tho. Qui furtim siue secretè accipit rem suā apud alium depositā, grauat depositariū & sic peccat & tenetur ad releuandū grauamē depositarij. Qui etiā accipit rem suā apud aliū iniustè detentā peccat quidē, non q̄ grauat eum qui iniustè detinebat & ideo nō tenetur illi ad aliquā restitutionē vel reparationē, sed peccat cōtra cōem iustitiā, dum ipse sibi vsurpat suę rei iudicium iuris ordine prætermisso, & ideo tenetur Deo satisfacere & dare operam vt scandalum proximorum, si inde exortum fuerit sedetur.

*¶ Iuuenes furtum committunt multipliciter.*

**P**ECCAUI insuper in absentia parentū, clam si clauēs domi dimiserint cistas eorū aperui, vel quibusdā instrumentis subtiliter noui seras aperire, & tunc pecu

pecuniâ inde extraxi quàm inutiliter cōsumpsi aut alijs donavi: similiter vestes, blada, vinū, ac alias res quib<sup>9</sup> sine eorū expresso consensu vel saltem interpretatio & præsumpto uti non poterāt, vel etiā ab exteris vbicunq; potui in ecclesia, in alijs locis rapui quę potui, habui semp digitos incuruatos, & plura frequēter abstulissim nisi timor pœnę & cōfusio me retraxissent. ¶ Itē per terras trāscundo pomeria ingress<sup>9</sup> sum, & vineas, poma, vuas, cerasa, frumēta, ac quoslibet alios fruct<sup>9</sup> quos reperire potui surripui, nec tamē mihi conscientiā feci. Similiter ex petulantia vel cupiditate vicinorū augas siue anseres, anetas pullos, &c. rapui aut interfeci vel cōsiliū dedi, aut de societate illorū fui, & sic atq; multis alijs modis cum fure cucurri & comedi, vel alio modo de reb<sup>9</sup> furtivis participavi. ¶ In pratis ambulādo, ludendo, discurrēdo, saltādo, &c. intuli multa damna proximis, p̄cipuē miseris villanis frāgendo, sepes cōplantādo, blada, fenū, &c. ¶ Itē tēpore hyemali surripui nocte ligna ac alia cōbustibilia ab exteris vel etiā in domo vbi morā gessi carnes, panē, fruct<sup>9</sup>, vinū, ligna, &c. furtim expediui. ¶ *In rebus parvis furtū committitur.*

**N**Edū in magnis sed etiam parvis rebus furtum consistit iniustitia & avaritia, & est quandoque etiā mortale peccatū furari parua vt dicit beat<sup>9</sup> Thomas. 2. 2. q. 66. ar. 6. In eo qui habet fraudādi animū & inferēdi nocumentū pximo nō consentiēti sicut in solo cogitatu per consensum cōsistit mortale peccatū. Nō enim qđ furto ablatū est sed mēs furātis atēditur. 14. q. 6. c. vi. Et hoc maximē verū puto quādo voluntas talis esset, qđ etiā maiora subtraheret si posset, vel licet illa res in se parua sit & fortē minimē

estimationis apud plures, tamē habēs eam maximē  
illi rei afficitur, & putat sibi iniuriam notabilē fieri si  
sine eius expresso cōsensu quis eam auferat. Si quis  
ergo auferat talē rem paruā domino inuito & con-  
tradicēte, nō videtur excusari à mortali licet nō tā  
grauiter peccet sicut rē magnā auferēs. Si verò quis  
rapiat pomū, nucē, vel aliqd aliud paruū probabili-  
ter sciēs aut prēsūmēs dominū cōsentire & si p̄sens  
esset non contradiceret, sic nullū vel veniale solūm  
est peccatū quando nō adest animus malus inferēdi  
notabile nocementū proximo, sicut scandalū quo  
proxim⁹ lēditur in spiritualibus nō semper est mor-  
tale quia quādoq; est solūm dictū vel factum quod  
est proximo occasio ruine in veniale. ¶ Propter pe-  
riculum ergo & quia furtū est actus iniustitiæ quæ  
ex genere suo est mortale adhortandi sunt iuuenes  
frequenter à parētibus & suis pręceptoribus vt sem-  
per sint iusti, & ne etiam minima furētur, ex mino-  
ribus enim nonnunq̄ etate crescente ad maius de-  
ueniunt. Non enim parum refert iuuenes sic vel sic  
assuesci. Quod enim noua testa capit inueterata sa-  
pit. Nonnulli studētes & alij in iuuenili etate con-  
stituti licet tunc conscientiam de his paruā aut nul-  
lam faciant, dicentes (expeditionē non esse furtum.  
Plures tamen cūm prouectę fuerint etatis scrupu-  
lis agitatur & solliciti sunt de restitutione debitę fa-  
cienda de his in quibus propter indomitā iuuetu-  
tem proximos damnificauerint. ¶ Vndē August.  
cūm iuuenilē etatem transcurrisset conscientiam fe-  
cerat & confitebatur Deo de minimis rebus prius  
per eum sublatis: dicit enim in libro cōfes. Furtum  
punit lex tua domine & lex scripta in corde hominis  
quam

quam nec ipsa delet iniquitas. Quis enim fur equo aīo furē patitur. Et ego furtū feci nulla compulsus egestate & sequitur. Illa enim poma quę furat<sup>o</sup> sum decerpta proieci epulatus in sola iniquitate. ¶ Consultū est ergo ab omni iniustitia & iniquitate etiam minima abstinere, & de his conscientia tempestiuē purgare, ne talib<sup>o</sup> conscientia in extremis sicut plerisq; accidere solet agitetur, & sic maiora tunc negligat occupat<sup>o</sup> circa illa minima. ¶ Præterea res furtiuas, aut in bello iniusto raptas à quibuscunq; adueniētibus mihi cōparauī & vilissimo precio vix dādo medietatē iusti precij. ¶ Titulo ficto aut falso præscriptiōis vsurpauī & mala fide occupauī res alienas mihi à parentibus iniustē acquisite, relictas, vel eas inter bona mea repperi, sciens tamē ex certis signis non esse de numero meorum, & si diligentiam debi tam fecissem dominos veros illarū rerum inuenire potuissem. Quomodo autem præscriptio legitime fiat & quantum requiratur tempus ad præscribendum & cetera, quę circa hanc materiā præscriptiōnis quę proluxa est, occurrere possunt, magis ad iuristas spectat quàm ad theologos determinare. In quantum tamē conscientiam concernit, ponam hic duas succinctas propositiones.

*De præscriptionibus. Prima propositio.*

**P**Ræscriptio est ius per continuationem possessiōnis temporis à lege diffiniti autoritate legū vim capiens. Pernam negligentibus inferens, finemq; litibus imponens. ¶ Ex dicta propositione satis patet quid sit præscriptio. Et capitur hic largē, vt extendat se etiam ad vsucapionem quę tantū est in mobilibus: præscriptio verò strictē capta tantū est

in immobilib<sup>9</sup>, vt in domo agris, &c. Etiam in rebus  
incorporalibus, vt inferuitutibus, actionibus, &c.

¶ Et requiruntur 4. ad præscriptionem legitimam  
scilicet bona fides, iustus titulus, continuatio pos-  
sessionis, res non vitiosa, quantū ad titulū tamē non  
requiritur quòd sit verus titulus donationis, vendi-  
tionis vel hæreditarię successsionis ad debitē præscri-  
bendū. Nam vbi adest talis verus titulus nō est præ-  
scriptio necessaria. Sed requiritur quòd præscribēs  
credat illum à quo recipit rem, esse dominum, vel  
habere ius distrahēdi, licet in factō erret. Requiritur  
tamē verus titulus, vt iustē possideatur aliqua res  
quādo illa nō est præscriptibilis. Sicut si laic<sup>9</sup> vellet  
possidere decimas: vndē quando ius commune est  
contra possessorem, tunc requiritur titulus. s. priui-  
legium vt præscribat quo nō probato nō præscribit  
nisi fuerit tantū tempus cuius initiū nō est in me-  
moria hominū. Et sic intelligendū est. ca. . Si diligēti  
de præscrip. quod dicit requiri bonā fidē & iustum  
titulum. Et in prædicta propositione per continua-  
tionem possessionis innuitur titulus sufficiens qui  
dat causam præscribendi. ¶ Et ponitur notanter illa  
clausula per continuationē possessionis: quia si pos-  
sessio legitimi tēporis interrumpatur non fit præ-  
scriptio legitima vt si tēpus sit. 20. annorum si quis  
primò possideat rē aliquā. 10. annis, postmodū illis  
10. elapsis per aliquot annos illā rē nō possideat: de  
hinc per alios. 10. annos, iterū possideat talis nō præ-  
scribit. Et requiritur quòd possideat vt propriū nō a-  
lieno noīe sicut colonus. ¶ Tempora diuersa à lege  
determinātur ad diuersas res præscribēdas, quadra-  
ginta anni requiruntur si fiat præscriptio contra ius  
cano<sup>9</sup>

canonicū: in alijs decē: inter p̄sentes requiritur tēpus  
 decē annorū: inter absentes viginti. In vsucapiōe re  
 quiritur tēpus triēne. Contra ecclesiā Romanā non  
 currit p̄scriptio nisi cētenaria & sic de alijs. ¶ Et sunt  
 quædā tēpora in quibus non currit p̄scriptio, vt  
 tempus hostilitatis pestilentiæ: quādo ecclesia non  
 habet p̄latū: quādo quis de iure impeditur agere  
 sicut filius familias, &c. ¶ In dicta clausula. s. auto  
 ritate legū vim capiens, ibi includuntur cæteræ con  
 ditiones ad p̄scriptionē requisitæ. s. bona fides:  
 & quod res sit p̄scriptibilis, videlicet nō vitiosa.  
 Si namq; illa deficiāt, defecit autoritas legū. Opor  
 tet enim omnia concurrere in p̄scriptione vt ho  
 minem tutet, quæ lex decreuit adesse debere. ¶ Res  
 vitiosa dicitur res furtiua, rapta, vi possessa, aut in  
 uenta. ¶ Causa finalis p̄scriptionis propter quam  
 p̄scriptio à iure concessa est, & per hoc iusta tan  
 gitur duplex in dicta propositione. Vna vt pax, qua  
 res publica fouetur, cōseruetur per immortalitū litiū  
 extinctionē. Secunda vt negligētes in rebus suis pœ  
 nas debitas sentiāt & hoc tali negligētia quę redun  
 dat in confusionē possessionū & excitationē discor  
 diarū. Et talis regulariter est mortaliter culpabilis.  
 Vndē si esset negligētia nō culpabilis, talis negligēs  
 habet remedium recuperandi perdita etiam post le  
 gittimam p̄scriptionem completam vtsi probare  
 possit quod fuit absens ex ratiōabili causa vltra .20.  
 annos, ad quem notitia alienationis rerum suarum  
 non peruenit. Aut captus per tantum tempus à pi  
 ratis quō sua defendere non potuit. Vel alia simili  
 causa, sic quod sine sua culpa neglexit. Nam talis pos  
 set petere restitutionē in integrū vsq; ad .4. annos  
 sequentes



sequentes qui incipiunt à die scientiæ post cessationem legitimi impedimenti. ¶ *Secunda propositio.*  
¶ Præscribens securus est in foro animæ de nõ restituendo rem præscriptam, licet post tempus legitime præscriptionis ei constiterit aut dubitauerit rem fuisse alteri, modo causa subsit sufficiens quare res vnus in alium via præscriptionis transferri debeat. ¶ Patet ista propositio, quia cum pro qualibet parte temporis præscriptionis habuit bonam fidem, res facta est sua beneficio iuris. Et ergo conscientia illa postmodum adueniens quæ habet malam fidem credendo illam rem alienam & non suam est erronea, & ideo corrigenda & deponenda, quòd si non deponeret tenendo rem illam præscriptam quæ credit non suam, ageret contra conscientiam erroneam & sic mortaliter peccaret: oportet ergo quòd vel illam conscientiam deponat vel rem restituat, & in isto communiter doctores conueniunt. Sed oportet distinguere an videlicet subfuit causa sufficiens quare res vnus in alium via præscriptionis debuit transferri. Si sic, tunc tutus est præscribens tam in foro animæ quàm exteriori, & sic procedit ca. primū de præscrip. Est enim ibi fauor fidei, & culpa negligentia punienda. Vel non subest causa sufficiens quare iste debeat rem suam perdere, & tunc licet sit causa sufficiens quare sic seruare debeat in foro exteriori, non tamen liberat & tutat præscribentem in foro conscientia. ¶ Nec obstat quamuis ius nihilominus ibi dominiū transferat, quia etiam in donationibus ob iustum metum & in traditionibus vsurarum secundum communem opinionem transfert dominiū, sed manet nihilominus obligatus donatorius,

simi-

simi  
qu  
pa  
cul  
co  
Au  
con  
vel  
vex  
hab  
fibu  
pos  
qu  
ac p  
bon  
scrip  
can  
.f. m  
quan  
lasti  
res a  
talia  
in pa  
ptor  
dun  
gent  
terr  
pafs  
ficiu  
furt  
vnd  
& p

similitervfurari<sup>o</sup> tantundē restituere. ¶ Quòd possit  
 quandoq; subesse causa non sufficiens, quare & cæ.  
 patet si quis non fuerit negligens saltem negligentia  
 culpabili, puta inquisiuit de re sua sufficienter iuxta  
 comm unē modū licet non apud hunc possidētē.  
 Aut fortē omisit redditum petere, aut seruitute vti  
 compatiēs miserix debitoris obligati ad redditum  
 vel seruitutem, aut aliās iustē impeditus vel timens  
 vexationem & molestiam nimiam litigandi, aut nō  
 habens vndē prosequi possit in his & similibus ca-  
 sibus non videtur æquū, nec est tutus in conscientia  
 postq̄ præscribenti constiterit causam non subfuisse  
 quòd teneat talem rem. ¶ Et licet secundū canones  
 ac plurium iuristarum catera à nulla valeat absque  
 bona fide præscriptio, leges tamen decernentes præ-  
 scriptionem cum mala fide currere nondū sunt per  
 canones totaliter sublata, sed derogata in quantum  
 .s. mala fides annexum habet mortale, aliās nequa-  
 quam. ¶ Iusuper confiteor me culpabilē dum scho-  
 lastici aut alij minorenes libros, vestimenta, atque  
 res alias ad me deferrēt desiderio pecuniæ habendę  
 talia emi minimo precio, & ad statim illa vestimēta  
 in partes diuisi, ne fortē eorum parentes vel præce-  
 ptores in domo mea reperirent & me ad restituen-  
 dum cogerent. Similiter dum quidam cyphos ar-  
 genteos, iocalia, vestes, vtensilia, aut alia ad me de-  
 terrent, licet secretē nulla talia refutaui sed omnia  
 passim emi, nec condignum preciū dedi, vbi tamen  
 sciueram vel ex certis coniecturis scire debui quòd  
 furtim sublata erant vel talibus prohibitū vendere:  
 vndē desuper per magistrat<sup>o</sup> prouisio fieri deberet,  
 & pœna talibus emētibus imponi qui furta & rapta  
reci

recipiunt & à quibuscunque etiam minorennibus  
emunt: vnde qui emit rem aliquã à pupillo, furioso,  
ebrio, minorenni vel quocunque alio, cui per ius  
iudicẽ, per ius municipale statutũ aut constitutionẽ  
principis vel communitatis est interdicta potestas  
vendendi tenetur illam rem restituere etiam nõ res-  
habendo pecuniam quam pro ea dedit, si determi-  
natio iuris statuti vel ordinatio alicuius civitatis hoc  
dictauerit in pœnam, sicuti in quibusdam oppidis  
practicatur & bene.

*¶ De operarijs & seruatoribus.*

**I**tem fui aurifaber, sartor, latomus, carpentator,  
faber vel alius operator, & quando ex conuẽtione  
certa, onus totum acceptaui construendi templum,  
domũ, vel aliud opus, & deliberandi materiã nõ fui  
iustus, nec fidelis in deliberando materiã neq; in o-  
perando. Materiam vilẽ & nõ in ea quantitate, pon-  
dere, qualitate & mensura sicut conuentũ erat tra-  
didi. Et laborãdo per dietas infideliter & valde neg-  
ligenter operatus sum, multũ temporis in absentia,  
principalis domini in ocio vel negotio proprio ex-  
pendendo, quare nõ totũ stipendiũ receptũ possum  
iustẽ detinere. ¶ Item in seruitio domini mei aut  
dominæ non fui fidelis bona eius conseruando,  
diligenter seruiendo, obediendo, & fideliter labo-  
rando. In hospitis aut domini absentia vicinos, ami-  
cos, bonos socios atq; tales personas quarũ amore  
capta erã ad cœnam vel obsonia inuitaui, & sic com-  
messando, & secretẽ consanguineis donando pro-  
digẽ expẽdi plurima eius bona q̃ restituere teneor.

*¶ De impediẽte alium ab officio vel beneficio.*

**I**tem cupiditate vel animi rancore ductus plures  
præ-

præcipuè illum cui non bene afficiebar impediui à  
 consequutione beneficij vel officij quod illi erat de-  
 bitum detrahendo honori & statui eius, & dicendo  
 eum inidoneū vbi tamen magis erat idoneus quàm  
 ego, & sic tali teneor ad reparationem honoris &  
 damni. ¶ Item vituperando merces, artem atque  
 opus mechanicum vicinorum, multos ab eorum  
 domib<sup>9</sup> retraxi, & eorū mercimonia atq; lucrà con-  
 sueta impediui, vt ego solus ac quidā alij cum qui-  
 bus fœdus siue potius monopolium contraxi, merces  
 tales ad libitum nostrum venderem<sup>9</sup>. Qui impedit  
 alium à quocunq; bono lucro, beneficio, aut officio  
 quod alteri est debitum tenetur illi restituere, siue  
 hoc fecerit animo illi nocendi siue consulendi pro-  
 priæ vtilitati, quia talis causaliter aufert alienum si  
 impediatur quod est illius proximi vel ei debitū. Iam  
 quicunq; aufert causaliter aliquid à proximo quod  
 illi debitum est tenetur ad restitutionem damni sua  
 culpa proximo illati. Secus si causa subsit propter  
 quam liceat ei rem proximi auferre vel causam ad  
 hoc dare qui casu aufert nō inuito domino saltē iure  
 & rationabiliter quāuis de facto fuerit inuit<sup>9</sup>. Sicut  
 si detineo alterius pecuniā, siue aīo consulendi pro-  
 priæ vtilitati, siue aīo nocēdi pximo id fecero æqua-  
 liter post moram commissam teneor in foro con-  
 scientiæ ad estimationem veri interesse & restituere  
 pecuniam alteri debitam. ¶ Et sic patet vt re-  
 ctè dicit Adrianus. 6. quod quo ad methas iuris  
 diuini aut humani obligantis ad restitutionem ni-  
 hil refert quo animo, videlicet dānificandi, vel pro-  
 priæ vtilitati consulendi quis noceat proximo, hoc  
 notanter dicitur de iure naturæ vel diuino, & cæt.  
 quia

quia ius humanum ex causa disponere potest in po-  
nam doli aut mali vt quatum proximum animo no-  
cendi à lucro impediēt teneatur ad restitutionem.

*¶ De impediēte alterius fortunam & lucrum.*

**S**I quis impediat alterius fortunā vel lucrū quod  
aliās fuisset talis cōsecuturus quāuis id animo no-  
cendi fecerit non tenetur in foro conscientiae ad re-  
parationem, quia obligatio restitutionis solū oris-  
tur ex causali oblatione alieni: impedire autem for-  
tunā est solū efficere ne aliquid fiat alterius quod  
eius futurū erat, hęc opinio est verisimilior & pro-  
babilior. Alia tamen est securior, videlicet quod  
quandocunq; quis impedit aliū ab aliquo bono vel  
lucro, animo ei nocēdi tenetur restituere, maximē  
si illud lucrum erat in proxima potentia habendi.

*¶* Similiter dicendum est de impediēte alium à le-  
gato: vndē iuxta sententiam Richar. in. 4. dist. 15. si  
quis suggestionē, consilio, sollicitudine, aut aliās im-  
pediat legatum quod aliās Petrus mihi in testamēto  
reliquisset, si hoc faciat animo damnificādi, tenetur  
ad arbitrium boni viri mihi damnificato, nō tamen  
ad tātū quantū erat illud beneficium vel legatum  
quod nondum adhuc habueram, maximē quando  
aliās ne haberē potui impediri. Tho. 2. 2. q. 65. dicit.

**☞** Si iam erat determinatum, talis impediens tenetur  
ad æquiualens. *¶* Impediens aliū à captione auium  
vel piscium, talis secundum dictā opinionē Richar.  
tenetur restituere ad arbitrium boni viri, qui consi-  
derare debet si verisimiliter talem vtilitatē & captu-  
ram habuisset nisi iste impedimentum prestitisset,  
quod & animo nocēdi fecit: secus autē esset dicendū  
secundū aliam priorē opinionem probabiliorem.

*¶ Emens*

¶ *Emens rem furtiuan vel raptam.*

**S**I quis scienter emat rem in bello iniusto raptam vel furtim sublatam peccat mortaliter si intendat ea uti & eam detinere. Et tenetur eam restituere secundum eius optimum statum, siue talis fuerit primus emens, secundus vel tertius: & siue eam alteri vendiderit siue non. Et ne dum rem ipsam, sed & fructus perceptos & qui percipi potuerunt tenetur restituere. Nec excusat illum ementē, nec releuat à restitutione, licet dicat se ignorasse hoc esse prohibitum à iure. Emens autem bona fide talē rem credens eam non esse furatam vel raptam durante tali bona fide nō peccat, nec tenetur eam restituere: sed postquam ei constiterit quòd sit furata non potest eam retinere. Si verò quis scienter emat rem furtiuan ea intentione ut restituat vero domino, bene facit: & potest à non domino à quo eam emit precium repetere. Quod si ab illo rehabere non possit ratio & iustitia dicat ut verus dominus illius rei in cuius vtilitatē emit restituat precium in traditionē rei: quia sic emēdo vtiliter gessit negotiū domini.

¶ Si autem emens scienter talē rem furatā aut raptam, post diligentem inquisitionem non possit inuenire verum dominum illius rei, tenetur precium eius vel rē ipsam dare pauperibus, aut ad piū vsum, etiam cū fructibus eius tēpore detētionis perceptis, & hoc si illam emerit mala fide sciens esse furtiuan.

¶ *Liberans incarceratum pro debito.*

**S**I quis aperiendo ianuam vel fenestras carceris liberet captiuum, vel alio modo facit fugere detentum in carcere, vel in domo clientis aut villici, pro debito pecuniario tenetur ad restitutionem illius summe

summæ propter quam erat incarceratus creditori illius incarcerati, & etiam ad expensas carceris. Et hoc maximè si ille incarceratus potuit se liberare soluendo debitum. Secus si esset ita pauper quòd nullo modo posset soluere: nec haberet parentes, amicos, qui pro ipso soluere vellent: nam tunc talis iniuste detineretur. Posset enim talis cedere bonis, iam cedens bonis non debet pati cruciatum neq; in carcerari pro debito factò ex contractu vel quasi contractu. Contractus est vt emptio, conductio, locatio, quasi contractus est vt tutela vel negotiorum alienorum gestio, posset autem in carcerari & pati corporis cruciatum iuxta illud. Qui non habet in se reat in corpore, si talis debeat alteri ex maleficio sicut est furtum vel rapina. Vel quasi maleficio, sicut cum iudex per imperitiam aut etiam malitiã malè iudicat cum iactura partis.

*¶ De cessione bonorum.*

**S**I quis detineat aliena ex vsura, furto per fraudem commissam in ludis, in mercatibus vel quouis alio modo bona iniusta possideat, debet tantundem restituere quantum iniusti detinet. Nec potest vti illo beneficio iuris de cedendo bonis, neque potest pro sua sustentatione detinere illa iniusta bona, sicut nec liceret pro sua vel suorum sustentatione auferre alienum nisi in extrema necessitate, vbi scilicet per aliam viam non potest saluare vitam. Sic similiter in proposito non licet detinere quod alienum est nisi in extrema necessitate & tunc non manet alienum. Tunc enim omnia sunt communia vnde potius debet mendicare aut quodcunque aliud mediũ querere, honestũ tamen, quo posset se sustentare quam iniustè

iniuste acquisita detinere & inde ali. Sed licite utitur quis illo beneficio iuris de cedendo bonis, quando sic cedendo bonis utiliter gerit negotium suorum creditorum. Exemplum est. Ioannes qui grauatus ære alieno pluribus debet & omnia quæ habet non sufficiunt ut vni vel duobus satisfaciat, puta habet solum artis suæ instrumenta, quibus sibi & familiæ suæ victum quærat & aliquid superlucetur. Iste licite utitur hoc beneficio de cedendo bonis. Nam hoc beneficium cessionis bonorum à iure concessum est in fauorem creditorum, ut utens eo tandem possit omnibus creditoribus satisfacere. Et quando creditores nolint in aliquam dilationem consentire non credentes forte debitoris inopiâ, vel timentes quod nihil superlucrari poterit, non tenetur tamen in foro conscientie illa instrumenta vendere. Ex quo patet quod quidam perperam agunt uti volentes hoc iuris beneficio & cedunt bonis cum iactura creditorum & in fraudem legis sicuti quidam mercatores ære alieno grauati ne à creditoribus molestantur & ut in pompa huius seculi statum intertenere possint ad tempus domum claudunt & postquam ferè omnes principales thesauri & merces eductæ fuerint secreto, quæ remanent pauca venduntur pro creditoribus, & sic cedunt bonis impetrando etiam à principe illius terræ indultum siue mandamentum, quod vulgò dicitur *een quinquernelle* / vel aliud quoduis nomen sortitur in diuersis locis ne possint à creditoribus capi, citari vel molestari. Quo habito post aliquod dies statim iterum liberi ambulant per plateas mercatias exercentes & nemini soluunt. Unde in foro conscientie quæuis quis cedendo bonis tutus sit in foro fori frequenter,



ne possit à creditoribus molestari, nō est tamē tutus  
in conscientia quin teneatur pro viribus laborare om  
nini medio possibili vt creditoribus satisfaciatur.

*¶ Simulatione paupertatis aut sanctitatis ali  
quid recipiens.*

**S**I ego dem Ioanni elemosynam intuitu pauper-  
tatis, siue propter indigentiam & miseriam quam  
in eo exterius video aliās ei non daturus si ipse non  
sit pauper sed satis potens, nihilominus fingit se pau-  
perem & sic non indiget elemosynis, tenetur illas  
elemosynas restituere non mihi, quia eas iam semel  
Deo donauit, sed alteri vero pauperi cui. s. in reme-  
dium animæ meæ vel parentū fundatorum & be-  
nefactorum meorum volui donare. Similiter dicen-  
dum est, si dem alicui quem credo virū religiosum  
& sanctum qualis tamen non est. Secus autem esset  
si paupertas vel sanctitas esset solū causa impulsua,  
vt si simpliciter intendo isti donare qualiscunq; sit,  
moueor tamen & impellor ex hoc quia video eum  
præ se ferre habitum paupertatis aut sanctitatis, tūc  
ille non tenetur restituere,

*¶ Receptum ex adulterio vel die festo.*

**A**Dultera vel fornicaria recipiens ratione operis  
libidinosi munera ab eo qui habet facultatē do-  
nandi non tenetur ea restituere. Similiter nec lucrū  
die festo acquisitum est restitutioni obnoxiiū. Nam  
licet meretrix turpiter agat fornicando: similiter  
mercator die festo merces vendendo peccat, & sic  
vterq; eorum iniquè agit non tamen iniuste, quare  
non est receptio & detentio illius pecuniæ iniusta,  
transfertur enim simpliciter & absolutè de cōsensu  
donantis dominiū in recipientē. Secus est in priori  
casu

casu vbi datur elemosyna vel pecunia solū ob causam paupertatis videlicet vel sanctitatis causa ergo nō subexistēte nō transfertur dominiū: vndē deformatio actus nō est tibi causa quare debet fieri restitutio, sed si aus aut dol<sup>o</sup> siue simulatio, vel poti<sup>o</sup> non existentia causę pro qua datur. Et nō refert vtrū ob causam præteritam detur aut propter futurā. Nam si ego iusto errore deceptus gratia remunerādi deo Ioanni centū propter labores, sollicitudines, obsequia & expensas quas credo eum in negotijs meis impēdisse, quas tamē minimē impēdit æque ipse tenetur mihi restituere ac si pro futuro labore quem subire nollet aut simularet ei dedissem. Non refert etiam in foro consciētix & quo ad methas diuini & naturalis iuris an causa tacita fuerit vel expressa, dum vtriq; scilicet donāti & donatario constiterit.

*¶ Illicitè acquisitum tripliciter dicitur. Thomas*

*2.2. q. 32. art. 7.*

**P**Rimo modo dicitur aliquid illicitè acquisitum, quia quod illicitè acquiritur debetur ei à quo est acquisitum. Et siue non transferatur dominiū illius rei in accipientē vt in furto & rapina, siue transferatur vt in vsura tamen cōpetit repetitio. ¶ Secundo modo est aliquid illicitè acquisitū, ita quod ille qui acquisiuit non potest illud detinere, nec tamē debetur ei à quo acquisiuit, quia ille contra iustitiā dedit & ipse contra iustitiam accepit, vt in symonia & in similibus in quibus ipsa datio & acceptio est cōtra legem Dei. ¶ Tertio modo dicitur illicitè acquisitum non quod ipsa acquisitio sit illicita, sed illud ex quo acquiritur est illicitum: quia tamen acquiritur dominiū ex illo meretricio vel alio turpi quęstu

modò iniustitia non committatur per meretricem:  
sicut plerunq; tamen fieri solet per illas de genere  
leui quæ fraudem & dolum committūt ubi possunt  
exorbitanter pecuniam recipientes, malè & iniustè  
computū facientes, & clam ex bursis lenonum vel  
aliorum pecuniã furantes: nam talia iniustè recepta  
tenētur restituere. Secus de his quæ solū turpiter  
recipiunt pro actū turpi & vsu corporis. Nam me-  
retrix turpiter agit vt dicit beatus Thomas & cōtra  
legem Dei fornicando, sed ipsa acceptio vel datio  
pecuniæ pro huiusmodi illicito commercio non est  
iniusta nec illicita, & hoc propriè dicitur turpe lu-  
crum. Et de illicitè acquisitis hoc tertio modo po-  
test meretrix donare & elemosynam facere. Nec vi-  
detur hic distinctio facienda de meretrice publica  
vel non publica, licet opinio tamen quorundam sit  
de concubina vel meretrice non publica, quòd sit  
obligata ad restituendū quod turpiter sic acquisiuit  
secus si sit publica: quæ opinio videtur minus recta.  
Nam talis cōcubina secretavel meretrix nō publica,  
nō ideo cōmittit aliquã iniustitiã quæ secretè peccat,  
nec detinet de alieno inuito domino, nec etiam tur-  
pius accipit pro primo actū quando publica nō est  
quàm pro actibus sequentibus quādo se iam in pu-  
blicū prostituuerit cum ipsum meretricari sit tantò  
detestabilius & grauius quātò magis scandalosum,  
& quantò diutius infelicè animã detinet alligatam.  
vndè expedientius esset siue minus peccatū secretè  
libidinè explere quàm publicè peccare, iuxta illud.  
Si nō castè tamè cautè. Contra quod nōnulli faciūt  
iactantes se in publico quod virgines deflorauer-  
int, & lætantur atq; commendari volunt in rebus  
pessimis

peſſimis qui per hoc plures ſcandalizant & ad peccandū inducūt, quare graui⁹ peccāt q̄ cæteri ſecretè idem genus operis exercentes.

¶ *De uſurarijs.*

**Q** Vicquid uſurarius ratione mutui in exercitio uſurarum receperit tenetur reſtituere his à quib⁹ recepit, ſi eos nouerit, ſin aut̄ pauperibus vel ad piam vſum: vndè licet ſecundū opinionem quorundā, videlicet Thomæ, Petri de Palude, ac aliorū quorundam canonistarū dominiū uſurarū reſideat apud ipſum feneratorē ſiue uſurarium quia minus habet de inuoluntariō donatio propter mutuū, & minus de iniuſtitia quā habet donatio propter metū mortis vel cruciatus corporis, ſed illa trāſfert ergo & iſta. Non tamē ſecurus eſt ideo uſurarius in conſciētia, nec de obligat⁹ à reſtitutione: nam cauſa quare tenetur pecuniam fenebrem reſtituere nō eſt quia non eſt ſua, ſed quia contra Dei & legis prohibitionē eam accepit pro mutuo, vt ſimiliter ea quæ metu extorſit, quamuis ſua ſunt, tenetur tamen reſtituere metum paſſo. Alexāder de Hales, Altiſidio renſis, Ricardus & plures tenent contrarium, videlicet quòd ipſe uſurarius non habet proprietatem nec verum dominiū illarum pecuniarum, ſed dominiū manet apud illos à quibus uſuræ extortæ ſunt, quia & contractu nullo & cui lex reſiſtit nunquā tranſfertur dominiū: vndè ad habendū dominiū alicuius rei nō ſolūm requiritur traditio & conſenſus tradentis ſed etiā titulus verus, vel putatiuè verus. Ad hoc tamē motiuum dicunt de prima opinione exiſtentes quòd licet principalis dominus. ſ. De⁹ nō cōſentit in actionē uſurę, cōſentit tamen in

eius affectum qui est translatio dominij in accipiens  
tem eam ab alio donante, & sic secundum illos fit  
dominus iure donationis sed illiberalis. ¶ Vtrum  
autem hæc secunda opinio vel prima sit verior pa-  
rum refert ad propositum quo ad restitutionem fa-  
ciendam: nam nemo doctorum theologorum aut  
iuristarum vnquam de hoc dubitauerit an teneatur  
restituere pecuniam per vsuras extortam. Certum  
est enim apud omnes quòd sic: & quòd omnes vsu-  
rarij sunt in statu æternæ damnationis. Et grauius  
peccant curati, verbi Dei concionatores, religiosi,  
ac quiuis alij sacerdotes audientes cõfessiones vsu-  
rariõrũ & eos absoluẽtes, atq; sacramentũ quoduis  
eis ministrantes, nisi cum effectu & ad statim vsuras  
restituunt, modò facultas adsit. Si verò in promptu  
non habeant vndè restituere possint, tenentur tamen  
antequam absolui possunt pœnitere de vsuris præ-  
teritis, & abstinere in futurum saltem firmo animi  
proposito & pro viribus laborare vt restituat quan-  
tum eis possibile fuerit, & non potest confessor dare  
terminos solutionis vsurario habenti facultatem ad  
statim soluendi, vt infra patebit de tempore & mo-  
do restitutionis faciendæ.

¶ *Lucretum ex pecunia vsuraria.*

**S**I vsurarius lucretur aliquid ex pecunia vsuraria  
vel alijs rebus quarum vsus est ipsarum consump-  
tio, non tenetur illud lucretum restituere. Secus  
est de domo, agro, vel alijs rebus habentibus vsum  
fructũ, quia nedũ illas res, sed & earũ fructus per-  
ceptos tenetur restituere, quia sunt fructus rerum  
quarũ alius est dominus deductis tamen impẽsis ne-  
cessarijs & suo labore pro illarũ rerũ cõseruatione.

*Similiter*

Similiter si apud me pecunia Ioānis sit deposita qua  
 vtor & ex ea lucror, non teneor illud lucrum Ioāni  
 deponenti restituere, nisi contra Ioannis voluntatē  
 detinentem diu illam pecuniā ea vtendo, & Ioanni  
 requirenti non vellem tradere. Nam tunc teneor  
 Ioanni ad interesse damni emergentis ex carentia  
 illius pecunię & etiā ad interesse lucri cessantis quod  
 Ioannes habiturus fuisset cum prompta illa pecunia  
 possessionem aliquam redditus aut merces emēdo.  
 Si mutuo Ioanni centū recipiens ab eo pignus cum  
 pacto donec restituerit mihi pecuniam illam, reci-  
 piam fructus illius pignoris vsura est.

¶ *Stipendium ab vsurario recipiens.*

SI doctor aut pedagogus filios vsurarij instruxerit  
 licitū est ei pro laborib<sup>9</sup> & operis impensis pecu-  
 niam recipere ab vsurario, quem tamen prius fortē  
 ignorauit vsurariū. Similiter si probabili cōiectura  
 existimet talē habere sufficiētia præter vsuras, si po-  
 stea ei cōstet quod præter vsuras, nihil aut parū ha-  
 beat, pōt nihilomin<sup>9</sup> stipendiū ab eo recipere ratiōe  
 seruitij honesti ei impēsi. Sec<sup>9</sup> si in turpi causa seruis-  
 tiū q̄s ei impēderit, puta in receptiōe vsurarū vel si-  
 mili. Alijs operarijs & artificibus licet similiter sti-  
 pendii & pecuniā ab eis recipere tam pecuniam fe-  
 nebrem quā aliam, quia pecunia fenebris est sua  
 vt alia quāq̄ ratione fenoris maneat dānificatis ob-  
 ligatus tantundē restituere quantum per vsuras ex-  
 torserit, vel ratione mutui receperit. Et hæc puto  
 maximē vera quādo per hāc ab vsurario pecunię re-  
 ceptionē non fit vsurarius impotēs ad restituendū.

¶ *Emerere, vendere, donum recipere ab vsurario.*  
 NON licet aliquem contractum emptionis, ven-

ditionis, locationis, &c. facere cum vsurario dum-  
modo ex tali contractu fit impotentior ad restituendum  
vsuras. Similiter nec licet tunc donum vel  
munera ab eo recipere. Et ergo quando constat no-  
bis vsurarium nihil vel parum habere præter vsu-  
ras non licet ab illo quicquam dono vel titulo alio  
lucratiuo accipere. Sicut nec ab illo quem constat  
tantum vel plus alijs debere quantum possidet. Si  
autem fenerator habet alia bona præter vsuras tunc  
licet & titulo oneroso atque lucratiuo & dono ab  
**¶** eo recipere. Oblatio autem vsurarij si manifestus  
fit, non est recipienda in ecclesia siue etiã de proprijs  
suis bonis offerat, siue ex vsura. Et hoc ideo, ne po-  
pulus scandalizetur credens Deum muneribus pla-  
cari posse, manente radice peccati. Secus est de do-  
nis quæ licet ab eo recipere modo ex hoc non red-  
datur impotens ad restituendum. Sicut donum  
licet recipere ex mercede prostibuli, sed non obla-  
tionem. Deutronomij 23. Ab vsurario autem non  
manifesto licitum est, nedum dona sed & oblatio-  
nes ad altare recipere, si ex hoc non reddatur im-  
potens ad soluendum. Manifestus vsurarius cen-  
setur esse ille qui est notorius de iure puta quia est  
conuictus vel condemnatus de vsuris, vel quia est  
notorius de facto publicè tenens mensam fene-  
brem, vel quia in articulo mortis confessus est se  
esse & fuisse vsurarium. Et si vsurarius alienauit  
rem illam quam sub vsuris accepit, potest ille ter-  
tius habens talem rem sine titulo lucratiuo, videli-  
cet donationis, vel titulo oneroso emptionis con-  
ueniri, & ab eo dicta res repeti & aduocari offi-  
cio iudicis.

PR  
a  
nec  
sepu  
abfo  
plen  
terin  
Quin  
codi  
inter  
tend  
post  
erit t  
rarijs  
riore  
curru

SIR  
Sali  
nio in  
pecco  
licet i  
mi &  
quon  
rius v  
pecun  
comm  
non e  
tunc  
esset l

¶ *Pæne vsurariorum.*

**P**rimò, ipsi sunt infames infamia iuris. Secundò, ad communionem altaris non sunt admittendæ nec ad oblationes. Tertio, ecclesiastica carere debêt sepultura. Quartò, ad confessionem peccatorû & absolutionem non possunt admitti donec de vsuris plenè satisfecerint, vel idoneam cautionem præstiterint his quibus vsuræ extortæ restitui debent.

Quintò, testaments eorum sunt nulla, similiter & codicilli & quæcunq; alia vltima voluntas. Et nemo interesse debet eorum testamentis quæ facere intendunt. Si tamen vsurarius fecerit testamentum & postea ante mortem ponat cautionem sufficiètem, erit tûc validum. Sextò, qui locauerint domum vsurarijs alienigenis si sint ecclesiastici episcopis inferiores ipso facto sentètiã excommunicationis incurrunt, si laici excommunicandi sunt.

¶ *Recipiens pecuniam ab vsurario sub vsura, & sacramenta à concubinarijs.*

**S**i recepero pecuniã ab vsurario publico propter aliquod bonum, videlicet quia per hoc subuenio indigentia aut necessitati meæ aut meorû non pecco, nec induco talem vsurarium ad peccandum licet in eodè actu ipse peccet, quia ipse parati est animi & mensam fenebrè, atq; domû apertã tenet pro quolibet adueniente: vndè licitum est peccato alterius vti ad bonum, non est tamè licitû ab eo petere pecuniã pro opere illicito, videlicet ad taxilladum, commessandû, & prodigè expendendû. Si verò talis non esset publicus vsurarius, nec parati animi pro tunc exercere vsuras licet prius exercuerit, tûc non esset licitû ab eo petere: nã sic petèdo inducerè eum

tunc



tunc ad peccandum. Sicuti nec licitum mihi est requirere aliquem sacerdotem cōcubinarium, aut in alio peccato persistentem vt missam celebret, confessionem audiat, vel aliud sacramentū administret modò ipse parati animi non sit, nec obligatus pro tunc aliquid illorū facere, quia eum sic requirendo induco ad peccatum mortale quod cōmittit indignè sacramētum tractando. Secus videretur dicendum si peterem aliquid sacramentum à curato meo licet fornicario qui parati animi est, & obligatus suis prochianis sacramenta illa administrare. Nam tunc petendo ab eo quod mihi debitum est non pecco, nec eum induco vt ipse peccet. Cuperem enim vt pēniteret & reuerenter ministraret, & antequā ab eo peterem ipse animo peccauit, quia paratus sedet pro quolibet adueniente audire confessiones, celebrare exequias, baptisare & alia sacramenta ministrare, sicuti de vsurario, & quòd ministrando sacramentum illam irreuerentiā Deo exhibeat & sacramētū eius, illius ego non sum causa. Nam prius per solam voluntatem indignè celebrandi vel sacramentū ministrandi peccauit, Deo irreuerentiam exhibendo.

☞ Propter scandalum tamen populi & quia Deus nonnunq̄ pestes, bella, & alias plagas populo infligit propter illos criminosos ministros, ideo consultum est eos non accedere, nisi in necessitate.

*¶ Emptio & venditio.*

**I**n super fateor me defectuosum & culpabilē quòd in mercando, vendendo, emendo, mensurando, in officio, in arte mechanica nō fui iustus, nec alijs feci quemadmodum mihi vellem fieri. Multipliciter alios defraudaui & iniustitiam commisi istis & similibus

libu  
statu  
laru  
& in  
cion  
mec  
rius  
lean  
nec  
possi  
tang  
tion  
vtilia  
ecclē  
terijs  
cond  
extir  
confi

**T**V  
q  
do no  
preci  
siue i  
obno  
verifi  
sint &  
in me  
diffic  
tract  
ditio  
loris

libus modis atq; medijs. Exprimat ibi quilibet in statu suo modum & numerum deceptionis cautelarum & iniustitiæ, qui modi plurimi & varij sunt, & indies nouæ practicæ adinventiones & perniciosæ subtilitates in diuersis mercantijs & operibus mechanicis reperiuntur, sophisticando merces, cariusq; longè vendendo & commendando quàm valeant. Qui modi & species omnes scribi nequeunt, nec mihi aut cuius alteri confessori omnes cōstare possunt. Ideo ne prolixitas nimia fastidiū generet, tangam solū in hac materia emptionis & venditionis aliqua generaliora magis necessaria atque vtilia vt confessores, curati, prædicatores, cæteri q; ecclesiastici desuper & in alijs præcedentibus materijs alios seculares iuxta vniuscuiusque statum & conditionem informent, errores quantum possint extirpent, & vitia sua atque aliorum corrigant ritè confitendo, pœnitendo, & rectè viuendo.

*¶ Æqualitas mercis & precij.*

**T**Vnc committitur iniustitia & fraus in mercãtijs quãdo res pluris vèditur quàm valeat, vt quando non seruetur proportio & æqualitas mercis & precij. Et sic quicquid vltra verum valorem mercis siue iustum precium receptū fuerit est restitutioni obnoxium, & hoc si sit saltē aliquod notabile. Nam verisimile est vt dicit Scotus quod partes contentę sint & velint sibi inuicem remittere & condonare si in modico ab illa iustitia & pportione deuiēt, quàm difficile est ad punctum seruare : vndè in istis contractibus permutationis rei ad rem emptionis, venditionis, locationis, &c. debet seruari æqualitas valoris hineinde secundum rectam rationem, & talis æqua-

æqualitas & iustitia non consistit in indiuisibili vt  
pulchrè deducit doctor subtilis in.4. distin. 15. q. 2.  
Nam istud medium quod iustitia cõmutatiua recipi  
cit nõ est mediũ rei sed rationis, sicut aliæ virtutes  
mortales habent mediũ rationis & sic in isto medio  
est magna latitudo.

*¶ Latitudo iusti precij.*

Iustitia precij & æqualitas mercis ad precium non  
potest semper ad extremum fieri, nec consistit in  
indiuisibili, sed habet quandam latitudinem quæ  
non excedatur non censetur iniustum precium. Ex  
emplũ, modius siliginis venditur nõc pro promptu  
pecunia. 20. stuf. vel. 20. stuf. & dimidio: & à quibus  
dam. 21. stuf. ad summum: quodlibet horum trium  
preciorum iustum reputatur pro nunc secundum  
communem estimationem hominum vt suppono.  
Si ergo excedo illam latitudinem est iniustitia, puta  
si modium talis bladi vendam nunc. 23. stufe. nunc  
tunc excedo latitudinem iusti precij in. 2. stuf. quod  
teneor emptori restituere. Similiter si emptor emat  
ab aliquo ignorante verum valorem det solũ. 18.  
stuf. tunc deficit à iusto precio in. 2. stuf. Et suppono  
quod blada sint equè bona & equales expẽse hinc  
inde in aduectione, &c. facte. Vndè triplex diffin  
guitur qui solet communiter à doctoribus gradus iusti p  
cij. Primus est pius qui est precij minoris. Secundus  
discretus qui est precij mediocris. Tertius, rigidus  
qui est precij maioris. Exemplum, sint hic aliqui  
petiçpanni ex anglia vel venetijs aduecti eiusdem  
bonitatis, laboris, artificij, & expensarum harum  
tiarum à diuersis mercatoribus erit diuersa taxatio  
& precij æstimatio. Nam secundum varia cap  
sententia

sententias & affectiones diuersorum mercatorum merces frequenter æstimantur diuersorum valorum licet in se sint æquæ bonæ. Exempli gratia, quidam mercatores estimabunt quamlibet illarum pestiarum ad. 60. renens. & hoc dici potest precij limes & gradus pius, alij. 60. cum medio, & est gradus discretus. tertij. 61. & est limes siue gradus rigidus & seuerus, propter varietatem ergo emptorum & venditorum aliqui istorum pannorum vendentur pro. 60. alij pro. 60. cum dimidio. alij. pro. 61. & vbi que seruabitur iustitia.

¶ *Media cognoscendi valorem mercis.*

PRimum atque principale medium & manu-  
ductiuum ex quo cognosci potest valor mercis est communis æstimatio hominū præcipuè mercatorum illis & similibus mercibus vtendo mercimonia sua exercentium, sed istud non est sufficiens manu-ductiuum & modus cognoscendi verum valorem, quia frequenter sunt æstimationes contrariæ mercatorum etiam notabiliter de valore alicuius mercis. Item venditor quandoque habet mercem ita raram, quòd non habetur æstimatio in communitate hominum de eius valore vel paucissimi sunt scientes. ¶ Secundum medium cognoscendi, est precium quod ipse venditor rationabiliter exposuit pro tali merce. Nam tantum & regulariter plus potest exigere, non tamen semper, quia si merx est deteriorata in se vel in æstimatione hominū puta, quia multæ similes merces iam adductæ sunt, vbi prius erat illarum raritas, vel si illas merces emendo fortè deceptus fuerit, & cæt. tunc precium talis mercis minuitur, & sic vendentes  
tales

tales merces quandoque perdunt notabiliter vt experientia docet. ¶ Tertium, rationabiles labores, industriæ, sollicitudines, & expensæ factæ in illis mercibus aduehendis per mare vel ex longinquis terris procurandis. ¶ Quartum, periculum. Nam adducens, conseruans, vel faciens mercē sepe habet expectare & subire pericula in persona sua, in familiaribus, in rebus, &c. & secundum hoc plus potest exire, & carius merces illas vendere. ¶ Quintum est, quantitas, multitudo, & varietas illius mercis atq; raritas. ¶ Sextum, melioratio illius mercis & expensæ factæ in eius conseruatione. ¶ Septimum, est utilitas reipublicæ. Item affectio & hominū indigentia. ¶ Octauum est, statutum, consuetudo, atq; ordinatio alicuius ciuitatis vel communitatis, sicuti precium certum communiter ordinatum est in pane emendo, in ceruisia, in carnibus. Et similiter tempore belli caristiæ, in aduentu regis & dominorum quandoq; statutum fit, ne exorbitäter res suas plus iusto vendant, quòd certo precio vendantur merces, præcipuè blada & ea quæ escam & potum concernunt, & tunc non licet illud preciū trāsgredi, & est minus periculosa negotiatio cum illis mercibus quarum precium est taxatum per constitutionem aliquam. Similiter etiam quādo precium satis verisimiliter constat ex consuetudine & communi vsu illarum rerum & multitudine vendentium. Sed magis periculosa est illa negotiatio, quando quidam mercatores comparant sibi gēmas atq; alias merces incognitas in quocunq; genere, qui vulgo dici solēt **auenturæ** quia eorū quæstus est merè fortuitus, quos etiam rarò videmus ditari, & si ad tempus ali-  
quando

qua  
aliqu  
cū  
fit,  
ca  
rum  
fas  
siuē  
alio  
rei v  
mun  
illa n  
de n  
totiu  
quol  
utilit  
dicit  
mor  
cio n  
atten  
emp  
pter  
vale  
dere  
quod  
habe  
ditur  
max  
merc  
get,  
nec p  
eā v

quando aliquē thesaurū accumulauerint, sicuti etiā aliqui Alchimiſtę quandoq; attentant ſtatim euaneſcūt eorū diuitiæ & depauperātur. Quod enim citò fit, citò perit. Sicut etiam rarò videmus quosdā mercatores proficere qui omnia genera mercemoniorum exercere volunt, & quidam mechanici, diuerſas artes aut opera mechanica aut ſimul aut ſucceſſiue exercere volunt, nonnunquā cum ipſorum & aliorum etiam iactura. Et fit hic ſermo de valore rei vſuali & forenſi quæ attenditur ſecundum communem æſtimationem hominum ſecundum quòd illa res venit in vſum & profectum hominum, non de naturali: quia ſic muſca plus valeret quàm aurū totius mūdi. Animatū enim ſemper præſtantius eſt quolibet inanimatò. Nec valor attēdi debet ſecundū vtilitatem ementium, quia ſic herba aut potio medicinalis quæ valet alicui egroto ad liberationem à morte vel perpetuo languore vendi poſſit pro precio maximo & inæſtimabili. Item non debet etiam attendi ſi emptor multum iuuetur & lucretur ex re empta & quæſtum magnum ex ea faciat. Nam propter hoc venditor non poſteſt carius vendere, quàm valeat in communi curſu. Nemo enim poſteſt vendere alteri, quod ſuum non eſt. Sed ſi venditor aliquod damnum ex carentia & venditione talis rei habeat, nō ſolūm reſpiciendum eſt ad rem quæ venditur ſed etiam ad damnū quod venditor incurrit, maximè ſi vendat eam ad requēſtā emptoris illam mercē requirentis, quia ei maximè afficitur aut indiget, quā aliàs fuiſſet vèditor veriſimiliter ſeruatur⁹ do nec plus eſſet valitura: nā tūc liceret vèditori pluriſ eā vèdere quā tunc valeat, quā aliàs pateretur intereſſe.

R

¶ Fraus

Fraus in mercib' triplex in }

 Quidditate } Numero  
 Qualitate } Pondere  
 Quantitate } Mensura  
 } Tēpore.

¶ Primò in quidditate siue substantia fit deceptio & iniustitia: vt si vendatur auricalcum aut aliud aurum falsum siue alchmisticum pro puro & vero auro: vna gemma aut lapis pro alia: bladam aut aroma mixtū pro puro: vinū patrię pro vino fracię, aut vinū fracię pro belnensi: pictauiēse aut hogardiense pro renensi, & sic similiter de alijs de quib' quisq; in suo statu nouerit fraudes multiplices & practicas subtiles quib' practicādo sibi bona tēporalia quā plures per hoc amittunt æterna. Quilibet modum suę mercationis discreto confessori aut viro docto etiam extra confessionem exponet, petendo sanam desuper consiliū quę iusta & quę iniqua sint. Sunt enim plurimi casus verè vsurarij inter quosdā mercatores quos per ignorantiam (quę tamen non excusat) putant esse licitos, cuius defectus frequenter est, quia simplices religiosos aut alios seculares confessores cæcos quærunt, & sic cæcus cæco ducatum præstat. Nec satis est eligere confessorem sanctę vitę imò magis expediens est pluribus egentibus sano consilio vt doctū confessorem adeant & nō multum deuotum, quā deuotum & non doctum si vtrunque haberi non possit, scilicet sanctitas vitę & veritas doctrinę.

¶ *In qualitate.*

SECUNDò in qualitate fit fraus, vt cū venduntur carnes infectę & antiquę pro bonis & recētibus aromata antiqua & virtute debilitata pro nouis: cor  
rium

rium fragile pro durabili: vinum corruptum & cor-  
 rosum pro bono puro: domus ruinosa pro firma:  
 animal infirmum pro sano: equus stricti pectoris vel  
 alium defectum secretum habens pro non defectuoso.  
 Unde licet non semper teneatur venditor omnes  
 defectus latentes rei venalis manifestare maximè  
 quando non vergunt in damnum aut periculum no-  
 tabile emptoris, tenetur tamen tantum subtrahere  
 de precio & eam minoris vendere secundum qua-  
 litatem & multitudinem defectuum. Similiter lici-  
 tum est pannos, ligna, pelles, & alias merces pul-  
 chriores supraponere in ostensione & expositione  
 ad vendendum sicut communiter ab omnibus mer-  
 tatoribus etiam timoratae conscientiae fieri vide-  
 mus licet subtus & in medio non tam bonae sint,  
 sed tantò minori precio vendi debent: unde non li-  
 cet tam carè & pro equali precio omnes illas merces  
 inferiores vt superiores vendere quia non tantum  
 valent. Et ideo carius vendi possunt illae merces his  
 qui electionem habent vt meliores ex illis praeligere  
 possint quàm alij qui insimul sicut iacent eas emere ha-  
 bēt. Tabernarij similiter licitè quandoq; possunt sua  
 fortia & fumosa vina cum alijs debilibus miscere vt sint  
 magis potabilia & delectabilia & non tam facilè inebrianda  
 sicut pura, sed hoc facièdo imponèdo aqua vel a-  
 lia vina leuia saltè in notabili quantitate, tenetur tunc  
 secundum ratam subtrahere de precio. Similiter in libris &  
 alijs rebus cuiusuis generis in qualitate & dispositio-  
 nibus fit frequenter dolus & iniustitia dicèdo libros esse  
 correctos, vbi tamen incorrecti sunt vel defectum ali-  
 què habent licet secretum, affirmando eos esse in tali  
 loco vel à tali viro impressos, editos atque ligatos,



vbi veritas non subfuit. Et cum nouiter quidam libri in lucem prodierunt & imprimuntur, non nunquam exorbitanter & nimium precium capiunt hi qui imprimunt, aut vendentes. ¶ In artibus & officijs mechanicis & exponendo merces venales infinitis modis iniustitia, fraus & dolus à quibusdam committitur, qui tamen raro proficiunt, sophisticando merces & colorem & apparentiam in conspectu hominū dantes, quæ in vsu rei ad statim pereūt, lumen subtrahendo, in tenebris vendendo, pannos huius regionis vendendo pro anglicis, &c. & sic similitur de alijs mercibus.

¶ *In quantitate.*

**T**ertiò, in quãtitate quadrupliciter communiter fit iniustitia & deceptio. ¶ Primò in numero. Sicut quidam vendendo merces per petias & numerum, tam agiles manibus & subtiles sunt in numerando, quòd quosdam etiã præsentes præcipuè simplices decipiunt, qui cum domū venerint integrum numerum non percipiunt, nec venditorem inuenire possunt vt defectum compleat, vel si eundem inueniant, ipse superaddere recusat dicens se optimè numerasse. ¶ Secundò in pondere. Nam pondera contingit esse iniqua tripliciter. Primò quando venditor habet diuersa pondera: vendendo vtitur minoribus: recipiendo verò merces vtitur maioribus. Secundò si pondus sit iustum & mensura, tamen fraudulentè vtitur eo, ponendo digitum aut ceram sub vna libra vel pondere, aut humectando, vel aliquid aliud facièdo quod illud grauius redditur. Tertiò accidit quando res ponderosior fit tempore venditionis: sicut quidam lanam & linum,

linum, ac in quibusdam locis etiam panem aqua humectant & super terram humidam reponunt ut tãtò ponderosior sit. Vndè in præparatione lanæ & pannorum varijs modis fraus committitur, ut nouerint qui talem materiam tractant & quandoq; defectus tam latentes sunt, ut prima facie etiam ab expertis mercatoribus difficilè iudicari & vix discerni possunt. Similiter etiam in panis lineis eos lacte vel alia materia dealbando fraus multipliciter committitur. In quibus tamè sicut etiam in panis cericeis facilius quàm in panis laneis error deprehendi potest. Vndè tales dolosi mercatores simulantur araneis, quæ telam tendunt ad capiendùm muscas: ita isti parant laqueos & telas suas ad decipiendùm simplices. Fit etiam fraus in pondere monetæ ut suprà dixi, sicut quidam passim aurum non legitimum ponderis exponunt ac si pondus sufficiens haberet, aut pro pluri exponunt si excedant in pondere denarij, quàm sint valuati, & in cursu. ¶ Tertiò in mensura fit deceptio, sicut quidam habent vlnas breuiores deliberando & vendendo pannos alijs, & longiores recipièdo, & agilitate sua præponendo pollicem aut alio modo bonam mensuram non dant, vel pannos nimium extendunt & in pressura forti diu ponunt, extorquendo omnia viscera, adeò quòd diu durare non possunt, vel lanam carbonibus aut alijs instrumentis subtiliter pannis eleuant atq; iterum complanant. Alij vinum, ceruisiam, oleum aut alios liquores iniqua mensura vendunt habentes amphoras nimis paruas, vendentes spumam pro ceruisia, &c. ¶ Quartò ratione temporis fit damnum & fraus & hoc dupliciter. Primò quando est nimia solutionis protelatio siue dilatio,

sicuti quidam non tam ex impotentia quam ex tenacitate & auaritia semper differunt de mense in mensem, & de anno in annum frequenter solutionem, quia nimis delectantur in denarijs quos bis aut tertio vertendo inspiciunt antequam cum tristitia exponunt. Secundò ratione temporis fit iniustitia quòd merces carius venduntur ad terminum quam pro prompta pecunia principaliter propter dilationem solutionis. Quomodo autem hoc quandoq; licitum est & quomodo illicitum, doctrinam sequentem nota.

*¶ De venditione ad terminum.*

**L**icitè pannum, blada aut alias merces vendere possum cariori precio Petro promptam pecuniam non habenti, sed petenti terminum solutionis quam Ioanni ementi idem prompta pecunia, modo non excedam latitudinè iusti precij, vt in prædicto casu de pannis possum Ioanni vnà petià panni vendere pro. 60. & Petro pro. 61. Insuper etiam excedendo illam latitudinè iusti precij possum licitè carius panes vel merces vendere, ad diem vel certum terminum ratione interesse damni emergentis vel lucri cessantis, quod patior propter dilationem solutionis. Vnde si in vera conscientia ausum & rectè dicere possum quòd sum indifferens, vel mallè talè pannum recipièdo promptam pecunià vendere pro. 60. vel. 61. quæ est latitudo iusti precij quæ expectando solutionem ad annum vel duos pro. 64. vel. 68. &c. tutus sum in conscientia. Nam tunc propriè non accipio partem illam egredientem latitudinè in ratione precij sed pro refusione mei interesse. Sicut in mutuo licitum est ratione interesse ultra sortem recipere & in pactum hoc deducere, & hoc certum est de interesse damni emergentis loquendo,

& verum etiam puto intelligendo de interesse veri  
 lucri cessantis, de quo tamē beatus Thomas & qui-  
 dam alij contrarium sentiunt. Sed videat quilibet  
 ne mentiatur iniquitas sibi. Vndē plurimi dicunt vt  
 timeo subesse interesse propter dilationem solutio-  
 nis & venditionem ad terminū vbi tamen nō est ve-  
 rum interesse vel non tantū vt dicunt & quantō  
 ratione illius carius merces vendunt. Et tunc illicitū  
 est quia sic principaliter ratione temporis ca-  
 rius vendunt & plus recipiunt. Vndē duæ sunt re-  
 gulæ secundum Scotū vt licitē aliqua res licitē ven-  
 datur & ematur sine vsura & iniustitia. Prima est  
 quōd non vendatur tempus quia non est ipsius ven-  
 dentis sicut nec ementis. Secunda quōd venditor  
 nō ponat se in tuto de lucro vel semper vel vt in plu-  
 rib' nec etiā emptor. Vndē de vēditore & emptore  
 cōsimiliter iudicandū est. Sicut enim vēditore plus  
 iusto vendēs & recipiēs vltra latitudinē iusti precij  
 tenetur emptori restituere quantū plus iusto rece-  
 perit si eundē reperire possit aliās pauperibus. Ita si-  
 militer emptor si minus iusto precio emat sub latitu-  
 dine iusti precij tenetur venditori refundere quan-  
 tum minus iusto dedit pro merce. ¶ *Doctrina.*

**S**I scire velis an fraudē vel iniustitiā vēdendo com-  
 miseris cōstitue te in locū emptoris & interroga  
 propriā tuā conscientiā, an ne iudicares te deceptū  
 si eadē merces tali precio ab alio emisses: vndē pro-  
 pria conscientia optimus iudex & testis erit in his  
 & multis alijs. Si ergo iustus velis esse mercator  
 & pro modico commodo & diuitijs terrenis non  
 perdere nobilem thesaurū animæ & cœlestes eter-  
 nas diuitias, Fac semper alteri vendendo, emendo,

& quodcunque aliud officium vel opus exercenda  
sicut tibi velles fieri.

¶ *Casus.*

¶ Si blada emo adhuc in campo crescentia, vel tri-  
na in vite antequam sint matura, si verisimile est  
quòd illi fructus vel segetes plus valebunt tempore  
collectionis quàm nunc valeant, iniustum est. Secus  
si de hoc probabiliter dubitatur an tunc plus vel tri-  
nus valebunt.

¶ *Casus.*

¶ Si tempore vindemiarum vina, vel tempore meli-  
sis blada emi vili precio, vt postea carius ea vendam  
non committo vsuram vel iniustitiam, si emo pro  
precio communi pro tunc currente tempore meli-  
vel vindemiæ, quod est satis exiguum, quamuis etiam  
proponam & verisimiliter scio quòd ea carius ven-  
dam sicuti communiter mercatores faciunt. Sed po-  
test esse & frequenter est turpe lucrum. Primo si  
est persona ecclesiastica. 14. q. 4. Quæcunque tem-  
pore. Secundo si hoc fiat principaliter ex cupidi-  
tate & avaritia,

¶ *Casus.*

¶ Ego mutuavi Ioanni vetus granum siliginis vel  
frumenti vt postea ab eo nouum recipiam, quod tem-  
pore solutionis scio verisimiliter plus valiturum quàm  
istud vetus nunc vel tunc valeat, vsuram committo.  
Similiter si mutuem vt meliorationem recipiam. Sed  
si mutuo ei ne frumentum meum pereat & non au-  
fero ei libertatem quin possit mihi soluere vetus &  
facio ei gratiam atque amicitiam mutuando: quia bla-  
dis illis indiget non pecco, licet aliàs illud detinendo  
damnum passus fuisset, quia fortè vermibus corro-  
sum vel aliàs destructum fuisset. Nam sine aliqua ini-  
iustitia possum consequi meam vtilitatem, quando  
hoc fit sine alterius iniuria & præiudicio.

¶ *Remedia*

¶ *Remedia contra caristiam.*

**A**D præsides regionū & magistratus ciuitatum & communitatum pertinet obuiare penurijs & caristiæ his modis quibus possunt.

¶ Primò vt tempore belli vel pestis, & tempore immediatè sequenti quando nonnunquam sequi solet caristia, taxent rati onabiliter preciū, & statutū faciāt ne blada, vina, ac alię merces magis reipublicę necessariè pluris vendātur quàm pro statuto precio.

¶ Secundò prohibere expedit ne tales merces ad alienigenas regiones extra patriam euehantur.

¶ Tertiò cogantur diuites si bonis persuasione- bus facere nolint vt blada quibus maximè abundāt alijs egentibus cōpetenti vel statuto precio vendere debeant. Et similiter de alijs quibus populus eget.

¶ Quartò expedit etiam mittere impēsis oppidi, vel communitatis quosdam ad alias regiones abun- dantes, vt prouisionem necessariam faciant, & ad- mitti debēt rerum utilium aduectores vndecunque aduenerint ( licet fortè prius admitti non solent) modò exploratores traditores aut inimici esse non præsumantur.

¶ Quintò inutiles multiplices commestationes & ingurgitationes prohibendę sunt, ribaldi poten- tes & ociosi omnes ad labores coercendi sunt.

¶ Sextò exterminari debēt (si moniti nō desistāt) publici peccatores, propter quorum blasphemias, adulteria, periuria, vitia contra naturam, aliaq; hor- renda peccata nonnunquā à Deo caristia, bellum, pestis, & aliæ plagæ hominibus immittuntur, quo- rum pœnis placatur frequenter altissimus, sicut sus- pēdio filiorū Saul placatus fuit Deus terræ tēpore

famis, quæ contigit tempore Dauid. 2. Regum. 21.

¶ Septimò prouidere debent magistratus & re-  
tores cõunitatis apponèdo pœnas pecuniarias,  
vel alias cõdignas ne in mercib' fiat fraus & sophis-  
tatio neq; corruptio, praua mixtio vel putrefa-  
ctio pœcipuè in carnibus, bladis, vinis, & alijs nutri-  
mentis ne homines mortem vel notabilem infirmi-  
tatem ex aliquo illorum incurrant, & ne fiat dimi-  
nutio in mensuris & ponderibus, &c. Inducentes  
caristiam pœcipuè in bladis & alijs victualibus ma-  
gis vulgò necessarijs grauiter peccant, quia peccant  
in remp. sicut prius dictũ est de grauitate criminis  
peculatus. Et puniuntur nõ modò in foro Dei sed  
etiam ciuili. Nam puniuntur pœna 10. aureorum.  
l. 2. ff. ad. l. Iuliam de anno, & etiam corporaliter.

¶ *De monopolijs mercatorum.*

**M**ercatores per sua monopolia, cõuenticula, con-  
uentiones atq; contractus frequenter grauant  
& defraudant rempublicam, & caristiam inducunt  
in certis quibusdam victualibus, aut alijs mercibus,  
pluris notabiliter eas vendendo quàm valeant &  
quàm venderentur si pãssim & liberè alij etiam per-  
mitterentur similes merces vendere. Et fiunt Mo-  
nopolia, & caristia inducuntur multipliciter. Ali-  
quos generales modos tangam. ¶ Primò. Si quis  
propria auctoritate vel etiam auctoritate rescripti  
Imperialis impetrati vel impetrandi vel alio modo  
prætendat vt sibi soli liceat exercere certam quan-  
dam negotiationem vel officium aliquod mecha-  
nicum in aliqua ciuitate vel communitate, & sic re-  
pellit quoscunq; alios volentes similes mercãtias  
vel officium exercere. Et tunc tales merces ad libi-  
tum

rum vendit notabiliter plus recipiendo quam valeant, quare tenetur ad restitutionem reipublicæ, & etiam priuatis quos nouerit se decepisse. Quandoque etiam librorum impressores imprimentes cum priuilegio Regis grauant & defraudant studentes, vendentes libros ad nutum eorum, capientesque precium notabiliter excessiuum, quia sciunt quod alibi non poterunt ad certos annos tales libri reperiri. Fateor tamen quod primi imprimentes propter laborem maiorem sollicitudinem & impensas plus lucrari & pluris tales libros vendere possunt quam posteriores regulariter modò exorbitantes non sint. Sicut etiam videmus in prima adductione alicuius mercis regulariter propter nouitatem & affectionem populi, pluris tales merces venduntur. Et etiam licitè, quia tunc tales merces raræ sunt quæ postmodum quando est abundantia & non tanta indigentia aut affectio hominum. ¶ Secundo suppositio quod plures aut quidam alij reperiantur similes merces habentes aut talia officia exercentes. Sunt tamè quidam inter eos potentiores pactum & monopolium facientes atque inter se conueniunt quod non minori aut remissiori precio vendent tales merces semper quandiu vixerint, aut per certum tempus annorum & poenam pecuniariam desuper imponunt quam luent excedentes & contrauenientes, vel ipsi emunt omnes merces aduenientes, quare alij coguntur ab eis emere & immoderatum precium ad libitum illorum dare, nec prætendunt præcisè per hoc se seruare indemnes aut moderatè lucrari, sed auiditate & avaritia ducti & quandoque ex quodam animi rancore aut inuidia erga alios mercatores ut ipsi soli dicentur talia



monopolia faciunt. Non semper tamen peccat imò  
aliquotiens consultum est vt quidam mercatores  
eiusdem sortis & conditionis simul emant aliqua  
bona ex portugalia, hispania, vel alia regione longin-  
qua ad hanc patriam adducta, vt sic cōpetens & mo-  
deratum lucrum atq; quæstum faciant & reip. pro-  
uideant, alijsq; simplicibus mercatoribus qui pote-  
res nō sunt vnica vice expendere magnam pecuni-  
summam & facere magnam prouisionem quando  
non ponunt precium notabiliter excessiuum pro-  
pter hoc quòd ipsi soli tales merces habeant. ¶ Iu-  
stū est enim & cōsulit. Hostiē. ad hoc quòd merca-  
tores suas mercantias, & mechanici sua officia exer-  
ceant, bona fide sciant quantum possunt licitè lu-  
crari in mensura olei, vini, bladorum, fructuū, &c.  
vel quātum possunt pro libra vel vlna vltra id quod  
emerunt vendere in recompensationem expensa-  
rum factarum in adductione & conseruatione illa-  
rum rerum. Item pro curis, industria, & sollicitudi-  
nibus, & propter pericula quę subeūt, &c. Non ex-  
pedittamen nec est licitum quòd tales mercatores  
inter se pactum faciant conueniendo, quòd nullus  
eorum vendet tales merces remissiori precio: quàm  
ipsi inter se conueniunt & concipiunt: nam liberum  
debet esse forum rerum vt non astringat se quis pa-  
cto, nulli se facturum gratiam in venditiōe illarum  
mercium: nam precium iustum habet aliquam lati-  
tudinem vt suprā, intra quam si recipit vēditor, ma-  
nebit indemnis à damno emergenti & etiam luci  
cessationis, sic quòd adhuc habebit lucrum compe-  
rens etiam si non in extremo vel rigido gradu lati-  
tudinis vendat. Iam per prædictum pactum aut mi-  
nopo

nopolium contingeret pacifcenti præcludi viam vt non nisi in rigidissimo gradu iusti precij venderet, cum tamen gratiose & sine suo damno posset illas merces vendere remissiori gradu & precio. ¶ Tertiò fiunt monopolia si quidam soli sciant aliquam artem aut officium, paciscuntur inter se quòd neminem aliorum illam artem docere possunt, vel si aliquem doceant exorbitantem vel irrationabilem exigunt pecunię summam, aut solùm instruunt eos qui sunt de eorũ parentela & sanguine, vt sic ipsi soli lucrum consequantur & immoderatum recipiunt stipendium ex tali arte vel officio cum iactura aliorum & reipublicę. ¶ Quartò si aliqui artifices vt scriptores, carpentatores, pictores, lathomi, chirurgici aut quouis alij inter se conueniunt vt opus ab vno inceptum nemo aliorum perficere possit, & sic opus ab vno inceptum frequenter manet impletum cum præiudicio & magno damno eius cuius est, quia incipiens continuare nequit, & propter pactum illud alij proficere non possunt. Nonnunquam etiã monopolia diuersa fiunt inter aurigas, nautas, locatores equorum, & in quolibet alio statu, atq; officio mechanico, vt quisq; in sua conditione, arte, & opere melius nouerit.

¶ Vnde prædicta & similia plura monopolia reprobantur, non solùm lege positua humana, quę decreuit quòd exercentes monopolia primo modo debent proprijs bonis spoliari & perpetuo exilio damnari. Exercens autem alijs modis debet in alia pecuniaria pœna puniri. Sed etiam damnantur naturali lege & ratione. Nam illud quod tantummodo est propter priuatum commodum in notabile grauamen proximorum & perniciem reipub. & cum hoc præcludit

præcludit viam benefaciendi proximo est illicitum, sed hoc in proposito ergo, &c. Si enim aliquod particulare membrum corporis naturalis conaretur propter suum tantum commodum illud agere quod in pernitiæ totius corporis vel aliorum membrorum redundaret. Aut prohiberet beneficium cæteris membris impendi & toti corpori. Illud tanquam perniciosum membrum esset rescindendum, ergo sic etiam est in corpore mystico cuiusmodi est ecclesia sancta & etiam respublica, quare tales mercatores etiam præsciendi debent & eijci sicut dominus ementes eiecit de templo.

*¶ Præsciens merces superuenturas.*

**S**I ego vendo merces meas pro precio quod nunc communiter currit non pecco nec contra iustitiam facio, si quod futurum est non manifesto. Nec teneor propterea remissiori siue viliori precio vendere, quantum scientia multas consimiles merces breuiter superuenturas, propter quarum aduentum precium earum breuiter diminuetur. Non esset tamen licitum si ad statim notabiliter augetur precium bladorum vel aliarum rerum scientes tales merces copiose in breui superuenturas quod alios latet. ¶ Conrardus de contractibus tract. 3. q. 62. videtur contrarium sentire dicens. Si venditor scit hoc pro certo vel probabiliter quod multæ similes merces in breui superuenturæ sint ad has regiones, debet precium diminuere, quia propter presentiam similium mercium que licet iam in hoc oppido nondum adhuc presentes sint: sunt tamen in brabantia vel in portu maris aut loco vicino & breuiter huc adducentur, valor illius mercis non est tantus ut prius erat, sed deo crescit sicut eius valor crescit ex defectu, adeo quod merx illa cuius est copia in tali regione non est tanti valoris

loris quāti esset si penuria eius aut paucitas adesset. Sed si venditor non præscit hoc quāuis statim adueniant copiosè similes merces quæ etiā tempore venditionis fuerunt in hac regione aut loco vicino, non tenetur ad aliquam restitutionem si vèdat pro precio currenti. Hæc opinio est magis secura, credo tamen cum beato Thoma primam esse veriore.

*De restitutione iniustorum. Regula.*

**O**bligatio restituendi in rebus furatis mercædo, bello, consulèdo, vel quouis alio modo iniustè detentis commensurando est semper causali ablationi & detentioni alieni. Nullus namq; restituere tenetur nisi qui manualiter vel causaliter alienum vel abstulit vel detinuit & omnis etiam talis ad restitutionem tenetur: vndè. 9. sunt modi curandi cum fure contenti his versibus.

*Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,  
Participans, mutus, non obstans, non manifestans,  
Currere cum fure faciunt, furti q; teneri.*

**Q**ui ergo sex primis modis currūt cū fure semper peccāt & iniustitiā faciūt, quia sua culpa damnū dāt suo proximo. Et ergo tenētur tantundē restituere quantū suis consilijs, mādatis, &c. proximū realiter damnificauerint. Qui enim occasionem damni dāt, damnū dedisse videtur. ex. de iniu. & dā. c. si culpa.

**P**atet ergo plurimos esse in diuersis statibus hominum, qui obnoxij sunt ad restitutionē & reparationem proximis faciendā, licet etiā nulla bona iniusta possideāt nec vnq̄ possiderūt. Illi. s. qui suis cōsilijs adhortationib<sup>9</sup> applausu mādatis vel quouis alio modo causa dānificationis & iniustitię fuerunt proximis. Si enim induxerim Ioannem vel cōsilio aut alio modo

modo causa fuerim quòd abstulerit à Petro 100.  
renés. furtiuè, ego teneor laborare vt illi 100. Petro  
restituatur, vel per Ioannem qui eos possidet si hoc  
efficere possim. sin autè ego de proprijs bonis meis  
teneor Petro illos 100. renensés tradere licet nun-  
quam in vno floreno ex illis 100. particeps fuerim  
cum Ioanne. ¶ Videant ergo sollicitè & caueant sin-  
guli ne quouis modo sint causa damnificatiõis pro-  
ximi, præcipuè confessores & cõsiliarij principum,  
ac etiam curati, prædicatores, cõfessores, consules,  
& rectores patriarum & ciuitatum attendant ne fa-  
ciles sint præcipuè de negotijs arduis & magnæ im-  
portantiæ in cõsilijs & diffinitiuis sententijs dandis,  
de bello acceptando, quando nõ constat de iustitia,  
de exactionibus & præstantijs insolitis, & talibus ini-  
iustè atq; irrationabiliter imponendis. Similiter iu-  
dices, assessores, aduocati, procuratores vigiles sint  
& caueant ne muneribus corrupti, fauore, consan-  
guinitate, vel alia indebita causa falsam dent & ini-  
iustam procurent sententiam dandã, vel alio modo  
per negligentiam culpabilem occasio sint damnifi-  
cationis partis iniustè lesæ, &c. ¶ Sunt namq; non-  
nulli eo errore ducti & si de quibusdam confitean-  
tur quòd causa fuerint dãnificationis, putant tamen  
se non esse obnoxios ad aliquam restitutionem fa-  
ciendam modò ipsi de bonis iniustis non commu-  
nicauerint, nec aliquam iniusta apud se detineant.  
Et vtinam adhuc plurimi non participarent de præ-  
da, nec intrarent sacculum pertusum quæ à miseris  
cõtribuuntur. Veruntamè aliquando præcipiès aut  
consulens non semper tenetur totum ablatum re-  
stituere, sicut tamen videtur sentire Innocentius &  
Panor.

Panor. Imò aliquādo nihil debet restituere, puta si ego suaferim Ioanni quòd auferat à Petro centum renens. quos aliàs etiam sine consilio meo fuisset ablaturus, si hoc mihi certū sit non teneor ad restitutionem aliquā, quia non sum causa ablationis alieni quāuis mihi placeat & in ea consentio, quare pecco.

¶ Quandoq; etiam præcipiens aut consulens tenetur solū partem furti vel rapinæ restituere, vtputa si iussi aut consului Ioanni aliàs furtum commissuro, sed non tantū accepisset nisi consilium meum interuenisset: nam si aliàs solū. 50. Renens. aut valorem illorum accepisset sed meo hortatu accipit centum, iam ego teneor 50. restituere Petro, si Ioannes illos centum non restituat, quia ego sum causa dānificationis Petri in 50. ¶ Quandoq; teneor totum ablatum in solidum restituere, licet nihil de tali furto participauerim, vt si consului Ioanni quòd omnes illas res auferat, quarū nullam aliàs sine meo consilio vel auxilio fuisset ablaturus.

¶ *Plures simul furantes.*

SI plures simul ad aliquem locum vadant, vbi argentea, vestes, vel alias res furantur aut rapiunt, quisq; eorum tenetur tantū recompensare & restituere in quantum participauerit & quātū damni intulit: vnde si nullus eorum fuit causa subtractionis per aliū factæ, quisq; solū tenetur restituere quantum abstulit vel participauerit. Si verò vnus sociorum, videlicet Ioānes fuerit causa quòd Petrus consocius eius aliquid ceperit quòd aliàs non fuisset accepturus nisi sociatus fuisset per Ioannem, tunc Ioannes tenetur in solidum restituere, si ipsi duo soli fuerunt & Petrus non restituat. Et ergo si Ioannes

S non

non fuisset sine Petro, nec e contra Petrus sine Io-  
anne quisq; eorum tenetur insolidum. Si etiam Pe-  
trus sine socio suo Ioanne æquè iuisset ad talem lo-  
cum tali intèrione furandi & nō Ioannes sine Petro  
tenetur Petrus insolidum. Ratio omnium istorum  
est, quia obligatio restituendi consequitur causali-  
ter ipsum alienum auferre, & hoc in proposito com-  
petit ei cuius præsentia alium animat ad aggressum  
& ad furandum. Si plures insimul vadāt & vinum,  
vuas, anferes, aut alias res expediant siue furentur  
(hoc enim expedire nō est aliud quàm furari) quis-  
que eorum tenetur tantum restituere in quātō eius  
culpa & præsentia damnum illatum est. Et post-  
quam restitutio omnium ablatorum sufficiēter per  
vnum facta est: alij non necessariò debent restituere  
illi à quo abstulerunt, quia illi iam plenè per  
vnum videlicet Ioannem satisfactū est, sed potius  
ipsi Ioāni refusionē facere debent quisq; secundum  
quotam suā, qui tamen potest eis condonare & re-  
mittere, & tunc liberi sunt. ¶ Iuuans furē portare  
vel alienū auferre non semper peccat. ¶ Si ego iu-  
uem furem portare aliquod ponderosum vt sic di-  
mittat rem maioris precij & valoris cui<sup>9</sup> subtractio-  
nem alia via impedire non valeam, non pecco, nec  
teneor ad aliquā restitutionē. Similiter nō peccant  
nec tenentur ad restitutionē qui vadunt & affociāt  
se cum ducentibus bellum iniustū, si hoc animo pa-  
cificandi faciant aut inueniendi mediū pacis quod  
aliter congruè inuenire nequeunt, quamuis etiam  
non intimauerint aduersarijs eorum præsentia, ideo  
quòd sine tali intimatione verisimiliter melius pro-  
ficerent apud alios raptores vel bellum iniustum ge-  
rentes

rentes & sic facilius credunt & sperant suadere & inducere concordiam.

*¶ Participans vel comedens de rebus  
furtiuis.*

**Q**ui comedendo vel alio modo participat de raptis vel furtim sublatis, aut partē illorū recipit, tenetur tantū restituere quantū participat. Et hoc nisi res furtiua trāsisset in dominiū furis, puta est pecunia & est mixta cum alijs denarijs. Similiter si granum sit mixtum cum alijs sic quòd non possit discerni ab alijs: nam sic de talibus comedens cum raptore vel fure non tenetur restituere si fur sit soluendo, nec per hoc reddatur impotens. Consultius tamen est abstinere nec visitare mensam aut cōuiuia talium raptorum & iniustorum hominū, ne foueantur in peruersitate sua. Si autē quis ignorāter & bona fide comederit vel consumpserit talē rem furatam, tenetur postquam sciuerit recompensare vero domino si sciatur, aliās pauperibus. *¶* Vxor, filij, & alij de familia raptoris non possunt viuere de bonis raptis si sint ab alijs distincta, sicut si essent boues, oues, capones, &c. Sed si sint alijs suis bonis admixta sicut frumenta, sic quòd non possunt discerni, tunc præfati de eius familia possunt vitæ necessaria inde lumere maximè si per hoc non efficiatur impotens ad soluendum siue restituendum. Si verò ex tali consumptione efficitur non soluendo, puta tanta sunt quæ debet restituere quanta omnia quæ habet tunc non licet alicui de talibus viuere vel participare. Excipit Angelus quòsdam casus.

*¶* Primus est quando quis agit vtiliter negotium spoliatorum, id est, eorum à quibus bona rapta



siue spoliata sunt. Sicut prædicatores generali prædicatione, aut quibus alius speciali persuasione & inductione ad restituendum siue sequatur inde utilitas siue non. ¶ Secundus quando nec per elemosynam nec alio honesto modo potest necessaria vitæ inuenire. ¶ Tertius est cum utiliter laborat bona raptoris augmentando, conseruando aut curando.

¶ Quartus cum quis habet multa incerta restituere & episcopus cum eo dispensauerit ut de ipsis incertis tanquam pauper uiuat.

*¶ Mutus, non ob stans, non manifestans.*

**Q**ui his tribus ultimis modis currunt cum fure, scilicet non prohibendo furem voce, vel manu, vel non manifestando possessori in quo loco sit res furtiua, peccat, sed dubium est apud doctores an indistinctè teneatur restituere quod per eius culpam detentum vel ablatum est. ¶ Alex. Hales. Alti si. & plures communiter tenent quod non tenetur talis restituere nisi ex officio ei incumbat hominum indemnitati quo ad talia prospicere furta, rapinas, & alias populi oppressiones cohibere. Ideo namque sunt regibus, ducibus & alijs iudicibus de publico stipendia constituta ut rei huiusmodi intendant.

¶ Adrianus sextus indistinctè tenet, si quis non obuiauerit furto vel rapinæ vel alteri damno proximi cum tamen possit, non tenetur ad aliquam restitutionem ipsi damnificato per alios siue dolo omiserit siue non. Sicut si non potavi sitientem, vel non paui esurientem tempore necessitatis peccaui, quare teneor Deo emendâ facere, sed illis non teneor propter hoc postmodum dare tantum quantum obligabar cum prius sitiret vel esuriret. Item nullus obligatur ad resti-

restitutionem ex omissione operis quod aliàs liberaliter sibi impenderet & nō ex debito. ¶ Peccat mentalis omittēs prohibere dāna facultatis, honorū aut virtutum si nō subsit causā iusta quare omittere possit. Cū autē subest iusta causā licitè omittit, sicut cū illi ex hoc immineret aliqđ periculū amissionis rerū, famę, vel corporis: vel si iste fur nūc phibitus fuerit alio tēpore habita maiori oportunitate verisimiliter plus ab eodē vel ab alio capiet, ¶ Si tamen princeps vel quiuis alius dominus pręstas, siue pecunias ad hoc recipiat vel sit stipendiatꝯ sufficienter, ita quod ex officio ei incumbat impedire rapinas, extirpare raptōres publicos, & tenere vias securas atq; mundas à furibus & latronib<sup>9</sup> & mutus est nō obitās neque coercēs tales, aut nō impediēs illa furta & dāna, vbi tamē posset & teneretur, nō solūm talis princeps vel alius cui ex officio incūbit peccat & Deo teneretur, sed etiā proximis teneretur reparare damnū quod impedire potuit & tenebatur & teneretur restituere id quod pro tali onere defendēdi subditos & bona eorū recepit si nō fecerit, quia quādo datū est ob causam teneretur id explere propter quod datur, aliàs nō iustē detinet. Sicut etiā nauta qui sua absentia vel negligentia culpabili omisit præuidere & impedire pericula submersionis bonorū in naui existentīū, qui si diligens fuisset impedire facillē potuisset huiusmodi naufragiū & perditionē bonorū, teneretur reparare damnū qđ tales mercatores passi sunt, qui eum ad hoc conduxerūt vt bona & merces eorū saluas ad portū deduceret, nisi fortē tempestas de cælo aut aliud periculū occurreret, cui via aut diligentia humana obuiare non posset.

*¶ Indicare furtum tenemur, non furem.*

**T**eneor indicare furtū si sciam locū vbi sit, possessore siue domino hoc à me regrente: vnde si nō indicauerim vbi indicādo siue monstrando res illa re haberi possit reus furti censebor, & hoc quo ad peccatū, nō aut teneor ex illa omissione demonstrationis ad restitutionē, sicut nec ille q nō obuiat cum potest ne furtū cōmittatur, nō teneor tamē indicare furē ipsum, quē vidi intrantē quandā siluā aut domū saltē ad instantiā partis. Sed iudex ex officio potest cōpellere me ad indicandū furē. Nā Epi possut admonere & excōicare nō indicantes nedū furtū, sed etiā fures, qā superiores tenētur expurgare puinciā malis hoib<sup>9</sup>. Et hoc limitat Host. dūmodo ex hoc nō immincat periculū mortis in fure aut ipso indicāte.

*¶ De re furata & fructibus eius.*

**S**i res furata vel rapta aut alio modo iniustē detenta pereat vel deterioretur apud furē, tenetur nihilominus secundū eam aestimationē in qua melius valuisset apud dominum à tempore postquam eam accepit, qā fur semper est in mora nisi fur obtulisset talē rē vero domino, tēpore & loco qui tūc recipere recusauit (quod rarō accidit) quia tūc fur ipse purgavit morā. ¶ Fruct<sup>9</sup> rei furatē quos fur recepit tenetur etiā restituere, nedū illos sed & alios quos domin<sup>9</sup> rei iustē pcepisset illo tēpore, quo res talis fuit per furē occupata, si dominus eā habuisset. Si sit pecunia aut alia res non fructuosa satis est illā acceptā restituere aut equiualentē, & hoc nisi ppter detentionē illius pecuniæ verus domin<sup>9</sup> directē passus sit aliqd̄ damnū: puta qā cari<sup>9</sup> debuit emere frumentū, aut sua vtēfilia min<sup>9</sup> iusto vendere, &c. Qui enim ef-

fica<sup>9</sup>

ficaciter totaliter, siue partialiter dat, pximo causam  
dāni ita quòd sine eo nō seq̄retur tale vel tantū dānū  
tenetur illud reparare. ¶ Expēsas quas fur facit in re  
furtiua nō pōt de iure repetere, in foro tamē cōscien  
tię pōt repetere illas expēsas quas eq̄quē ver<sup>o</sup> domi  
nus fecisset si res apud eū māsisset, vt pascēdo equū,  
curādo aīal morbosum, nutriēdo porcū, &c. Simili  
ter ratiōi consonū est & iustū vt domin<sup>o</sup> restituat ei  
illas impēsas factas ppter quas talis res facta est me  
lior & ipsi domino vtilior, si illā vtilitatē aliās domi  
nus nō fuisset cōsecuturus, si res cōtinuē apud eum  
mansisset nec passus sit aliquod damnum ex carētia  
illius rei. Et nunquam potest res furtiua præscribī  
vel vsucapi, nec quo ad furē neq; eius hæredes, nec  
quo ad eū qui emit quantūcunq; bona fide emerit.

¶ *De tempore restitutionis & modo restituendi.*

**H**Abēs sciēter bona iniusta per furtū, rapinā, iniu  
stas mercātiās, vel ab hēredib<sup>o</sup> derelicta vel quo  
uis alio modo iniuste q̄sita & possessa, tenetur ad sta  
tim sine mora illa restituere modō facultas & oportu  
nitas adsit vero domino, si illū nouerit vel eo mor  
tuo ei<sup>o</sup> hēredib<sup>o</sup> viciniorib<sup>o</sup>, vel illis etiā nō inuentis  
post sufficientē inquisitionē pauperib<sup>o</sup> vel ecclesijs,  
aut ad aliquē piū vltimū imediatē restituere tenetur.  
Istud expressē pbatur p Aug. & habetur. 14. q. 6. Si  
res, ppter q̄ pētūm est reddi possit & nō redditur p  
nitentia nō agitur sed simulatur. Nā auferre ali enū  
& detinere alienū eq̄parantur, & eq̄liter phibētur.  
Sicut ergo nullo tpe licet mihi auferre alienū etiā à  
diuite nō egēte (seclusa extrema necessitate) ita nec  
aliquo minimo etiā tpe licet mihi detinere bona in  
iusta, pximi & illis vti. ¶ Ex quo liq̄dē cōstat plures

grauiter peccare & esse in statu periculoso damnationis, vt receptores principum, ciuitatū, monasteriorū, aut cōmunitatis, vel etiā priuatarū personarū testamētorum executores, & quis alij bona iniusta apud se detinēdo & ad multos annos bonis illis vīdo. Sicut plures certam summā mille vel cētum ducatorū apud se detinēt quibus vtuntur mercando & quāstum faciendo sine consensu dominorum vero vel præsumpto fallentes, semetipsos estimando satis esse quod propositum firmū habeant finaliter tantundem restituendi in testamēto vel suis hæredibus inscriptis manu propria talia debita committendo, vt post mortem satisfaciāt, &c. Quod etiam illi raro debite complere & tempestiuē faciūt. Patrem enim regulariter sequitur sua proles. ¶ Isti enim & similes quorum manibus & animo terrena vt pix adherent furtum committunt, dicit enim beatus Thom. Sicut furtum committitur in occulta acceptione rei alienæ, ita etiam in occulta detentione iniusta. In eadem sententia est præceptor meus Adria. vi. in scriptis suis dicēs. Cōtinuē peccat mortaliter quamdiu fur, vsurarius, raptor, vel quiuis alius detinet alienū inuito domino & posset restituere siue nolit siue non velit restituere, quāuis si nolit grauius peccet quā si non velit. Nolle enim dicit actum positium voluntatis: vndē præceptis negatiuis directē & principaliter prohibetur actus positius sed secundario & indirectē etiam prohibetur omne illud quod illi actui positiuo equiparatur, etiam si illud purē negatiuū fuerit. Et sic illo præcepto. Non furaberis ꝑhibetur principaliter ille actus furādi sed secundario eodē etiā ꝑcepto ꝑhibetur nō restituere alienum.

alienū. Sicut p̄cepto negatiuo nō occidēdi aliū p̄hibetur etiā non pascere aut nō p̄seruare à morte dū possum⁹. Iam p̄cepta negatiua obligant semper & ad semp. Quando autē dicit tales cōtinuè peccare mortaliter non credo intelligendum esse quòd quolibet instanti & qualibet parte temporis detētionis alieni committant aut eliciant nouū peccatū mortale, vel etiā peccēt tot nouis peccatis omissionis quot sunt instantiavel etiā partes proportionabiles illius temporis totalis: nam sic in vno die imò in vna hora cōmitterent centū milia & infinita noua mortalia: sed hoc veritatem habet quia tales continuè manent in reatu & peruersa voluntate atq; statu damnationis.

*¶ Qui non vult statim totum restituere sed annuatim.*

**S**I sit aliquis vsurarius raptor vel alius detinens iniustè aliena qui nolit ad statim, quāuis possit habita oportunitate & facultate totum restituere sed annuatim vel p̄ menses aut certos terminos aliquid, nullo modo debet curatus vel alius religiosus confessor talem absoluerē, quamuis etiā sciat quòd per non absolutionem simpliciter nihil volet restituere, quamdiu enim confitēs est propositi seu animi non restituendi omnia vbi facultatem habet & oportunitatem manet cōtinuè in peccato iam illicitum est ministrare sacramentum absolutionis eucharistiæ vel aliud quodcunq; canibus siue his quos scimus esse in proposito peccandi vel permanendi in peccato. Et istud bene nocent confessores ne faciles sint talibus manus imponendo. Errat ergo Hostien. & plures summistæ communiter dicētes, quòd in tali casu sacerdos potius absoluet eum recepta promissione & iuramēto, quia sic faciet. s. restituendo certis

temporibus per annos vel menses, quia tunc utiliter  
gerit negotium utriusque & confitentis, ne eum laqueo  
desperationis precipitet & creditoris qui alias nullam  
solutionem perciperet. Illi namque male attendunt ver-  
bum Apostoli. Non sunt facienda mala ut veniat bona  
Rom. 3. Si autem detinens aliena requirat per se vel suum  
confessorum principalem dominum ut ille contentus esse  
velit ut soluat & restituat ei per certos terminos &  
ille in hoc consentiat liberè tunc secus esset. Nec rele-  
uat usurarium raptorem vel alium iniuste aliorum bona  
detinentem, quamvis verus dominus sit potes & illa  
pecunia vel bonis non indigens, quamvis etiam ipse deti-  
nens patietur damnum & miseriam ad statim resti-  
tuendo. Unde sicut non licet pro sua sustentatione au-  
ferre alienum nisi in extrema necessitate ubi. scilicet per aliam  
viam non potest saluare vitam, sic non licet detinere  
alienum nisi in extrema necessitate. Unde potius de-  
bet medicare ac sua non necessaria vendere aut quod-  
cumque aliud medium honestum querere unde possit vi-  
uere quam detinere aliena. Et quando restitutio non  
posset fieri sine damno anime, corporis aut fame, po-  
test & debet licite differri restitutio donec dicta pe-  
ricula cessent, quia ordine charitatis, anima, corpus  
& fama preponi debent rebus temporalibus, nisi ille  
cui facienda esset restitutio esset in extrema neces-  
sitate, quia tunc salus corporis illius est preponenda in-  
re sua saluti corporali alterius aut fame, non autem ani-  
mae. Ex dictis patet, quod plures intra 20. & 30. an-  
nos non fecerint veram confessionem: nam si tales deti-  
nentes bona iniusta tanto tempore & non restituentes  
habita facultate maneant continuè in statu mortalis  
culpae, certum est quod non verè absoluuntur, imò  
peccant

peccant mortaliter totiens quotiens ad sacramen-  
tum confessionis & eucharistiæ taliter accedunt, quia  
indignè & in peccato mortali suscipiunt. Tenentur  
ergo omnes qui bona iniusta multis annis scienter  
apud se detinuerunt quantum possibile eis fuerit  
omnes confessiones illo medio tempore per eos fa-  
ctas reiterare, & hoc tenentur curati & confesso-  
res scire & populum desuper auisare atque in alijs  
quæ tenentur scire & quæ salutem & statum eorum  
concernunt, quia ignorantia crassa, supina, affectata  
& quæuis alia culpabilis non excusat in his, quæ  
scire tenentur.

*De non habendi facultatem restituendi.*

**S**I habeam bona iniusta vel etiam multis sim obli-  
gatus & ære alieno grauatus, ex emptione, vendi-  
tione, mutua locatione vel alio cōtractu nec habeā  
facultatē vt ad statim omnibus creditoribus meis  
satisfacere possim eosq; contentare licet bene suc-  
cessu temporis. Consultum est mihi quòd persona-  
liter si commodè & sine meo scādalo fieri possit, vel  
per pastorem, prælatū vel aliū discretū confessorem  
aut amicum petam à creditoribus dilationem & ter-  
minos solutionis, & medio tempore pro viribus la-  
borare teneor mercando officium mechanicum vel  
aliud opus manuale aut officium iuxta statū meū ex-  
ercendo atq; omne medium honestum pecuniā ha-  
bēdi in vtilitatē & satisfactiōē creditorū meorum  
procurabo, & parcius viuere debeo subtrahēdo me  
à cōmessationibus, ludis & alijs superfluis annulos,  
iocalia & vestimenta atq; vtensilia non omnino ve-  
cessaria vendam. Si verò in tantum sim ære alieno  
grauatus & diuersis debitis implicatus, & per bella,  
pestem,



pestē, incendia, naufragium, aut alio modo deper-  
peratus, ab amicis derelictus ac etiam debilitatus  
impotens factus ad officium vel opus manuale ex-  
ercendum, nec spes sit nunc vel in posterum posse  
creditoribus satisfacere, humiliter supplicabo per-  
sonaliter vel per medium boni confessoris vel amici  
ad creditoribus remissionem promittendo, quod fi-  
deliter pro eis preces fundam peregrinationes  
alia quæuis opera mihi possibilia nomine eorum  
bens perficiam. Et quia nemo ad impossibile obli-  
gatur si sic vel alio modo fecerim quod in me est  
tutus sum in conscientia quamuis etiā creditores  
nolint quouis modo contēdari, dicentes se nullo pacto  
velle remittere nec in vita neq; in morte. Et hæc  
cōfessio sufficiat p̄ hac secūda parte de confessiōe auariti-  
æ & de multiplici iniustitia, fraude, vsura, symonia  
& restitutione, &c. Prolixior namq; fui & plura te-  
tigi de hoc vitio auaritiæ & iniustitiæ q̄ de alijs, quia  
plurimi in quolibet statu hac labe cupiditatis & ini-  
iustitiæ infecti sunt, & difficulter de hoc vitio veni-  
fit pœnitentia, propter difficultatem restitutionis

*¶ Auaritia atque iniustitia periculosa sunt peccata.*

**A**Dulterium & homicidium simpliciter & ex g-  
nere suo & ex parte damni quod per ea inferuntur  
sunt grauiora peccata quàm furtum & auaritia  
suprà tetigi in prima parte huius septimi cap. Nam  
per homicidium offenditur homo in persona pro-  
pria, eo quòd tollatur eius vita. Per adulterium of-  
fenditur in persona sibi coniuncta quæ est vna caro  
cum ipso: sed per furtum & iniustitiam offenditur  
in rebus exteriorib⁹. Sed ex parte ipsius offendit  
& simpliciter periculosus est vitium furti, auaritiæ

& in  
catu  
alieu  
No  
Ian  
bon  
pos  
rere  
qua  
quia  
cepi  
tant)  
dere  
bon  
& de  
(qua  
nost  
con  
tum  
mitt  
cōtri  
riuat  
possi  
restit  
quib  
stè d  
culo  
hom  
Nam  
affec  
adul  
mici

& iniustitiæ q̄ alia peccata. ¶ Primò quia tale peccatum per iniustitiam acquirendo vel detinendo alienū difficilius homini remittitur: quia teste Aug. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Iam difficile est avaro & homini qui diu possedit bona iniusta, quibus multum afficiebatur & cor apposuit à se renunciare & omnia illa restituere & carere multis commoditatibus atq; delitijs corporis quas per illas diuitias & bona iniusta diu habuit. Et quia tenetur restituere non solum quòd furtiuè accepit aut iniustè possedit (vt quidam simplices putant) sed etiam tenetur reparare damnum & refundere interessè quod proximus passus est per illam bonorum eius iniustā ab alio avaro occupationem & detentionem. Insuper præter illā restitutionem (quam etiam Iudas fecit melius quàm multi avari nostri tēporis) oportet cordialiter dolere, integrè confiteri, & plenè satisfacere de peccato. Sed peccatum homicidij & adulterij superpiæ, &c. statim remittuntur cessante rancore, libidine, & elatione cum cōtritione de eis. ¶ Secundò furtum in plures deriuatur. Fur enim & avarus bona iniusta rapiens & possidens non solum perdit animam suā: sed si non restituit perdit etiam animas filiorum & heredum, quibus relinquit & ppter quos tam avarè & iniustè diuitias accumulauit vt eos ditaret & in hoc seculo exaltaret. ¶ Tertiò furtū frequenter est causa homicidij & adulterij vt videmus ad experiētiam. Nam propter cupiditatem & nimiam terrenorum affectionem plures & viri & mulieres committunt adulteria, & propter diuitias multa latrocinia, homicidia, peruersa iudicia & cætera id genus oriuntur

tur. Radix namque omnium malorū est cupiditas.

*¶ Tertia pars de remedijs contra auaritiam & in-*  
*stilitiam & pro contemptu mundaſtorum.*

**O** Homo memor sis æternarū diuitiarū cœlestis patriæ quarum verus es hæres nisi eas per has temporales diuitias, quib<sup>o</sup> cor apponis amiseris que momentaneæ sunt caducę & mendaces teste Aug. Quia promittunt quod non efficiunt: promittunt enim dominium & seruitutem efficiūt: securitatem promittunt & timorem inducunt: delicias promittunt sed pungunt vt spinæ, & insidiosè decipiūt atq; animas illaqueant. Vitæ longēuitatem promittunt & sequitur breuitas: facietatem promittunt & ecce vacuitas vt patet Lucę 12. vbi diues dicebat. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos: ecce longēuitas vitæ, comede & bibe, ecce satietas requiesce & epulare: ecce quies, suauitas & libertas. Sed isti filij. i. cogitationes & promissiones prosperantur & deficiunt in morte vt dicitur Lucę 19. vndè subditur Lucę 12. Dixit autem illi Deus glo. i. contrarium suæ cogitationis fecit. Dicere enim Deo facere est secundū illud Psal. 32. Dixit & facta sunt. O stulte qui non cogitas de æternis diuitijs, nec de Dei prouidentia & iustitia hac nocte, ecce breuitas vitæ. Animā tuā repetent à te, scilicet dæmones quibus obligata es per peccatum ad puniendum eternaliter qui non dabunt requiem die ac nocte: alieni enim sunt ab omni misericordia ecce seruitus & inquietudo perpetua. Quæ autem parasti cuius erunt ecce vacuitas & nuditas: glosa quasi dicat. Non erunt tua quia non portabis tecum, hoc autē potissimè vt inquit Lyra quærit a beneficiatis & personis eccle-

ecclesiasticis, qui non possunt bona ecclesiæ relin-  
 quere suis hæredibus. Hæc omnia nonnunquam  
 fieri oculariter videmus, cum plures huius seculi di-  
 uitijs, pompis, & temporalium sollicitudinibus ni-  
 mium dediti altas turre & fortissima regalia con-  
 struxerint ædificia, multa accumulauerint bona ec-  
 clesiastica, siue alia & thesaurū habeant immensum  
 q̄si hic semper victuri volentes se quieti dare & de-  
 litiose de illis tēporalib⁹ viuere statim de medio au-  
 ferūtur, quandoq; in mēsa conuiuātes, quandoq; in  
 cubiculo quiescētes soli mortui reperiūtur: Et q̄a  
 pauperib⁹ Christi de suis diuitijs nō subuenerūt, nec  
 Christū in suis pascere cupiuerūt, ideo in die iudicij  
 illā horrendā tubā audituri sunt. Discedite à me ma-  
 ledicti, &c. Esuriui enim & nō dedistis mihi mandu-  
 care, &c. Et tūc videmus diuitias illas in abundātia  
 iniuste collectas & auarē possessas vndiq; dispergi  
 & ad alienas manus deuenire, & quod non habuit  
 prius Christus hoc tunc rapit fiscus. O fratres in-  
 tegerrimi perpendamus, nōne nudi hunc mun-  
 dum ingressi sumus & nudi egrediemur, nec ali-  
 quid iutulim⁹ haud dubium, quia nec auferre quid  
 possumus vix lintheamen vilissimum in quo cor-  
 pus poterit inuolui: habentes ergo alimenta & qui-  
 bus tegamur his contenti simus. Nam diues cum  
 dormierit nihil secum affert 1. Thimo. 6. & vltim.  
 Nihil, inquit sapiens, proderunt diuitiæ in die vl-  
 tionis domini, Proverbiorum 11. Quid enim pro-  
 dest homini, inquit saluator, Matthæi 16. Si vni-  
 uersum mundum lucretur habendo infinitos præ-  
 ciosissimos thesauros, animæ verò suæ detrimentū  
 patiatur deueniēdo ad extremā paupertatē aut quā  
 com-

commutationem dabit homo pro anima sua. Magna hominum cæcitas, quod animas suas tam preciosas creaturas pro stercore diuitiarum commutant, & pro modico transitorio terrenorum usu & possessione amittunt Dei fruitionem & æternas possessiones. ¶ Hortor itaq; vos fratres, iterum atq; iterum rogo si venire cupitis ad æternas incorruptibiles diuitias ubi eas tinea non demolitur neq; vermes rodunt, abneget quisq; semetipsum & transitorias diuitias, tollat crucem paupertatis miserie & penitentiae & sequatur nudum crucifixum. Qui enim vult animam suam hic saluam facere in sequendo sensualitatem & terrenorum desiderium perdet eam in futuro. Omne ergo aurum & mundi thesaurum contemnamus, & cum beato Paulo arbitremur ut stercora ut Christum & immortales hæreditates lucrifaciamus. Consideremus ineffabilem regis gloriæ Christi Iesu paupertatem in qua natus fuit. 23. annis aut circiter eam continuauit: & sicut nudus & pauper natus ita omnibus & bonis vestibus & amicis in morte erat orbatus. Vulpes enim foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis dominus cæli & terræ tanta paupertate astrictus non habuit nec puluinar vilissimum ubi caput spinis coronatum reclinaret. Cætera quæ prius adduxi in tertia parte primi capituli de remedijs contra superbiam & ad obtinendam humilitatem conuenienter etiam possent hic applicari. Diligamus ergo paupertatem diuitiæ si affluant nolite cor apponere: sic transeamus per bona ista temporalia ut non amittamus æterna, comunicemus liberaliter de nostris superfluis, veris pauperibus & egenis. Non simus nimium solliciti  
de

de castino & de magnis prouisionibus faciendis  
tempus nostrum breue est vt diuitijs regni cœles-  
stis nō priuemur, beati enim pauperes spiritu, quo-  
niam ipsorum est regnum cœlorum.

¶ *Decem causæ quare diuitiæ & omnia terrena  
contemni debent.*

**H**Vgo cardinalis super illud Matth. 6. Nemo po-  
test duobus dominis seruire, Deo .s. & mam-  
monæ. dicit quòd sollicitudo nimia & amor terre-  
norum prohibetur & contemni debet. ¶ Primò,  
quia verbū Dei suffocat. ¶ Secundò, quia fructifi-  
cationem bonorum operum exterminat. ¶ Ter-  
tiò, hominē illaqueat. 1. Thim. vlt. Qui volunt diui-  
tes fieri incidunt in tentationem & in laqueum dia-  
boli & desideria multa inutilia & nociua quæ mer-  
gunt homines in interitū & perditionē. ¶ Quartò,  
à spiritualibus retrahit. Greg. Amor temporalium  
æternarum viscus est pœnarū. ¶ Quintò, inebriat  
& reddit hominē quasi brutalē nō rationalē. ¶ Sex-  
tò, animā affligit & quo sperabatur nō inducit. ¶ Sep-  
timò, dormire nō permittit. ¶ Octauò, vigilādo  
somnia facit. Eccl' 1. 5. Multas curas sequuntur som-  
nia. Esa. 29. Sicut somniat esuriēs quòd comederit,  
& cū expergifactus fuerit vacua est anima eius,  
& c. Ita auari & cupidi quando expergifacti sunt de  
somno præsentis vitæ vacui erunt omni bono & de  
diuitijs suis nihil tunc inuenient, quia sola miseri-  
cordia est comes defunctorū. Tunc illi miseri auari  
clamabūt qui cum tanta sollicitudine & labore atq;  
periculis multis congregauerunt diuitias & nō erat  
finis acquisitionis eorum, illud Sap. 5. Lassati sumus  
in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias

T diffi-

difficiles quia viæ auarorum sunt spinosæ & duræ.  
¶ Nono, amor & sollicitudo diuitiarū animā excecant. 3. Regum 25. habemus de Zedechia qui excecatus fuit in Reblata, quæ interpretatur multa hæc. Et Thobias excecatus fuit in stercorebus irundinum, per quæ significantur diuitiæ quæ tandem pereunt & animam fœdant, ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora. ¶ Decimo, euacuat pœnitentiam, Genes. 4. Caym. i. possessio temporalium, postquam eduxit Abel. i. luctum in agrum sollicitudinis, occidit eum.

*¶ Conclusio & finis confessionis.*

✠ **D**E istis peccatis & omnibus alijs confessis & non confessis ac etiam oblitis per ignorantiam, negligentiam aut insufficientem meam discussionem de mea inobediētia, p̄fidia & ingratitude cognosco meam culpam & cordialiter doleo me non magis dolere de crimine læsæ maiestatis, & de omnib⁹ peccatis meis repono ea omnia in misericordia & apertis vulnerib⁹ Christi Iesu petēs ab eo veniā & à te sacerdote eius vicario absolutionem & pœnitentiā.  
¶ Pet. de Palude dicit valde expediens & consultum esse in fine confessionis specialis hanc vel similem addere generalem pro remissione obliutorū insufficientis discussionis & venialium.

*¶ De sigillo confessionis.*

**N**emo retrahi debet ab integra peccatorum confessione faciēda quantumcunq; grauiā & fedā sint peccata ex timore ne talia fortē in lucem & notitiam hominum deuenire possent, quia quilibet confessor obligatus est potius subire mortem & sustinere martyrium, ac omnia mundi tormēta quāmp̄ possit

possit aliquod peccatum etiam minimum in confessione auditum alijs reuelare. Si ergo per iudicem cogeretur dicere an malè fucus ei confessus commiserit homicidiũ, furtũ vel aliud crimen propter quod in captiuitate detineretur debet dicere se nihil de hoc scire, nec tunc mentitur confessor licet audiuerit talia peccata ab illo malefico: quia intelligitur quòd nihil sciat ad reuelandum vel vt communiter dicunt doctores. Non audiuit nec scit vt homo sed vt Deus siue Dei vicarius. Si tamen vltèrius iudex procedat & cogat eum minas & tormèta intètando, in illo tamen nec in aliquo casu potest confessionem reuelare, quin potius mortem pro Christo perpeti tenetur. Pro quo nota duas notabiles propositiones ex dictis Adriani 6.

¶ *Prima propositio.*

¶ Sacerdos audiens confessionem tenetur celare peccata in confessiõe audita & etiam omnis ille ad quem confessio peruenit licitè & illicitè, mediatè vel immediatè. Et ergo si casu aliquis sedès prope confessorem audiat vel auscultet dicta alterius confitentis tenetur omnia illa audita celare, similiter interpretes. Item inueniès peccata alterius in cedula descripta, similiter fingens se sacerdotem & sic audiens confessionem etiam laicus cui in necessitate quis confitetur in absentia sacerdotis tenetur celare. Verum est tamè quòd in nullo casu etiã extreme necessitatis præceptũ est cõfiteri laico, quia non habet clauas soluendi & ligandi. Quòd ergo dicit Augu. de pœ. dist. 6. ca. 1. Tanta est vis confessionis quòd si deest cõfessor confiteatur proximo, consiliũ solũ est quandoq; bonũ ppter verecundiã. Et si quis in periculo maris constitutus cõfiteatur cõsocio suo



laico, tenetur tamē eadē peccata cōfiteri sacerdoti  
periculū euadat, quia nō est sacramentaliter abſolu-  
tus. Etiā ille tenetur celare q̄ aliter q̄ in confefſione  
audit ſed recipit quaſi in confefſiōe. Vinculū tamē  
verę confefſionis magis ligat. ¶ *Secunda propoſitio.*

¶ Sub ſigillo confefſionis cadūt omnia peccata in  
relatione ad perſonam confitentis cum omnibus cir-  
cuſtantijs & perſona tertia cum qua peccatū com-  
miſſum eſt. Et etiam non peccata per quę directē  
vel indirectē per ſe vel per accidens poſſet peccator  
vel peccatum eius prodi. Secus de illis non peccatis  
ex quibus tale periculum proditionis nō imminet.

¶ Ex quo patet quòd non ſolūm peccata & circū-  
ſtantię cadūt ſub ſigillo confefſionis, ſed omnia quę  
confitens vt ſecreta refert & vult eſſe tecta & celan-  
da, quod ex modo dicendi & materia ſatis conſtare  
poſteſt. ¶ Et confefſor non ſolūm tunc tenetur  
celare dum hoc confitens exprimit, ſed quando cuius  
que ex modo committendi patet quòd ea velit com-  
mittere vt ſecreta ſicut ſecreta alia à confefſione. Si-  
gillat enim confefſio non ſolūm quia tegit delendo,  
ſed ne confefſio ipſa ſit exoſa vel nimis oneroſa ho-  
minibus, quod fieret reuelando perſonam tertiam  
vel aliquod aliud ex quo quouis modo poſſet, prodi  
vel ſciri crimē commiſſum. Sicut qui reuelat ſecre-  
tum peccatum alterius quod ipſe ſolus vidit graui-  
ter peccat tanquam reuelator archani quamuis non  
promiſerit celare. Ad perpetuos ergo carceres vel  
ad aliam grauē pœnam condemnandi & puniendi  
ſunt tales peruerſi confefſores qui in bona ſocietate  
exiſtentes aut alibi confundunt certas perſonas de-  
tegendero quædā earū crimina in confefſione audita  
quæ

quæ tenentur reparare illud damnum boni nominis & famæ reclamando vel omni alio medio possibili magis quàm si damnum mille ducatorum illis personis intulissent. Sunt etiã aliqui verbi Dei concionatores valde indiscreti & temerarij, frequenter quædam vitia in sermonibus tangendo, & ita in particulari descendunt & ad speciales casus deueniunt, nominando loca, tempora, vel alias circunstantias ex quibus audientes plærung; deueniunt in notitiam illorum qui talibus confessi sunt & cognoscunt illos delinquentes, aut ad minus vehementes suspensiones & probabiles coniecturas de eis habent quòd huiusmodi crimina commiserint.

*¶ Casus in quibus licitum est referre audita  
in confessione.*

**P**rimus casus est, quando sacerdos vagè & in vniuersali refert in sermone vel alibi peccatum aliquod quod in confessione audiuit, & hoc quando ex tali reuelatione nullo modo potest deueniri in notitiam confitentis. Sicut curatus vel alius confessor in sermone detestando grauitatem & pericula quorundam peccatorum adulterij, cõtra naturam, blasphemix, &c. propter quæ ira & plaga Dei in nos venit, potest licitè dicere, quatenus in hac regione & in multis locis regnant huiusmodi horrenda vitia propter quæ & longè minora Sodoma, Gomorra, Dathan, Abyron & multæ hominum nationes in profundum abyssi submersæ sunt. Et nisi conuersi fuerimus & à similibus grauib; scelerib; abstinere voluerimus, omnes similiter de hac regione vel ciuitate peribimus. Sed sollicitè attendant prædicatores, ne nimium ad particularia & indiuidua de-

T 3 scendant.

scendant. Certò enim scio quòd propter indiscre-  
tionē quorundam prædicatorum & confessorū non  
bonam relationem nonnullæ personæ in multis an-  
nis veram confessionem non fecerint, subticendo  
quædam crimina grauiora, quia suspicabantur sus-  
pitione satis probabili tales confessores non esse bo-  
nos secretarios sed nimis esse verbosos & in sermo-  
num profusione prodigos, aut etiam quia nimium  
familiaris illis erant. Et ideo valde periculosum est  
referre audita in confessione, maximè apud illos  
qui noscunt confitentes. Vndè magis liberè & aper-  
tè loqui potest increpando vitia concionator rarò  
aut nunquã confessiones illorum audiens corã qui-  
bus seminat verbum Dei quàm is qui consuevit ta-  
lium confessiones audire, sed in confessione planè  
loquendū est. ¶ Secundus casus est, quando con-  
fessor habet per aliam viam, puta quia ante confes-  
sionem vidit vel alio modo sciuit peccatum confi-  
tentis. In tali casu tamen facilis etiam esse nõ debet  
in reuelando propter scandalū, quia audientes fortè  
suspiciabuntur eum solū ex confessione scire id  
quòd reuelat. Et ideo si expediat peccatum confi-  
tentis superiori vel his qui possint prodesse quan-  
doque reuelari à sacerdote vel alio, si talis reuelans  
sit confessor crimen illud prius ante confessionem  
cognoscens consultum est vt dicat & protestetur co-  
ram illis quibus reuelat (si de reuelatione confes-  
sionis suspicionem fortè habeant) quòd non ex con-  
fessione talia dicit, sed quia vidit aut à viro fide di-  
gno audiuerit, &c. ¶ Tertius casus est, quando id  
quòd reuelat non est peccatū nec circumstantia pec-  
cati nec aliquid aliud quo quouis modo posset de-  
ueniri

ueniri in notitiam confitentis & sic prodi eius cri-  
men. ¶ Quartus est secundum Thomam, Bona-  
uenturam, Palude, & quosdam alios, quando con-  
fiteus licentiat confessorem vt audita quædã in con-  
fessione reuelat alijs & tunc confessor potest talia  
reuelare. Quidam tamen doctores theologi sicut  
Alexander de Hales, Scotus, & Durandus tenent  
cõtrarium, videlicet quòd confessor etiam de licen-  
tia confitentis non potest reuelare audita in confes-  
sione propter periculum & scandalum, & ne con-  
fessio per hoc reddatur exosa & nimis onerosa, quæ  
in fauorẽ pœnitentiũ & salutẽ animarũ introducta  
est & p̄cepta. Sicut etiam particularis clericus non  
potest renunciare priuilegio clericali in p̄iudici-  
um totius cleri & status ecclesiastici, vt consen-  
tiendo in eius vel alterius percussione vel manus  
immissionem suadente diabolo percutiens vel ma-  
nus violentas in eum iniiciens nõ incidat canonem  
& excommunicetur iuxta ea. Si quis suadente. Hęc  
tamen similitudo non omnino quadrat sed transeo.  
¶ *De reuelatiõẽ pœnitentiæ iniunctæ aut cõslij sacerdotis.*

**C**onfiteus tenetur celare quæ auditã sacerdote  
in confessione si sint contra honorem, famam,  
vel bonum ipsius confessoris sicut ecõtra: vndẽ con-  
fiteus peccat referens consilium sacerdotis vel pœ-  
nitentiam fortẽ indiscretam, quando ex hoc confes-  
sor diffamaretur aut derisui vel periculo exponere-  
tur. Secus si diceret salubres doctrinas, consolatoria  
verba, consilia bona, aut pœnitentiam iniunctam &  
similia quæ sacerdos dixerit ei in confessione. Vel  
aliter dici posset quòd confiteus tenetur celare au-  
dita in confessione in relatione ad confessorem,

quicquid intelligit tanquã secretum sibi dici in confessione, sicut e contra sacerdos. Secus de alijs.

*¶ De iteratione confessionis.*

**R**egula hæc est vniuersalis, quòd semper & solim tunc oportet confessionem iterare, quando confitens ritè absolutus non fuerit. Et hoc potest accideri dupliciter. Vno modo ex defectu confessoris, vel quia sacerdos verus non est sed solùm gerit se pro sacerdote, aut non habet facultatem absoluendi, vel saltem non in illis casibus in confessione ei detentis. Item quia est excommunicatus maiori excommunicatione, irregularis aut suspensus & sic non habet exequutionem nec iurisdictionẽ ordinis. Vnde quamuis per Papam fieri nequeat quin quilibet sacerdos si celebrare intendat vbicunq; locorum fuerit & quantumuis degradatus, excommunicatus vel suspensus verè celebret, modò materiã debitam habeat, potest tamen sacerdoti ligare manus, suspendere eum ab excommunicatione & subtrahere materiã, vel alio modo impedire quòd non verè absoluat quãuis etiã attentet. Sicut etiã curatus vnus parrochiã nõ potest sine speciali indulto absoluere subditũ de alia diocesi vel parrochia. Secundo modo contingit defectus ex parte confitẽtis & hoc multipliciter. ¶ Primò, si pœnitẽs aut confitens nullam aut insufficientem præmittat examinationẽ & conscientiã discussionem antequam sacerdotem accedit, sicut in alia re ardua & multũ sibi vtili facturus esset. ¶ Secundò, quia nullam aut minimam habet de peccatis præteritis displicentiã, neq; propositum habet abstinendi in futurum, peccata & eorum occasiones propinquas vitandi, quia actu tenet apud se  
fornicariã

fornicariã vel adulteram, aut bona iniusta & lapidem offensionis cum effectu non remouet. ¶ Tertiõ, si diuidat confessionem quãdam grauiora coram suo curato cui notus est ex verecundia subterfugendo quæ alteri ignoto confessori referuat, alio tempore confitenda. Sed animaduertendum est, quòd tunc non tenetur confitens iterare confessionem factam, nec censetur diuisisse confessionem si post sufficientem discussionem inter confitendum aliqua mortalia deciderunt ex memoria ignorãter. Nam talia postquam memoriã occurrunt satis est per se vel cum alijs futuris peccatis confiteri vel eidem vel alteri sacerdoti, & hoc antequã communionem accedat, si commodè confessoris oportunitas habeatur, vel postmodum in proxima confessione: nã licet illa prius oblita simul cum alijs confessis remissa sint sicut frequẽter ante confessionem omnia remissa sunt per contritionem, oportet tamen illa oblita quando memoriã occurrunt confiteri ratione præcepti ecclesiã in cap. Omnis vtriusq; sex. de pœ. & re. vbi dicitur quòd oĩa singula & sup. mortalia in festo Paschæ sunt confitenda. Non etiã censetur confessio diuisa dum quis tempore indulgentiarum plenissimarum vel alio quouis tempore velit generalem confessionẽ ab ineunte ætate facere, & solum repetit & confitetur tunc quãdam grauiora quæ frequentius menti occurrunt & animam grauãt relictis alijs communibus peccatis, quæ tamen prius cum illis grauioribus semel aut pluries confessa omnia fuerunt. Quare etiam non esset necessarium de illis grauioribus vel quibuslibet alijs prius confessis amplius confiteri, licet plures hoc fa-

cere cupiant & etiam quibusdam hoc consultum  
est, sicut & eadem peccata pluries & diuersis sacer-  
dotibus confiteri propter maiorem confusionē &  
verecundiam, quādo præcipue ex illa replicatione  
confessionis sentiunt in se maiorem animi tranquil-  
litatem & deuotionē, aliās minimē: nam quædam  
mulierculæ & scrupulosi plures diuersis & fre-  
quenter cupiunt peccata semel confessa reconfiteri  
& hoc eis dissuadendum est, quia per illam iteratio-  
nem confessionum semel aut bis ritè facturum ha-  
bent animum magis inquietū putantes se nunquam  
rectè confessos. ¶ Quarto, propter ignorantiam  
culpabilē ipsius confitētis propter quam omittit ali-  
qua necessariō confitēda, videlicet quando raro aut  
nunquā visitat sermones nec quærit doctos confesso-  
res, neq; curat facere quod in se est ad sciendū Dei  
mādata & quæ statū suū & aię salutē concernūt atq;  
scire tenetur: nam si talis laborās ignorātia crassa vel  
affectata postmodū ex sermone vel discreti confesso-  
ris instructione intelligat aliqua esse mortalia per  
eum cōmissa, de quibus prius nunquā confessionē nec  
conscientiā fecerit tenetur confessiōes medio tpe fa-  
ctas reiterare & illa ac alia peccā cōfessa sed nō abso-  
luta legittimē recōfiteri quantū memorię occurrere  
possunt diligētī & lōga discussiōe pmissa. Ratio hu-  
ius est, q̄a laborās tali ignorātia mortaliter culpabili  
manet semper in statu mortalis peccati, & ergo illo  
tpe durāte nō est vnquā verè absolutus, sicut nec ille q̄  
est in pposito peccādi vel pmanendi in peccatis præ-  
teritis verè absolutus sed tenetur confessiōes in tali  
statu factas oēs iterare. ¶ *Consiliū & doctrina vtilis.*  
¶ Valde ergo consultū est quod hoīes mūdani præ-  
cipue

cipuè q̄ multis temporaliũ sollicitudinibus & curis  
 atq; occupationib⁹ magnis & varijs sunt intricati se  
 mel in anno & in plenarijs indulgētijs accedāt suum  
 curatũ si doct⁹ sit aut aliũ prudentē cōfessorē haben  
 tem plenariã potestātē exponēdo illi totũ suũ statũ,  
 officũ & modũ viuēdi petēs informari si fortè in ali  
 quo errore vel ignorãtia culpabili fuerit de his quæ  
 statũ & operatiões conditionē atq; vitã eius concer  
 nūt. Et fiat hoc tpe debito & magis conueniēti quo  
 ille exptus & aīe medic⁹ oportunitatē habeat de sin  
 gulis necessarijs interrogandi & p̄fectè consulendi:  
 vndè reprob⁹ est mos & in multis locis consuetudo  
 detestabilis quòd cateruatim cū p̄ssura & cū magna  
 importunitate simul accurrūt & accedūt confessorē  
 in p̄festo Pasche tardè vel ipso die solũ & p̄cipuè ta  
 les qui rarò confitētur & multis negotijs sunt impli  
 cati quare bona informatiōe & sano cōsilio maximè  
 egēt qđ tũc propter t̄pis angustia & assentiũ mul  
 titudinē habere nequeūt q̄ etiã nimiũ confessori ap  
 propinquāt adeò quòd nonnunq̄ aliorũ peccata au  
 diūt. Doctrina etiã & consiliũ valde expediēs saluti  
 hoīm est vt qlibet saltē semel in anno cōfiteatur suo  
 p̄prio curato siue pastori, qđ & quidã dicūt necessa  
 riũ esse vt verba ca. Ois vtriusq; lex vidētur sonare  
 vt ille statũ atq; modũ viuēdi cognoscēs qui habet  
 curã ouīũ suarũ & de illis rationem reddere, atq; in  
 extremis eisdē assistere sacramēta ministrando, pos  
 sit ex confesionib⁹ prius pluries auditis vitã suorũ  
 subditorum atq; vultum pecoris agnoscēs tales in  
 formare & deficiētibus quasi sensib⁹ aut loquela de  
 p̄dita, licet ratiōe vtātur per interrogatoria & certa  
 signa eos iuuare & cōsulere de restitutiōe iniustorũ  
 debitè



debitè facienda & de alijs necessarijs, quòrum curatus vel vicecuratus memoriam habere non poterit, nec consilium sufficiens dare nisi prius per confessiones aut alio modo statum & vitam illorum cognouerit. ¶ Quintò, cōfessio est nulla & sic reiteranda si confitens gerat rancorem aliquem erga proximum quem ex animo remittere non vult: vel etiam gerit amorem carnalè & inordinatum erga confessorem aut aliquem alium in quo permanet sciēt. ¶

¶ Quinimo accedendo talem confessorem cum quo fortè ipsa prius peccauit potius adauget peccatū vel nouum committit & periculo se & confessorem exponit. Nam tunc talis confessio & absolutio nulla est & per consequens repetenda. Sextò, si proximos exemplo perniciosæ vitæ scandalifasti & consilio, adulatione, adhortatione, vel alio modo ad peccandum induxisti, famam alicuius abstulisti aut denigrasti, vel alio modo damnum, iniuriam & iniustitiam alicui intulisti in bonis animæ, corporis aut fortunæ, & non pro viribus laboraueris, nec etiam toto conamine proponas de super reparationē emendandam atq; restitutionem facere, & tales per te seductos ad virtutes & viam rectam reducere omni medio tibi possibili, confessio tua & pœnitētia nō vera est sed simulata & per consequēs iteranda. ¶ Consilium ergo sanum & necessarium tradit dominus Gerson Cancellarius Parisien. & doctor inter ceteros valde pius pro peccatoribus & cōsolatorius. Quicquid egeris in persona propria summopere cauere debes, ne proximos ad malè agendū sollicitus vel inducas, neq; verbis, factis, exēplis, consilijs, vel quouis alio modo quicquā agas quod de se sit alteri

occafio

occa  
hoc  
ciu  
ho  
nun  
per  
corn  
statu  
con  
run  
run  
par  
eis  
vigi  
rior  
hab  
eosc  
nan  
Gre  
funt  
miti  
dun  
do  
pro  
pert  
nati  
culo  
lam  
adu  
min  
etia  
iact

occasio ruine, præcipuè coram iuuenibus & pusillis:  
 hoc enim proprium est singulareq; demonum offi-  
 cium, sicut honorù angelorum interest specialiter  
 homines ad bonum inducere. Tales enim vix aut  
 nunquam aut valde difficulter condignam possunt  
 peragere pœnitentiam, quia difficulter valent eos  
 corrigere & ad semitã rectã atq; pristinum bonum  
 statum reducere quos deceperunt, & malæ prauæ  
 consuetudinis atque peruersæ societatis depresso-  
 runt & in vias tenebrosas & in profundum vitio-  
 rum induxerunt. ¶ Videant ergo & solliciti sint  
 parentes quicquid agant, ne proles scandalisent &  
 eis mala exempla aut doctrinas relinquant prauas,  
 vigilent animarum pastores, prælati, & omnes supe-  
 riores atq; regimen aut iurisdictionem super alios  
 habentes ne subditis vestigia prauæ vitæ relinquât,  
 eosq; fetore & vitiorum veneno inficiant. ¶ Scire  
 namq; debent prælati & omnes superiores, inquit  
 Greg. Si mala vnquã perpetrât, tot mortibus digni  
 sunt quot ad subditos suos perditionis exêpla trans-  
 mittunt 11. q. 3. Et ideo teste Aug. pœna Arrij non-  
 dum adhuc certa nec determinata est propter falsas  
 doctrinas & scripta periculosa per eum derelicta,  
 propter quæ plures suę opinionis sequaces & in ea  
 pertinaces morientes cum eo idem præmium dam-  
 nationis consequuti sunt. O quàm grauitè & peri-  
 culosè ergo peccant, quibus non sufficit clam & pa-  
 lam multa scelera perpetrasse, deflorasse virgines,  
 adulteria, rapinas, homicidia, & multa graua cri-  
 mina commisisse, sed de hoc gloriantur & corã alijs  
 etiam virginibus, adolefcētibus & pusillis exultãdo  
 iactitãt, etiam de pluribus quàm fecerint, & sic atq;  
 pluribus

pluribus alijs peruersis medijs tales scandalifera,  
bono retrahūt, & ad multa mala inducunt, qui raro  
condignā explēt pœnitentiā: ¶ Septimo, confessio  
est nulla & sic repetenda si confitens sit excommunicatus  
maiori vel etiā minori excommunicatione. U-  
cet nesciret cū tamen postmodum cognouerit te-  
netur peccata in tali excommunicatione exister-  
confessa iterū confiteri, quia ligatus excommuni-  
tionis vinculo etiā minoris absolui non potuit à pe-  
catis. Omnis enim excommunicatio separat & exclu-  
dit hominē à communione & susceptione sacramen-  
torum, sed maior excommunicatio præter hoc le-  
parat à cōmunionē & consortio fideiū. ¶ Et idē  
iuxta doctrinā Adri. vi. Confessor semper pmittere  
debet absolutionem ab excommunicatione dicens  
Absoluo te ab excommunicatione si incidisti, ante-  
quam à peccatis absoluat. Si autē confitens exprimat  
casum certum propter quē confitetur se esse excom-  
municatū, tunc addi nō debet illa clausula, si incidi-  
sti. Nam vt dictū est excommunicatus etiā minori ex-  
cōmunicatione est priuatus perceptione sacramen-  
torū & exclusus iuxta ca. Si celebret. de cle. ex. v.  
interdict. ¶ Et in hoc errat Ange. in summa, &  
quidam alij doctores. Dicit enim quòd excommu-  
nicat⁹ manēs in excommunicacione potest à peccatis  
absolui & post remitti ad superiorē absoluendus ab  
excoicatione. Similiter dicit de eo qui habet casus  
reseruos, quòd si curat⁹ qui in illis nō habet a-  
toritatē potest talē absoluere à suis peccatis non re-  
seruatis & postea eum remittere ad Ep̄m vel super-  
riorē. Sed hæc opinio similiter falsa est. Vndē solus  
ille potest impēdere absolutionē sacramētalem cui  
omnia

omn  
deb  
per  
tal  
ope  
con  
per  
torē  
fusi  
uet,  
sacr  
fis,  
lis r  
mer  
quo  
fact  
& d  
au  
nite  
con  
teq̄  
bus  
virt  
rate  
mitt  
tio  
ante  
PE  
a  
& c  
& b

omnia peccata confessã sunt, & si ille sit inferior nõ debet tẽtare impẽdere absolutionẽ priusquã fuerit per superiorẽ à reseruatis absolutus. Cũ sacramentalis absolutio simul oĩa remittat vel nulla ex opere operato & vj sacramenti. ¶ Et ergo talis curatus vel confessor audiẽs casus reseruatos in confessiõẽ super quibus ipse potestatem nõ habet, debet talẽ peccatorẽ remittere ad superiorẽ cui detegere habet casus illos reseruatos à quibus ille superior eum absoluet, quo factõ redibit ad suũ curatũ q̄ eum absoluet sacramentaliter ab omnibus peccatis prius ei confessis, & etiã ab alijs reseruatis: nam talis superior à solis reseruatis absoluẽs nõ impẽdit absolutionẽ sacramentalẽ sed solũ absolutionẽ ecclesiæ remittentẽ quo ad casus illos reseruatiõẽ positiuo iure ecclesię factã etiã si superior nõ absolueret, sed tamẽ audiret & detegerẽtur ei illi casus reseruati, vel ipse curatus aut cõfessor aperierit ei & vellet illis auditis illũ penitentẽ remittere nõ absoluẽdo tũc curatus cui nũc confitetur oĩa sua peccata vel ante fuit confessus anteq̄ ad illũ superiorẽ accederet potest eum de omnibus sacramentaliter absoluere, quia tũc superior vel virtualiter remittit illam reseruatiõem vel illi curato absolutionem committit. Si tamẽ curato committat videat curatus quòd tunc præmittat absolutionem ab excommunicatione & ab illis reseruatis antequam sacramentaliter absolutionẽ impendat.

*¶ De generali & frequenti confessione faciẽda.*

**P**eccata semel ritẽ confessã nõquam quis tenetur amplius confiteri, licet tamẽ quandoq; expediat & consultũ sit eadẽ peccatã pluries & diuersis confiteri & bis vel ter præcipuẽ in magnis indulgẽtijs fecisse generalem

generalé confessioné de omnibus ad ineunte aere  
vsque illud tempus confessionis peractis. ¶ Primo,  
hoc consulunt doctores ratione erubescentiæ nempe  
teste Aug. & habetur de pe. dist. 1. Quem poenitet.  
Quantò pluribus confitetur turpitudinem criminis  
tantò facilius inuenit gratiã remissiõis. ¶ Secundo,  
quia valet ad humiliationem & augmentum gratiæ  
ratione actus de se boni & ratione sacramenti atque  
virtute clauis. Item talis accedens diuersos doctores  
confessores poterit optimè informari de singulis &  
audire aliquid boni atq; sanũ consiliũ ab vno quòd  
prius non audierat ab alio, quòd ei valebit contra  
recidiam tanquã animæ medicina vel ad feruentiorem  
Dei amorem & deuotionem excitabitur vel  
bonũ modũ confitendi, sic à diuersis addiscet, &c.  
Licet tamen istud de se bonum sit & pluribus con-  
sulendum, quibusdam tamen præcipuè laicis sim-  
plicibus & scrupulosis non expedit, vt prius in hac  
tertia parte tetigi: quia plures sunt talis conditionis  
quòd quantò eadem peccata pluries & diuersis con-  
fitentur tantò amplius semper confiteri volunt: ac  
per hoc non securitatem aut tranquillitatẽ sed ma-  
iorem mentis inquietudinem incurrũt, & pluribus  
fantasmatibus atq; scrupulis diuersis per hoc magis  
agitantur. Infesti sunt & sibippsi & omnibus fere con-  
fessoribus: & ideo talibus dissuadendũ est omnino  
ne peccata prius confessa repetant sed in Dei mise-  
ricordia & Christi vulneribus confidant: ex quibus  
sacramentum absolutionis (sicuti & omnia sacra-  
menta) habet suam efficaciam & virtutẽ vt peccata  
semel confessa omnia deleat & remittat. ¶ Sicut etiam  
pluries ad sancta sanctorum accedere & commu-  
nicare

nicar  
sed n  
denc  
aut e  
feru  
tum  
tudir  
aũt q  
illum  
& po  
illius  
lege,  
de m  
videl  
stiuir  
deuo  
patio

Q  
rius a  
crimi  
nisi a  
uatis  
neret  
mem  
diu le  
vnde  
cui r  
seipfi  
iusta  
suffi

nicare est de se bonū & opus piū atq; meritorium, sed non omnibus consultum imò quibusdam dissuadendum qui per illam frequentem celebrationem aut eucharistiæ sumptionem non emendantur nec feruorem amoris Dei deuotionis & gratiæ augmentum suscipiunt sed magis ex quadam tepida consuetudine celebrant vel frequenter communicāt. Alijs autē qui cum feruenti desiderio & deuotione sumūt illum benedictum, nutritiuū, dulcē animæ cibum & potum corporis & sanguinis domini, & virtute illius cibi reficiuntur & fortificantur in deuotione, lege, timore, & amore Dei consultū est & eis valde meritorium frequenter eucharistiam sumere, videlicet semel in mense aut bis vel in maioribus festiuitatibus beatæ Mariæ secundum diuersorum deuotionem & minorem in temporalibus occupationem.

*¶ De occultis criminibus propalandis.*

**Q**uæstio. Quomodo & in quibus casib<sup>9</sup> pōt & tenetur quis occultum crimen suum vel alterius alijs manifestare & se prodere? Respondeo de crimine occulto nunquam tenetur quis se prodere nisi alijs, videlicet innocentibus, reipublice, aut priuatis personis ex illius criminis taciturnitate immineret periculum & præiudicium fame, corporis vel membrorū. Tunc enim manet talis in peccato quādiu semetipsum vel occultum suū crimen occultat. vndè rectè dicit Adr. 6. in quotlibeto 11. Nō licet alicui<sup>9</sup> nec proprię psonę nec alterius famā auferre, neq; seipsum aut alium de aliquo crimine prodere sine iusta necessitate vel magna vtilitate: nam sine causa sufficienti famam alicuius auferens semper peccat

& tenetur ad restitutionem. Et causa sufficiens & requisita ad propalandum crimen aliquod occultum est necessitas, & in crimine non occulto ad ipsum propalandum causa est magna utilitas, licitum est enim occultū crimen proximi propalare ob necessitatem vel eius qui crimen commisit vel aliorum, non autē propter solam utilitatem vel spiritualem vel temporalem. ¶ Quando ergo dicit Augustinus hoc videtur. 22. q. 5. quod occultū crimen proximi licet indicare ei qui nouit prodesse & non obesse, hoc intelligitur in casu necessitatis & nō in casu utilitatis tantum, videlicet ad impediendū futurū peccatū proximi. Vndē non licet mihi auferre alicuius pecuniā vel bona fortunę ob suā vel aliorum utilitatem, ergo nec bonā famā quę est auro præciosior, Prou. 23. Melius est nomen bonū quā diuitiæ multe, supra argentū enim & aurū gratia bona. ¶ Et hæc est causa quare doctores theologi dist. 17. 4. sententiarum pro regula tradūt sicut suprā de confessione tetigi, quod in peccatis occultis confitens non debet nominare personā compeccantē nisi eius expressio necessaria fuerit ad peccati expressionē quo ad speciem culpę, illo enim casu plus tenetur suę conscientię quā alterius famę, & tunc tenetur exprimere personā compeccantē. Per hoc apertē insinuāt doctores quod pro sola sua utilitate nō licet compeccantē nominare nec crimē eius propalare etiā sacerdoti Deo vicario, & per consequēs nec alicui alteri. Ex his infero aliq̄ correlaria & documēta. ¶ Primū, Si possem prodēdo Ioānis occultū crimen præseruare Petrū innocentē (qui fortē de illo crimine iniuste accusatus est) à morte & infamia, teneor Ioannis nocētis illud

illud suum occultū crimē p̄dere iudici aut alteri, quā plus debet apud me valere & quēuis etiā aliū innocētis vita q̄ nocētis fama. ¶ Secundum, Si viderim quòd Ioannes furtim & clam sustulerit & in manicam suā vel sub axillis posuerit paterā vel tasseā argenteā, aut aliquid aliud, de cuius sublatione quidā alij infamātur & fit magna turbatio, ego possum Ioannē demonstrare & p̄dere eius crimen furti, si aliās res furtiua demonstrari nō possit nisi simul innotescendo Ioannē furē. Etiā hoc crimē furti licet ego solus viderim nō est p̄nitus occultū, quare nedū ob necessitatē sed etiā propter solā vtilitatē licet detegere. Nam statim probari potest si conuiuio factō omnes in camera conuiuij includantur propter pateram deperditā: nam tunc ostendere possem alijs Ioannē habere eam sub axillis vel in manica sua. Sed imminēte Ioāni periculo vitæ ex illa demonstratiōe quomodo possit sacerdos ipsum p̄dere est alia difficultas & q̄stio, fortē sufficeret cautela. c. p̄latis de homicidio li. 6. ¶ Tertium, Si fur aliq̄s vel homicida sit capt⁹ quā accusatus de furto vel homicidio vel p̄pter vehemētes suspitiōes, & ponatur ad torturā, nō tenetur nec licitē pōt alia sua crimina occulta de quib⁹ apud iudicē & alios certificatio nō habetur neq; suspitio detegere nec de talib⁹ debet se prodere. Neq; etiā cōsocios suos in furto vel hōicidio de alijs occultis prodere debet qui nec de talib⁹ suspecti habētur nec accusati sunt. Nisi necessitas sublit, puta si talis fur vel homicida captus cōmisit incendiū, stuprum, latrocinium, vel aliud crimen de quo alij infamantur aut iniuste desuper accusantur vel occiderētur, tūc per viā defensiōis innocentū licet & tenetur seipsum



prodere si in illo crimine culpabilis sit, si autem locum suum coram iudice accusabit si illum tale crimen sciat commisisse. ¶ Quarto, patet quod iudex secularis peccat & non potest de homicidio solo accusatum vel vehementer suspectum aut confessum ponere de nouo ad torturam, extorquendo ab eo ut dicat quaecumque; etiam alia sua occulta crimina de quibus ipse iudex nullam aut minimam certitudinem aut suspicionem habet. Unde iudex non facilius esse debet ad infligendum captiuis illa horrenda tormenta propter quae nonnulli in fonte timore poenae frequenter plurima fatentur se scelera commisisse quae non commiserunt nisi precesserint testium probationes, accusationes aut vehementes suspensiones de talibus criminibus. Oportet enim quod iustum est iuste & debito modo exequi.

¶ *De confessoribus Tractatus quidam.*

¶ *De duplici clauē, Scientiæ & potentiae.*

**Q**uilibet confessor & sacerdos quantumcunque etiam ignarus in susceptione ordinis sacerdotalis suscipit characterem ordinis & duplicem clauem. Unde Christus dixit Petro, & cuilibet alteri sacerdoti, Mat. 16. Tibi dabo clauēs regni caelorum, quodcumque ligaueris super terram. s. clauē non errante, erit ligatum & in caelis; & quodcumque solueris super terram erit solutum & in caelis. ¶ Clauis scientiae est potestas siue autoritas discernendi, cognoscendi atque examinandi in foro conscientiae. ¶ Clauis potentiae est facultas siue potestas soluendi atque ligandi, determinandi siue diffiniendi causam postquam est examinata quod fit per sententiam condemnatoriam vel absolutoriam. Nam post causae cognitione-

gnitionem in foro animæ (quod fit per clauē scientiæ) restat diffinire quod fit per clauem potestatis. Sicut in foro exteriori instructo processu apud eum qui auctoritatem habet cognoscendi per sententiam diffinitur seu terminatur soluendo vel condemnando negotium. ¶ Ex dictis patet quòd clauis scientiæ nō est habitus scientificus ex actibus acquisitus, quo homines dicuntur scientes siue docti, neq; notitia illa discernendi inter lepram & non leprā, inter peccatum & non peccatum, inter vnum mortale & aliud. Nam illum habitum scientiæ, & talem notitiam discernendi multi non sacerdotes habent, & plures sacerdotes nō habēt, & tamē ista clauis scientiæ conuenit omnibus & solis sacerdotibus. Et ideo quamuis multi sacerdotes scientiā non habeāt siue habitum illū aut actum discernendi super qualitate facti, & nesciant an peccata eis confessā sint mortalia vel venialia, habent tamen clauem sciētīę, videlicet facultatem auctoritatiuā siue auctoritatem cognoscēdi sicut in ciuilibus iudices imperiti. Licet tamen scientia acquisita non sit clauis, maximè tamen confert & regulariter requiritur, vt benè sacerdos clauibus vtatur, propter cuius scientiæ & experientię defectum plures simplices & ignorantes sacerdotes vtuntur clauē errante magis in destructionem quàm ædificationem, quos magis expediret esse custodes & habere clauēs templi materialis quàm esse sacerdotes & habere clauēs templi spiritualis animarum.

¶ *Quid confessor remittit.*

**Q**uestio. Quid sacerdos virtute prædictarum clauium remittat in absolutione? Respondeo

V 3 post

post Magistrum sententiarum in 4. dist. 18. & alios  
doctores ibidem, quod de hoc sunt varie opiniones  
theologorum. Quidam dixerunt quod virtus cla-  
uium in remissione culpæ & pœnæ nihil operatur  
efficiendo sed tantum ostendendo. Alia est opinio  
quod non operatur in actu absolutionis sed in pro-  
posito pœnitentis. s. in ipsa contritione. Alij dicunt  
quod per modum supplicationis solum. ¶ Sed com-  
munior & verior opinio est quod sacramentū pœni-  
tentiæ siue virtus clauium operatur instrumentaliter  
ad gratiā & iustificationē disponendo, nō ipsam gra-  
tiā vel iustificationē efficiendo, nam hoc est solius  
Dei: sacerdos autem est tanquā Dei minister & in-  
strumentum in remissione & absolutione peccato-  
rum. Idem videtur sentire beatus Thomas, dicens  
quod si ante absolutionē sacerdotis aliquis nō fuisset  
pfectē disposit⁹ ad gratiā suscipiendā, in ipsa con-  
fessione & absolutione sacramentali gratiā suscipien-  
dam consequeretur modo obicē nō ponat. Nam vt  
est probabilis & cōmunis opinio Schoti, & plurium  
doctorū, virtute sacramentalis absolutione de attrito  
fit contritus. Et ideo pœnitens humiliter cum ge-  
mitu cordis suscipere debet sacramentū absolutionis  
rogando quod Christus Iesus per suū præciosissi-  
mum sanguinem (in cuius virtute hoc sacramen-  
tum, sicuti & omnia alia) habent suam efficaciam  
vt dicit glo. sup illo. Apoca. 1. Dilexit nos Christ⁹ &  
lauit nos in sanguine suo, velit dolorē priorē fortē  
insufficientem intendere vt fiat vera cōtritio. Non  
enim videtur quomodo in absolutione de attrito  
fieret contritus nisi dolor insufficientis qui prius erat  
solum attritio tunc intendatur & ad eum gradū de-  
ueniat,

ueniat vt sit vera cōtritio. Schotustamē in ea parte plus dicit & est magis mitis. Dicit enim satis esse vt pœnitens in absolutione consequatur gratiã quòd non ponat obicem per voluntatem alicuius mortalis, quod est multò minus quàm habere attritionem quæ per modum meriti & de congruo sufficiat ad iustificatiōē. Et sic secundum eum non requiritur actualis contritio, & sic illa via recuperandi gratiam est longè facilior, est etiã certior: quia homo potest esse certus quòd non ponat obicem. s. peccando, q̄ quòd habeat attritionem. Et ita dicit quòd nō oportet eum esse etiam attritum perfectè. Nam si habeat voluntatem suscipiendi sacramētum pœnitentię & ecclesię sine proposito alicuius peccati quamuis non sit perfectè attritus, quia. s. non habet actū detestationis vel displicentię peccatorū talē qui sufficiat ad meritū de congruo, tamē virtute clauū istius sacramenti impetrat effectū huius sacramēti. s. remissionem non ex merito sed ex pacto diuino in vltimo instanti prolationis. Hæc opinio probabilis est & valde pia, vtinã tam vera. Quomodo cōfessio debet esse lachrymabilis & fieri cū detestatiōe peccatorū vide supra in principio huius libri. 3. conditiōe confessionis: beatus Thom. in eadem videtur esse sententia cum Schoto dicēs, quòd nō perfecti conuersi aut attriti virtute clauium gratiarum contritionis acquirunt dūmodo non ponāt obicē spiritui sancto.

*¶ Tripliciter dicitur ligare & soluere.*

**P**rimò sacerdos dicitur ligare & soluere ostēdendo aliquē esse ligatū vel solutum à Deo qui principaliter effectiuè & propriè pctā dimittit & debetum pœnæ æternæ. Lucę 17. Huius figurā habemus

& probationem vbi dominus leprofos per se prius restituit sanitati, deinde ad sacerdotes misit quorum iudicio ostenderentur mundati. Insuper Lazarum primò suscitauit, deinde mādauit discipulis soluere suscitātū Ioannis 11. Nam & si pœnitēs apud Deum sit solutus non tamen solutus habetur in facie ecclesiæ: nisi per iudiciū sacerdotis, & sic exponitur illud quod habetur de. pe. dist. 1. quantumlibet. ¶ Secundus modus fit per excommunicationē & censuras ecclesiasticas quando per sacerdotes excluduntur indigni à communione sacramentorum & ingressu ecclesiæ & per eosdem iterum reconciliantur & ecclesia clausa eis aperitur dummodo ad cor redeūt.

¶ Tertius modus ligandi est ad certam pœnitentiam & satisfactionem faciendam & admittendo ad communionem sacramentorum in quorum administratione sunt tanquā Dei principalis autoris veri ministri & dispensatores de pe. dist. 1. Agite. ¶ Et quolibet istorum trium modorū intelligi potest dicta autoritas saluatoris. Quodcunq; ligaueris, &c. Et hoc in triplici iudicio. s. Dei, Petri, & in curia cœlesti. Nam quodcunq; ligaueris hic super terram iudicio Petri vel iustitiæ aut clauē non errante erit ligatum & in cœlis, scilicet per approbationem Dei & cœlestis curiæ. ¶ *Simile exemplum.*

¶ Sicut Rex vel villicus in consilio absoluit malefactorem qui tenetur in carcere ligatus, postquam à diuersis amicis plures instantiæ fiunt, aut quando satis punitus est & petit veniā promittendo emendam, tunc ministri regis carcerem ingrediuntur & ex parte regis absoluunt eum à carcere & cathenis & ducunt eum ad domū restituuntq; ei omnia bona sua

sua prius perdita aut confiscata. Sic facit sacerdos  
 qui tanquam Dei minister absoluit peccatoré à car-  
 cere & vinculis peccatorú postquá precibus beatæ  
 Mariæ, boni angeli, & sanctorum talis peccator ad  
 cor veniens ad gratiã recipitur, & reducit eum tunc  
 ad ecclesiam Dei ex qua fuit per culpam exclusus,  
 & redduntur ei omnia bona sua quæ ante peccatum  
 fecerat & quæ per peccatum mortificata & confis-  
 cata erant, facitq; eum participem omnium bono-  
 rum quæ in ecclesia Dei fiunt & de gremio ac fami-  
 lia regis cœlestis. Et proponit ei panem verbi Dei &  
 cibum eucharistiæ potumq; sanguinis Christi Iesu  
 vt his fortificari atq; nutriri possit perseuerare &  
 persistere in gratia & de familia huius regis. ¶ Mali  
 sacerdotes etiã habêt has claués quibus in sibi subie-  
 ctos vtuntur, quia equè virtute carú remittunt mali  
 sacerdotes peccata vt boni, sed boni remittút ex offi-  
 cio & vitæ merito, mali aut solùm ex officio. Vndè  
 sacrificium missæ mali sacerdotis ex officio & opere  
 operato idem est & eiusdem efficaciz cum sacri-  
 ficio boni sacerdotis: similiter est de aliorum sacra-  
 mentorum administratione, sed quantum ad impe-  
 trationem & vitæ meritum plus valet semper sacri-  
 ficiu boni sacerdotis & eius absolutio. ¶ Et ideo  
 cæteris paribus melius est audire missam boni sa-  
 cerdotis quàm mali propter vitæ meritum & preces  
 quæ funduntur, etiam pro illi missæ interessentibus  
 quando post primum memento dicit. Et omnium  
 circumstantium, &c. qui citius à Deo exaudiuntur  
 & missam audientibus profunt, quàm preces mali  
 sacerdotis qui Deum prouocat potius ad irã quàm  
 ad misericordiam iuxta sententiam Greg. Cum is

qui displicet ad intercedendū mittitur irati animus  
ad deteriora prouocatur. ¶ Eapropter etiam con-  
sultum est vt faciens missas pro se vel parentibus &  
benefactoribus, alijsq; defunctis celebrari, eligat sa-  
cerdotes sanctæ vitæ & exēplaris conuersatiōis qui  
ardentius possint orare faciliusque exaudiri impe-  
trando a Deo pœnæ diminutionē pro defunctis aut  
gratiæ augmentum & firmitatē in bono pro viuīs.  
¶ Similiter etiam tales eligendi sunt confessores si  
haberi possint qui alijs præbeant exemplū bonum  
vitæ & doctrinæ, quia ab illis operante semper prin-  
cipaliter spiritu sancto facilius poterunt peccatores  
consolatione & bonā instructione egentes illumi-  
nari & inflammari. ¶ Etiam plus ædificant semper  
sacerdotes verbi Dei cōcionatores si vita & eorum  
operatiō sermonibus non discrepēt q̄ hi qui dicunt  
& nō faciūt. Sermones enim minorē habent fidem  
quā opera. Sed sermones consentanei operibus  
fidē habēt & prouocāt intelligentes & audientes vi-  
uere secundū ipsos. Quare vulgaribus ac etiā doctis  
consultū semper est, vt cæteris paribus sermones vi-  
sitent sanctorū & deuotorū prædicatorū si fructum  
inde reportare velint. Experiētia enim est rerū ma-  
gistra: vndē pro æuo nostro vidimus dominū Stan-  
donck & fratrem Theodricū de monasterio ppter  
deuotissimos sermones & vitæ singularem sancti-  
tatem maximū in ecclesia Dei attulisse fructū & fer-  
uorem in populo. ¶ Non tamen leuiter quisq; præci-  
puè sacerdos Dei præsumendus est malus nisi per  
rei euidentiā cōstet. duodecim enim sunt horę diei,  
in quarū quilibet peccator potest per pœnitentiā ad  
Deū cōuerti, & q̄ hodie mal⁹ cras poterit esse bon⁹,  
sicut

sicut patuit de publicano, Magdalena, Paulo, &c.

*Confessio facta simplici sacerdoti.*

**Q**uestio. An confessio facta sacerdoti simplici & ignaro sit iteranda? **R**espondeo breuiter post Adrianū vi. Si sacerdos laboret tanta ignorantia vel imperitia qua non sciat discernere in quibusdam casibus sibi confessis super quibus non habet facultatem absoluendi quia sunt reseruari, tunc peccant absoluendo, nec talis absolutio tenet, & ergo licet fortē subditi talis curati ignari propter ignorantiam & simplicitatē suā excusentur regulariter à peccato postq̄ tamē eis cōfiterit de tali cæcitate & imperitia sui curati vel alteri<sup>o</sup> cōfessoris cui tales casus reseruarios confessi sunt, tenentur illā totā confessionē iterare corā aliquo experto confessore habente auctoritatē absoluēdi. Sed si peccator cōfiteatur aliquod mortale quantūuis etiā arduū nō reseruatū de quo talis simplex curatus vel cōfessor alius potest talem absoluere, quāuis talis simplex confessor habeat imperitiā iudicandi de illo an sit mortale vel credit solum esse veniale, & sic iniungit pœnitentiā sicut pro veniali, nihilominus verē absoluit illū, quare talis confessio non est iteranda. **A**ntonius post Thomam & Hostiens. dicit quando sacerdos est notabiliter ignorans, ita quod nescit discrimen inter mortale & veniale præcipuē cū pœnitens habet casus intricatos & difficiles, debet pœnitens iterare confessionem. Concordat etiam Durandus addens nisi pœnitens doctus sit & confessorem instruat. Quando autem vadit ad eum quem scit ideotam & ignorantē, tenetur iterare. hæc ille. Nam ut dicit beatus August. de pe. distin. 6. Cui autem debeat



debeat. Qui vult confiteri vt inueniat gratiá, sacerdotem quærat scientem soluere & ligare.

*¶ Quanta requiratur scientia in Sacerdote præcipuè confessore.*

**Q**uestio. An sacerdos indoctus peccet audiendo confessiones, & quanta requiratur in confessore præcipuè curato scientia? *¶* Respondeo quòd sacerdos maximè curat<sup>o</sup> cui specialiter commissum est onus animarum & cura ouium suarum & etiam quilibet confessor scire tenetur mandata decalogi & præcepta ecclesiæ atq; statuta generaliora, cæteraq; quæ concernunt communem populū. Insuper quæ sint peccata mortalia generaliora quæ communiter occurrunt, vel verisimiliter poterunt occurrere in confessione. Item de communibus impedimentis matrimonij, de semel confitendo & communicâdo in anno. Item de excommunicatione & censuris tenetur quilibet confessor scire quædam generaliora, videlicet quòd quilibet manus violentas in clericos & ecclesiasticos iniiciens est excommunicatus. Et quòd excōmunicatus vitandus est & in sacramentis & in conuictu hominum. Insuper quòd non poterit à peccatis absolui, nisi præmissa absolutione ab excommunicatione. Item quòd retinendo bona iniusta scienter, non potest talis absolui nisi prius restituat, si facultas adsit vt statim possit restituere. Nec etiam quisquam absolui potest qui scandalum lapidem offensionis & occasiones propinquas peccatorum non prius remouerit. Et quædam alia generaliora quæ circa principium huius libelli de confessione tetigi, de illis quinq; conditionib<sup>o</sup> tenetur quilibet cōfessor scire & peccatores desup informare.

*¶ In*

¶ In casibus particularibus in confessione occurrentibus si confessor non sciat per se iudicare & resolvere, sciat ad minus dubitare & tunc peritiores consulere, aliàs tunc animæ suæ ac etiam aliorum periculo temerariè aliorum confessiones audit & grauissimè peccat. Dicit enim beatus Aug. & habetur de pe. dist. 6. c. 1. Oportet vt spiritualis iudex sciat cognoscere quicquid debeat iudicare. vndè dicit beatus Tho. in. 4. dist. 17. Hæc scientia in confessore & si non sit maior, debet tamen esse tanta vt sciat discernere inter peccatum & non peccatum mortale & veniale, & si in aliquo esset dubitatio sciat dubitare, vt possit ad peritiores recurrere. ¶ Maior tamen secundum Palude requiritur sciētia in eo qui se ingerit & sollicitat audire confessiones, quàm in eo qui ad hoc ordinatur à superioribus suis ex obedientiæ iniunctiōe, nō esset tamē etiā talis inexpertus excusatus à peccato secundum Tho. licet ex obedientiā iniuncta poneret se ad id ad quod oīno ineptus est cum periculo animarum, sed deberet talis inidoneitatem suā prælato insinuare, si fortè prælatus putet eum idoneum & sufficientem ad hoc onus. ¶ Durandus dicit quotiēs confessor se ingerit ad confessiones audientis totiens se offert ad respondendum de quolibet & interdum de casibus inopinatis & aliàs inauditis & quæstionibus seu casibus valde perplexis. Debet ergo confessor scire discernere inter peccata & eorum differentias vt consilium sanum & conuenientem medicinam ægroto dare possit. Sicut ergo peccat medicus corporis inexpertus dans passim medicinas aut potiones cuicumque ægroto aduenienti modo pecunias adducat, ignorans tamen periculum radicem

dicem atq; grauitatem morbi & virtutem medicinarum, sed solùm quædã generalia semper adducit, quare multa corpora audacter interficit. Ita & multò magis inexpertus animæ medicus ignorans periculum, magnitudinem & radicẽ peccati quod est nedum morbus sed mors animæ grauiter peccat & occidit multas animas vel saltẽ à morte non resuscitat quantum in eo est. Cùm palá se exhibet paratũ audire confessions quorumcunq; aduenientium, cupiens celeriter multos expedire siue absoluerè in vna hora, vt sic multa recipiat confessionalia magis seipsum laborás impinguare quàm animas saluare.

*¶ Periculum de simplicitate confessorum.*

**P**ericulosissimũ est & occasio dãnationis multorum, quòd nõnulli sacerdotes simplices, ideotæ, religiosi & seculares tam faciles sunt sollicitantes & se ingerentes habere curam & regimẽ animarũ cupiunt omniũ confessions audire, omnib; usq; consulerè qui vix idonei essent ad regimen peccatorum & ad sibijpsis consulendum. Nam sicut inter cætera præcepta iudicio meo summũ & arduũ ad quod homines minus afficiuntur est præceptũ confitendi sacerdoti omnia peccata quantumlibet enormia & secreta. Ita summa ars artium & maxima scientia & difficultas est ars rectè audiendi confessions, & bene salubriter consulendi iuxta qualitã confitentium & diuersitatẽ scelerũ, propter cuius scientiẽ defectũ plurimi errores, scandala & peccata orta sunt & indies pullulãt in ecclesia Dei & quolibet hoim statũ.

*¶ De austeritate confessorum.*

**C**onfessor non debet se nimis strennuũ exhibere, exasperando, obiurgando, & terrorẽ atq; minas peccato-

peccatoribus incutiendo, sicut plures indiscreti faciunt qui per suam indiscretionem & nimium rigorem quem ipsi zelum appellat, sed non est ille zelus secundum scientiam: plurimos precipue pusillos retrahunt ne integram confessionem precipue de grauioribus peccatis faciant, sed extrahere debet peccata ex confitente & eum allucere gratiosis medijs, maximè cum perpendit quod forte quaedam veretur exprimere aut non satis plane vt expedit, dicendo. Ecce fili quantumcumque turpia, enormia, & multa sint peccata, non verearis ea explicare: Omnes enim peccatores sumus & filij Adæ. Coram Dei vicario hic sedes & loqueris, quod potius mortem subire deberet quam minimum peccatum in confessione auditum appellare. Et postquam peccator omnia plane & liberè expresserit, tunc confessor ostendet ei peccatorum illorum grauitatem & pericula in quibus fuit. Et secundum diuersitatem confitentium attendendo si sint duræ ceruicis vel flexibiles, ostendet eis confessor austeritatem vel mansuetudinem, & secundum grauitatem & qualitatem delictorum poenitentiam magnam aut parvam iniunget, quam tamè verisimiliter credit & perpendit poenitentem expleturum. Quod si verisimiliter confessori ex quibusdam coniecturis constet si austeram iniungat poenitentiam confitenti eam non persoluet, tunc magis expedit leuè & breuè iniungere poenitentiam etià pro peccatis grauioribus, & consulere quod aliquam poenitentiam opera sponte assumat quia grauitas peccatorum exigit (protestando tamè quod ad illam non intendit confessor eum astringere) aliàs in purgatorio pro illis ardere & puniri debet. Vnde vt rectè dicit Adri. vi. Sacerdos non tenetur aliquam poenitentiam poenitenti iniungere sed iniunctam & susceptam tenetur

tenetur confitens perficere. Et si etiam confessor in-  
discretus esset in iniungendo pœnitentiam, posset  
confitens recusare & dicere domine illa pœniten-  
tia statui meo non congruit, peto vt aliam mihi  
placeat iniungere.

*¶ Oblitus pœnitentiæ iniunctæ.*

**S**I quis oblitus pœnitentiæ iniunctæ & receptæ à  
confessore eam non expleuerit vel non attentè &  
satis studiosè vt debuit perfecerit non tenetur pro-  
pterea confessionem factam iterare sed confiteri debet  
in proxima confessione illam obliuionem aut non  
sufficientem pœnitentiæ iniunctæ expletionem. Verum  
est tamè si ab initio priusquàm sacerdos eum absoluat  
nō curet aduertere quod pœnitentiã sacerdos ei iniun-  
get & mandare memoriæ, quia contemnit præcep-  
tum ecclesiæ. c. Omnis vtriusq; sex. ponit obicem  
sacramentali absolutioni, & sic tenetur confessionem  
iterare. Et illo modo limitada videtur opinio Tho.  
& quorundam aliorum doctorum ponentiũ illum  
esse vnum casum inter cæteros, quod obliuio pœni-  
nitentiæ obligat ad iterationem confessiõis. Vnde præ-  
taxanda pœnitentiã nō est necessarium pœnitentiã repetere  
cum eandem possit sacerdos (attenta pœnitentiæ infirmi-  
tate) pro mille mortalibus iniungere quàm pro vnico  
esset iniuncturus: sicuti & nullam possit iniungere,  
vt dictum est. Et in ea parte multi confessores errant  
& zelo per ignorantiam quidem non secundum scien-  
tiam dicuntur, iugum & magna onera quæ pecca-  
tores ferre non valent humeris eorũ imponentes.

*¶ Qui præ verecundia omittit crimen aliquod confiteri.*

**Q**uestio mouetur de illo qui verecundia ductus  
non diceret peccatum per se nisi à confessore  
de illo

de illo peccato interrogatus, an teneatur confessio-  
nem iterare? Respondeo post Antho. Si quis acce-  
dat ad confessionem cum hac dispositione & pro-  
posito, quod peccata quæ recolit commisisse nullo  
modo per seipsum diceret verecundia ductus pro-  
pter eorum turpitudinem (sicuti accidit nonnunq̄  
in peccatis carnalibus & contra naturam) nisi qua-  
tenus interrogetur de illis à sacerdote talis, & si con-  
fiteatur de illis interrogatus à sacerdote fictè con-  
fiteatur nec fructum recipit confessionis nisi pœni-  
teat ipsum intra confessionem talis fictionis & sic  
mutet propositum vt scilicet animo firmiter propo-  
nat quod etiam nō interrogatus à confessore liben-  
ter diceret quæcunq; sciret & memoriæ occurre-  
rēt. Vndè peritus confessor cum hoc perpendit de-  
bet sibi ostendere periculū suum & rectificare con-  
scientiā suam & declarare quomodo hoc procedat  
ex superbia & quod doleat de illa fictione: quam-  
uis tamen sic ficta sit confessio si quis nō confitere-  
tur peccatū nisi interrogatus propter verecundiā,  
nihilominus debet confessor interrogare vt dicit  
Aug. de pe. dist. 6. ca. 1. de his quæ peccator non di-  
cit: imò & quæ perpendit illum velle occultare &  
quadam discreta cautela de ore eius educere neces-  
saria tamen non alia superflua: antequam tamē ab-  
soluat debet talem desuper informare & conscien-  
tiam eius rectificare vt dictum est: & pro illa negli-  
gentia poterit ei aliquam pœnitentiam iniungere.

¶ Et nota quod tripliciter imponit confessor pœ-  
nitenti aliquid. Vno modo per modum consilij &  
exhortationis, sicut cum admonet eum vt quotidie  
oret, passionē & vulnera Christi assidue meditetur

& cordi eius imprimat vt det egētibus elemosynas  
& in alijs operibus misericordię spiritualibus & cor  
poralibus se exerceat, &c. Secundo modo per mo  
dum declarationis communis obligatiōis, sicut de  
clarando quòd restituat aliena tam in bonis animę  
honoris seu famę sicut & corporis, vt satisfaciat læ  
so, communicet & confiteatur in Pascha, & hæc si  
confitens non obseruat euacuat sibi fructum factę  
confessionis, non tamen propter hoc tenetur ite  
rum confiteri si confitendo firmum propositum ha  
buit hæc faciendi, nec cōmittit peccatū inobedię  
speciale nō obediendo in hoc sacerdoti siue declara  
tioni eius. Tertio modo per specialē satisfactionem,  
per commissiōnē, & ad istam tenetur ex præcepto  
ecclesię iuxta. c. Omnis vtriusq;. Aliās est transgre  
sor & committit speciale peccatum inobedię, &  
hoc verum credo si rationabile sit quod iniungit &  
acceptatum à pœnitente. Si enim sacerdos iniun  
gat alicui quòd religionem ingrediatur, quòd non  
ducat vxorem, &c. non tenetur acceptare nec sa  
cerdoti in ea parte obedire.

*¶ De interrogationibus per confessorem faciendis.*

**P**ostquā confitēs oīa p̄ctā memorię occurrentia  
expresserit, vel inter confitendū si sacerdos non  
perfectē aliq̄ intellexerit dicet ei quòd talia resumat  
vel clarius exprimat. ¶ Secūdo interrogabit an talia  
peccata si mortalia sint cōmiserit die festo, in loco sa  
cro, cum virgine, an maritata, & quotiens, & sic de  
alijs circumstātijs trahētibus in aliā speciem, quas si  
confitens non expresserit aut nō sufficienter vt de  
buit, debet eum confessor interrogare & examinare  
desuper & eū auisare quòd deinceps melius studeat

tales

tales circumstantias memorie cōmendare & in cōfessione explicare, aliās cōfessio nulla esset. ¶ Tertio si expediat pro sano cōsilio dando interrogabit de statu eius an sit in sacris beneficiat<sup>o</sup>, vel aliquo voto astrict<sup>o</sup>, an in statu matrimoniali, viduali, aut virginali, q̄les mercātiās, quā artē aut officiū exercent, &c. scđm varietatē confitentiu & eorū negligentia.

¶ Quarto interrogabit quando vltimò confessus sit, & an secundum hoc fecerit bonā diligentiam & conscientiam suam per aliquot horas vel dies sufficienter discussit sicut in alia re ardua esset facturus. ¶ Quinto si confessor habeat ex certis signis suspicionem & coniecturam talem esse innodatum excommunicatione aut aliquibus censuris à casibus reseruatis auisset eum desuper quia fortè non habebit facultatem eum in illis absoluendi. Et ideo consultum est quòd peccator grauiora peccata semper primò confiteatur & casus reseruatos si habeat, vel interroget confessorem in aggressu an habeat facultatem etiam in episcopalib<sup>9</sup> vel alijs maioribus sedi apostolicæ forsan reseruatis, quia si nō habeat in illis facultatem & confitens aliquod taliū cōmiserit non opus est coram illo prosequi confessionem sed accedat aliū auctoritatē habentē. ¶ Sexto quæret an doleat pœnitēs de istis præteritis, & an ne doleat se non magis dolere, an insuper proponat firmiter abstinere in futurū & vitandi occasiones, scandala & pericula peccatorū. Et si cōfessor ex confessione vel aliās intellexerit quatenus commerciu carnale cum concubina vel maritata habuerit interrogabit an cum tali p̄sona in eadē domo morā gerat, si sic nō potest eum absolvere si sit periculū vtriusq; vel alteri<sup>9</sup> eorū



relabendi in eadē vitia permanendo simul sicut regulariter est. Linum enim igni appositum facile incenditur: similiter combustibile semel aut pluries incensum faciliter est inflamabile vt dicitur 1. Methedorum. Nec obstat quamuis fortē vterque vel alter eorum sit prouectę ætatis, quia ignis illeraro totaliter extinguitur, maximē si combustibile manet ei præsens & approximatum. Sicut beatus Gregor. in 4. dialogorum scribit de quodam senepatre, qui cum graui morbo pressus & in extremis existens mulierē ei inseruire volētem videret, clara voce dixit. Adhuc igniculus est tolle paleam. Et secundò supposito etiam quòd ex tali cohabitatione nullum sit periculum quòd tamen non credo, si tamen subsit scandalum proximorum sicut etiam semper vel regulariter subest non potest talis absolui. Nec per Papam dispensari potest vt concubinaris cohabitaret suę concubinę si vtrunq; vel alterū horū dictorum subsuerit, videlicet periculum vel scandalum. ¶ Et ex his concludo quòd quilibet confessor absoluens tales concubinaris & adulteros atq; concubinas quamdiu in tali statu permanserint nec se inuicem relinquunt peccat mortaliter, quia dat sanctū canibus modò scienter sic absoluat. Sicut etiam curatus administrans sacramentū Eucharistię istis vel alijs quos scit in peccato vel proposito peccandi persistere peccat mortaliter nisi peterēt in publico. Nam tunc non propriē daret sanctum canibus sed potius illi acciperent. Videant ergo singuli confessores ne faciles sint in absoluēdo huiusmodi & quoscunque alios peccatores habentes apud se bona iniusta aut alias occasiones & pericula peccatorum

non

non v  
cacit  
Quo  
tun  
rent  
vita.  
terro  
ciun  
missi  
etiam  
tens  
sione  
bus  
bent  
dum  
terro  
licet  
exter  
confes  
aut d  
ret. S  
in int  
omit  
terro  
quib  
mate  
alia e  
confi  
exter  
parti  
tract

non volentes remouere, sed remittantur donec effi-  
 caciter & cum effectu illas occasiones remouerint.  
 Quod vtinam omnes confessores facerent, multi  
 tunc si non amore saltem timore & pudore retrahe-  
 rentur à multis horrendis criminibus & scandalosa  
 vita. Et quamuis nullè necessariò fieri debeant in-  
 terrogationes à confessore (sicuti nec sacerdotes fa-  
 ciunt seiuicem absoluetes ex consuetudine & per-  
 missione atq; tollerantia superioris) quèadmodum  
 etiam non semper expedit, præcipuè quando confi-  
 tens doctus vel expertus est & pertinenter confes-  
 sionem dicit, quibusdam tamen præcipuè simplici-  
 bus qui conuenientem modum confitendi non ha-  
 bent sed manuduci & trahi debent, expedit secun-  
 dum eorum qualitatem & status conditionem in-  
 terrogatoria quædam dare. Plurimi enim sunt (quî  
 licet in negotijs temporalibus & occupationibus  
 exteris subtiles videantur) grossi & obtusi sunt in  
 confessionibus faciendis & qui cõfiteri non possent  
 aut difficulter nisi confessor eos interrogando iuua-  
 ret. Sed discretus debet esse confessor & moderatus  
 in interrogando vt omnia superflua & indifferètia  
 omittat, & ne virginibus & pusillis moueat tales in-  
 terrogationes præcipuè in peccatis carnalibus (in  
 quibus semper sobriè loquendum est) aut in alia  
 materia quibus magis poterunt ad vitia carnis vel  
 alia excitari quàm ædificari. Et tam confessor quàm  
 confitens tempore confessionis nõ referent de alijs  
 exteris negotijs, nec de materia extranea atque im-  
 pertinenti disputabũt in confessiõe, sed talia omnia  
 tractari debent extra confessionem.

*Quando occurrunt casus perplexi & difficiles.*

X 3 Cùm

**C**um sacerdos in confessione incipit audire peccata grauia plura & casus intricatos qui specialiter interrogatione responsione & consilio indigent, si est ei verisimile quod tacendo vsq; finem confessionis aliqui illorum casuum forte labentur ex memoria consultius est vt tunc in quolibet tali casu sigillatim respondeat & consiliū det vel dicat confitenti. nota illum casum & in fine confessionis reduc mihi ad memoriam. Quando autem nō est tale periculum obliuionis melius est quod permittat peccatorem continuē dicere omnia quæ occurrunt & in fine poterit super illis casibus interrogatoria dare & sanum consilium ne per interpositas interrogationes tempore expressionis peccatorum confitens turbetur & sic aliquorum mortaliū obliuiscatur: vndē tali mansuetudine & discretione semper vti debet sacerdos ne exasperando, proteruē respondendo & interrogando, grauius suspirando & admirādo, vultumq; tortuosum confitenti exhibendo, vel alijs similibus indiscretis modis turbet ipsum confitentem, desolatum & perplexum reddat, & ab eo sic recedere permittat ac etiā ne sic retrahat eum à plenaria omnium peccatorum confessione facienda. Peccator enim accessurus ad sacerdotem habet cor grauatū ac si pondus plumbi grauisimū in eo sustineret, adeo quod ad tempus ante confessionē nihil rectē agere valeat, aut non hilariter nisi illud graue onus depositum fuerit. Et ergo confessor qui est aut esse debet consolator animæ & desolatorū semper conari debet ad consolandum peccatores desperatos, scrupulosos & pplexos, & vt ab eo recedant cum hilaritate, tranquillitate, deuotione & mētis quietudine,  
sicut

ficut  
info  
grau  
ab e  
dear  
cedu  
solat  
mul  
dis i  
tiū f  
conf  
vnic  
tate  
conf  
tetq;  
alsif  
enin  
faur  
quie  
cōu  
tos  
anv  
rari  
& v  
non  
fort  
illo  
con  
con  
aut  
lus

sicut bene cōfessi & à sancto discreto cōfessore rectè informati, inflammati atq; consolati si cum mentis grauitate & inquietudine accesserunt sacerdotem, ab eo tamen animo leui quasi ad cœlum volarare videantur & cum mentis maxima tranquillitate recedunt. Sicut enim spiritus sanctus mœstorum consolator per linguam prædicantis mœstitiam mentis multorum remouet & multum fructum varijs modis in cordibus deuotè & auidè verbū Dei audientiu facit, ita non minus per linguam deuoti & docti confessoris consolatur plurimos. ¶ Et ideo consulo vnicuiq; in perplexitate atq; inquietudine & anxietate animi constituto vt statim accedat expertum confessorè animæ medicum & consolatorem visitetq; sermones petat vt spiritus sanctus dignetur ei assistere vt libera mente valeat Deo seruire. Quid enim prodest homini omnem habere mundi thesaurum & scientiam modò tranquillitatè & mentis quietè nō habeat. Secura enim mens est quasi iugè cōiuuium quod nemo scit perfectè nisi qui accipit.

¶ Insuper si cōfessor audiat quosdā calus intricatos de quib<sup>9</sup> dubitat aut meritò dubitare deberet, an videlicet sit matrimoniū vtrum contractus vsurarius, an bona iniusta, an contractus emptionis & venditiōis, an sit mortale vel ne, & sic de alijs, tūc non præsumat absoluerè donec desuper melius informatus fuerit sed dicet. Ecce fili aut filia dubito in illo casu an sit reseruatus, an sit matrimoniū, &c. nec consiliū sufficiens pro nūc dare possum pro libertate consciētie tuę & meę, consulā desuper libros meos aut accedā peritiores. Plus vident oculi quàm oculus, placebit tali hora vel die redire, &c. Sed proch-

dolor plures erubescunt talia dicere vel remittere  
confitentes ad peritiores & alios veretur consulere  
& sic passim quoscunq; in quibuscunq; casibus ab-  
soluere præsumunt in quibus frequenter facultate  
tem non habent & peruersum iudicium atq; consili-  
liū dant & plures defraudant seipfos & alios. Suntq;  
causa multorum errorum & malorum: vnde quauis  
confessor etiam doctus sit non semper tamen  
omnibus materijs habet resolutiones ad manū ne-  
statim memoriæ omnia occurrunt quæ prius vidit  
& sciuit, quare ei dedecus non est talia protestari &  
ne sententiā præcipitet maturè desuper deliberare.  
Si enim tales semper quærentur confessores ani-  
marum medici magis experti & consciētiosi, sicut  
quærentur peritiores corporis medici nō tot varijs  
animæ morbis plures manerent infecti nec mortem  
animæ atq; damnationem incurrerent. Et accessum  
talium doctorum atq; expertorum confessorum ad  
egrotos nonnunquam impediūt consanguinei filij  
& heredes timore perditionis vel minoris succes-  
sionis temporalium, quia fortè consilium darent  
rigorosi & timorati confessores de restitutione  
quorundam bonorum aut de pijs foundationibus  
faciendis, &cet.

*¶ Si sacerdos dormiat aut male audit.*

**S**I quis accedat & eligat talem confessorem quem  
putat nō bene audire aut nō bene intelligere lati-  
nū, gallicū vel aliud ydeoma in quo peccator confi-  
teri intendit, aut si talis tēpore confessionis dormiat  
talis confessio est nulla & per consequēs repetenda.  
Si tamen pœnitens non sciens talem defectum con-  
fessoris de male audiendo & intelligendo bona fide  
confiteatur

confiteatur tali, excusatur communiter per ignorantiam. Similiter si sacerdos etiã idoneus tempore quo audit confessiones ad aliqua peccata non aduertat quia nimium implicatus vel distractus alijs negotijs cogitat de alijs rebus, excusatur tamẽ confitens qui facit omnem diligentiam quantum in eo est, vt omnia peccata planè sacerdoti quẽ putat idoneum esse confiteatur. Si tamen confitenti postmodum constaret aliqua peccatorũ ei confessorũ propter aliquam dictarum causarum vel aliarum non fuisse à tali sacerdote intellecta aut non audita teneatur illa iterum confiteri. Sicut si aliquorum fuerit oblitus quæ postmodum veniunt in memoriã præmissa tamen sufficienti discussione tenetur illa oblita confiteri sed non eidem sacerdoti quamuis hoc bene conueniat & consultum sit, nec etiã ad statim, sed potest differre vsq; ad proximam confessionem vt suprà dictum est, dummodo periculum nõ sit de iterum tradendo obliuioni, nec tenetur alia cõfessa repetere. Et ex hoc sequitur vnum notabile consolatorium dictum. Si quis confessus est habenti facultatem absoluendi à casibus reseruatis etiã sedi apostolicæ & vnum reseruatum vel aliũ oblitus est confiteri qui post recessum indulgentiarum vel prioris confessoris habentis auctoritatem papalem redit in memoriam potest eum simplex sacerdos ab illo casu absoluerè ex quo semel de illo sacramentaliter absolutus est. Quando confitens confessorem non bene aduertere perpendit & videt sicuti dum incipit tempore confessionis legere horas suas (quod quidam perperam faciunt) aut videt eum somnolentum, sicut quidam confessores abstracti sedentes

in domunculis suis aliquotiens grauati cadūt in soporem, & cætera. si confitens aliquod bonum vel aliorum suspicetur de confessore quare minus bene intelligat, excitabit eum aut dicet, domine audis & intelligis quæ dico, aut ad tempus tacebit & sic perpendet an dormiat.

*¶ Concubina confitens concubinario.*

**C**Vratus aut alius confessor audiens confessionem eius cum qua commercium carnale pri<sup>o</sup> habuit posset eam de tali & alijs criminib<sup>o</sup> absolueret si non immineret periculum tentationis aut libidinis carnis vel alterius peccati ex parte vtriusq; aut alterius eorum ex accessu ad talem curatum & confessione talis criminis. In nostra tamen diocesi Leodien. non esset licitum in cuius statutis synodalibus sub pœna excommunicationis interdicitur ipsis sacerdotibus ne audiant confessiones mulierum de peccatis quæ cum ipsis commiserunt. Etiam prohibentur absolueret confocios, fautores, mediatores & cooperatores sui peccati nisi vtroq; casu necessitas hoc exegerit. Vtinam hoc bene attenderēt plurimi sacerdotes seinuicem indies absoluentes de peccatis quæ simul commiserunt. Consultius etiam est extra nostram diocesim quòd mulier non confiteatur tali sacerdoti cum quo peccauit quia ibi nulla vel parua est verecundia & etiam regulariter est periculum vel scandalum aliorum, & si eorum alterum subsit confessio est nulla & sic repetenda.

*¶ De verecundia in confessione.*

**M**Aximè consultū est meritoriū, satisfactorium & pœnæ diminutiū si quis peccatis suis memoriae occurrentibus & præcipuè tempore quo ea confessori

fessori exprimit erubescat & rubore confundatur:  
 sicut quosdam noui præ verecundia in confessione  
 abundè sudorem emittentes & præ angustia animi,  
 quia Deū patrē creatorē suū tam grauius offendē-  
 runt gementes & flentes. Hanc conditionē minimè  
 habent qui sua peccata quasi fabulas superficialiter  
 referunt & intrepidè sine aliquo rubore gemitu aut  
 mentis alteratione sicut plures sacerdotes suas con-  
 fessiões ex quadā cōsuetudine quasi horas cursoriè  
 legētes sibi inuicē faciūt. Dicit enim beatus Aug. &  
 habetur de pe. dist. 6. c. 1. Quoniā verecūdia magna  
 est pœna, sit dignus venia qui pro Christo erubescit  
 .s. confitēdo. Et ista verecundia principaliter debet  
 esse respectu offensę diuinę maiestatis saltē secundū  
 rationē: naturaliter enim erubescit quis & confundi-  
 tur si defectuosus reperiatur corā superiorib<sup>9</sup> parēti-  
 bus aut magnis psonis dignis reuerentia. Exemplū  
 habetur in illa ardentissima Magdalena, quę vt dicit  
 Greg. quia grauius erubescēbat intus nihil putauit  
 esse propter quod verecūdaretur foris, vnde & flere  
 inter epulas non erubuit. Turpitudinis maculas as-  
 spexit, lauando ad fontē misericordię, cucurrit cōi-  
 uātes nō erubescēbat, nō iussa venit, ipsa magno ru-  
 bore int<sup>9</sup> perfusa fuit cogitās in seipsa. Hic est specu-  
 lū sine macula: hic est candor lucis æternę. O si illa  
 deuota Magdalena in tantū erubuit & timuit tange-  
 re pedes domini & tāto ardore amoris & contritiōis  
 inflāmabatur ex appropinquatiōe & cōtractu pedū  
 quos osculabatur fluminib<sup>9</sup> lachrymarū purè lauit  
 & capillis terfit, ita qđ meritò cecinit illud Psal. 118.  
 Exitus aquarū deduxerūt oculi mei, quātò magis  
 meritò nos indigni sacerdotes & cōmunicantes eru-  
 bescere



bescere deberemus & cum summa reuerentia, timore & omni humilitate accedere ad sancta sanctorum, ubi nedum pedes sed & os & cor Christi lesu osculamur, & ipsum totum Christum Deum & hominem in hospicio cordis nostri recipimus. Quando ergo peccata præterita memoriæ occurrunt erubescamus & detestemur ea dicendo cum propheta. Peccatum meum contra me est semper. Iniquitatem meam ego cognosco, &c. planctum ergo vnigeniti fac tibi. Nonne enim erubescencia & rubore confunderis faciendo quædam horrenda scelera in præsentia hominum ac etiam coram vilissimo ribaldo: verearis ergo coram Deo rege angelorum talia ac maiora perpetrare, atque in conspectu tui boni angeli, nec eis presentibus audeas facere quod in hominum præsentia perpetrare formidares. In omni enim loco oculi domini qui sole lucidiores sunt, contemplantur bonos & malos. ¶ Quis quæso tam vecors qui coram Deo creatore & redemptore suo erubescere non debeat, si diligenter attendat qualiter sine rubore in eius presentia peccare tam enormiter non erubuit, qui filium Dei pedibus conculcauit & sanguinem Christi pollutum duxerit & Christum denuo ac pluries crucifixit, eiusque vulnera multipliciter renouauit? Quæ mulier tam effrons quæ non erubescat si à proprio sponso & viro in adulterio sit deprehensa? Quis testis tam obstinatus qui non verecundetur si falsum coram severo iudice conuincatur deposuisse? Quis denique filius tam ingratus quem non pudere debeat si patrem proprium prodidisse appareat? Quis seruus aut subditus non verebitur si constet eum regis sigillum, literas atque monetam falsificasse, atque in palatio

tio eius incendium posuisse, pluriesq; citatum per-  
 tinaciter non comparuisse, crimen læsæ maiestatis  
 frequentissimè commississe, &c. Vbi ergo appare-  
 bunt peccatores obstinati, qui secundum animâ no-  
 bilem & dilectam Christi sponsam totiès cum ama-  
 toribus multis fornicati sunt veritatem ipsam quæ  
 Deus est muneribus vendiderunt, blasphemijs atq;  
 periurijs & contumelias intulerunt. Fideli domino  
 & patri tam inutiles & perfidi serui & subditi exti-  
 terunt. Figuram atq; regis cœlestis imaginè in bap-  
 tismo impressam deleuerunt, &cæ. ¶ Sed proch-  
 dolor eorum cuilibet dici potest illud Hierony. 3.  
 Frons meretricis facta est tibi & noluisti erubescere  
 & Hier. 6. Confusione nō sunt confusi erubescere  
 nescierunt. O peccatores erubescere ergo hic mo-  
 mentanæ non pigeat, aliàs in die iudicij & æterna-  
 liter in confessione perpetua eritis, reuelabit aliàs  
 dominus pudenda tua in die iudicij in conspectu o-  
 mnium nationum. Naum. 3. Tunc enim omnia re-  
 proborum peccata quasi in frontib<sup>9</sup> eorū tanquam  
 in tabula essent conscripta cunctis erunt manifesta.  
 & Hier. 3. Nudabo femora tua contra faciem tuam,  
 & apparebit ignominia tua, adulteria tua & hinni-  
 tus tuus, scelus fornicationis tuæ. Et prædicta prin-  
 cipaliter adduxi, vt peccatores retrahantur à multi-  
 tudine & fœditate scelerum, ne ea tam intrepidè &  
 sine erubescencia quæcunq; turpia committant &  
 de commissis vereantur maximè ratione diuinæ of-  
 fensæ. Expediit tamen etiam verecundiam habere  
 coram sacerdote Dei vicario, quia illa confusio au-  
 fert magnam partem pœnæ de quo suprâ allegaui.  
 August. de pe. dist. 1. quem pœnitet. Videat tamen  
 pœni-

pœnitens ne adeò coram sacerdote erubescat vt  
propter hoc aliqua mortalia fœda explicare planè  
formidet & omnia dicere non audeat quia tunc  
confessio nulla esset & peccaret confitens morta-  
liter vt suprâ dixi.

*¶ De insufficienti discussione conscientie.*

**Q**uestio. An sacerdos debeat aut possit absolue-  
re si probabiliter sciat aut suspicetur quòd cõ-  
fitens conscientia suã non sufficiẽter discussit. Re-  
spondeo post dominũ Gersonẽ Cancellariũ Parisi.  
& Adria. vi. quòd si cõfessor nõ est proprius curatus  
vt teneatur illũ audire potest quærere dilationes vt  
interim ambo melius deliberent, vel simpliciter re-  
mittere eum ad aliũ confessorẽ. Si est curatus & de-  
bitor audiendi confessionẽ, distinguenda est quali-  
tas confitentis. Nam si est adultus & discretus pos-  
test alterum è duobus fieri, vel petatur ab eo si velit  
moneri per inquisitiones de statu conscientie suæ  
libenter & sine scandalo, si appareat ex sua respon-  
sione quòd nõ debet secundo auisari quòd vbi scien-  
ter aliquod mortale celauerit nihil valet ei confessio  
aut absolutio sed tenetur eam iterare. Nec est mens  
absoluẽtis nisi ad minus ista tacita conditiõe ipsum  
absoluere si nihil & quando nihil scienter celauerit.  
Et tutius dicit dominus Gers. conditionem tacitam  
mente tenere q̃ exprimere, addit Adria. vi. quòd non  
tantum de hoc auisandus est, sed etiã de hoc quòd si  
insufficiẽter conscientia suã discussit nõ adhibita  
tanta diligentia qualẽ pro re ardua fuisset adhibitu-  
rus, vel si crassa ignorãtia contractũ aliquẽ opus aut  
propositũ alicuius facti nescierit peccatũ esse quòd  
tunc ad suã damnationẽ tẽtaret capere absolutionis  
sacra-

sacramentum: si autem sit persona humilis & appareat libenter velle informari sine turbatione aut recalcitratione, omnino piū & salutare est inquirere de hoc vnde suspitio habetur. ¶ Quæstio. Quid factur<sup>9</sup> est confessor si peccator cōfiteatur quod insufficienter conscientiā discusserit, & si similiter timet quod multis mortalibus sit inuolutus q̄ culpabiliter ignorat esse p̄ctā (cū quis teneatur legē Dei discere & scire ea quę concernunt statū suū & suorū actū ac vitæ directionē. An illū possit absolvere? Respōdeo post præfatū p̄ceptorē meū Si immineat necessitas, puta talis confitēs constitut<sup>9</sup> est ex egritudine, vel alio modo in articulo mortis: vel nō potest sine scandalo differre sumptionē eucharistię & sufficienter purgat culpā insufficientis discussionis vel ignoratię cōfiteōdo & pœnitēdo licitē nō solūm pōt sed debet talē absolvere. Facit enim quantū in se est ad sufficienter discutiendū & ad cognoscendū ea quę statū suū concernūt manāte facto indiscussionis & ignorantię. Sed nulla cōfessio aut plenitudo talis sufficienter purgat si nō adsit p̄positū cū primū oportunitas aderit velle conscientiā sufficienter discutere & Dei mandata quę concernunt statum eius & p̄ ipsum agenda diligenter addiscere anteq̄ temerē periculo se cōmittat: vel scđō nulla vrget necessitas sacramentū pœnitētię sumēdi & tūc differēda est absolutio donec facto & nō solūm pœnitēdine purget indiscussiōis culpā. ¶ Quæstio. Vtrū mos sit approbatus & licitū semper aut regulariter vt plurimi sanctę etiā vitę faciūt de insufficienti discussiōe cōfiteri? Respōdeo piarū mētiū est illic cognoscere culpā vbi culpa nō est. s. di. Ad ei<sup>9</sup> concubitū. Nā beat<sup>9</sup> homo  
qui

qui semper est pauidus. Prouer. 28. & Iob 9. Vere-  
bar omnia opera mea sciens quòd non parceres de-  
linquenti: verebatur ille sanct<sup>9</sup> Iob. i. timebat, dubi-  
tans ne aliquando fortè aliqua circumstantia deesset  
vel aliquis inesset defectus operibus suis etiam bo-  
nis quòd punitionem mereretur & non remunera-  
tionem. Cùm enim fecerimus omnia quæ præcepta  
sunt nobis, dicere possumus serui inutiles sumus,  
quòd debuim<sup>9</sup> facere fecimus. Lu. 17. Omnes nam-  
que iustitię nostrę sunt tanquã pannus menstruatę.  
Esa. 64. Nec sumus sufficientes cogitare aliquid ex  
nobis. 2. Cor. 3. neq; condignę sunt passiones huius  
temporis ad futuram gloriam Roma. 8. & 1. Pet. 4.  
Si iustus vix saluabitur impius & peccator vbi pare-  
bunt. glo. vix quia per multas tribulationes oportet  
eum ingredi in regnum cœlorũ, & Act. 14. Impius  
& peccator vbi parebunt. Nam in profundo inferni  
absconditi iacebũt vt alleca compacti atq; vt oues.  
¶ Iusti enim omne quod agunt metuũt dum cautè  
considerant ante quem iudicem stabunt. Nam teste  
Greg. Sæpè iustitia nostra ad examen iustitię Dei  
deducta iniustitia est, & in conspectu iudicis sæpè  
fordet quod fulget in æstimatione operantis, hæc  
sanctorũ testimonia & sacrę scripturę autoritates  
firmasq; & auctenticas sententias non fabulas aut  
poëtarum fictiones adduco, quę nos excitare debêt  
vt semper in timore Dei viuamus, & ne vnquam in  
lege Dei & via virtutum stemus. Nam teste Bern.  
In lege Dei stare & non procedere est retrogradi,  
neq; vnquã nos satis sanctos, deuotos atq; nimium  
virtuosos credamus. ¶ Ex his satis patet quæstionis  
præfatę solutio, videlicet quòd licitè semper aut re-  
gulariter

gulariter plures etiam timorati viri de insufficienti  
 discussione confitentur. Rarò namq; tãtam facimus  
 diligentiam & præparationem circa confessionem  
 & eucharistię sumptionem atq; celebrationẽ sicuti  
 facturi essemus si mortẽ præ oculis inspiceremus.

¶ Et reputant pœnitentes discussionẽ insufficientẽ  
 quando non omnino ad extremum virium tantũ  
 fecerint quãtũ possent facere, nec hoc simpliciter  
 necessariũ puto, aliã pauci nostrum rectẽ confite-  
 rentur. Nemo est enim qui non plus posset facere si  
 toto conamine ad extremum virium suarum labo-  
 rare vellet vt distinctius atque clarius confiteretur,  
 magisq; dignẽ & reuerenter communicaret & cele-  
 braret. Satis enim est bene agere nõ semper oportet  
 optimẽ agere. Vndẽ non debet quis de sufficiẽti dis-  
 cussione ac de pluribus alijs (quæ multorum mêtes  
 semper turbant & inquietas reddũt) esse nimis per-  
 plexus atq; scrupulosus, putandõ quod nunquam  
 sufficiẽter se disposuerit & conscientia ante confes-  
 sionem nõ satis examinauerit sicut tenetur. Si enim  
 quantũ humana patitur fragilitas diligenter con-  
 scientia examinauerit, talemq; fecerit discussionem  
 atq; præparationẽ circa confessionem & commu-  
 nionem qualem cõmuniter homines sui status qui  
 timorate sunt conscientie & bonæ vitæ facere solẽt  
 discurrendo & cogitando de loco, tempore, & de so-  
 cietate & sic de alijs quæ suprã in principio huius  
 confessionalis tetigi securus sit tunc & quietus in  
 animo, confidenter ad confessionẽ & cõmunionem  
 remotis scrupulis & mentis inquietudine cum hi-  
 lari animo accedendo, rogando humiliter & obnixẽ  
 Christum saluatorem & omnium mœstorum con-

solatorem vt quod deest ex parte eius, ipse virtute  
sui benedicti sanguinis supplere dignetur. Ipse enim  
optimè nouerit fragilitates & inclinationes nostras  
ad malum. Ideo dicit apostolus ad Rom. 6. Huma-  
num dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut  
exhibuistis mēbra vestra, &c. Ecce apostolus & nō  
minus Christus, perpendit semper fragilitatem no-  
strā humanā & in omni tentatione facit prouentum  
& assistentiam, præcipuè his qui plenè in eius mise-  
ricordia atq; virtute suę amarissimè passionis cōfi-  
dunt. Præterea tales viri timorati atq; pœnitentes  
qui semper de insufficiētia discussionis confitētur,  
tūc reputāt eā insufficientē esse discussionē, quando  
nō oīa venialia vel saltē maiora in memoriā adduxe-  
rint quæ tamē nō necessariò veniūt confitēda. Item  
insufficientē reputāt, quando ab euetu seu fortuito,  
aliquod prius recollectorū à memoria exciderit vel  
propter labilitatē & defectū memorię, vel fortè ni-  
mia sollicitudo seu timor à memoria excusserit. Ti-  
mor enim cōsiliatiuos facit scđm Retho. sed nimius  
perturbat, etiam nonnunq̄ sollicitudo & diligentia  
discutiendi p̄babiliter sufficiēs creditur, cū tamē  
ex veniali causa sufficiens non est reducere in me-  
moriā omne mortale peccatū. Et nulla talis insuf-  
ficientia discussionis impedit, quo minus dignè pos-  
sit sumere sacramentū absolutionis seu pœnitentię,  
vel per sacerdotem ei ministrari quando probabi-  
liter præsumit sacerdos pœnitentem de huiusmodi  
insufficientia confiteri, quod facilè perpendi pōt ex  
conditione & qualitate confitētis & suorū peccato-  
rū atq; ex modo confitēdi. Ex plumis enim dinoscitur  
avis sic & ex conuersatiōe vita hoīs. ¶ His enim  
prę-

prædictis cōcordat Palud in 4. Si cōfessor scit vel p̄babiliter credit quòd confitēs aliqua p̄ctā non recollit, quā nō sufficiēter conscientia suā discussit vel si recollit p̄ errorē credit illud nō esse mortale, quā tamē est mortale, debet sacerdos illud ad memoriā reducere vel cōscientiā de illo facere, alioquin sciēter indignū absolueret. Sed si cōfessor dubitare vtrū illud de quo nō p̄carnitet nec cōfiteretur peccator esset mortale & ille diceret quòd de cōfessio peritorū illud faceret: de quib⁹ ex vita & conscientia p̄babile est quòd non nisi rectē consulere: potest se illorum iudicio conformare. Secus autē si esset certus de opposito.

*De eo qui ignorat aliquod esse mortale & sic non confitetur.*

**S**I Ioannes fecerit diligentiam iuxta fragilitatem humanam ut omnium suorum mortaliū post ultimam confessionem commissorum memoriam habeat & illa occurrentia confitetur: nō tenetur postmodum illam confessionem iterare, quamuis tunc cognouerit aliquod esse mortale quod prius putauit solum esse veniale vel nullū p̄ctū de quo cōfessus nō est, sed debet postea illud cōfiteri per se si nō habeat alia p̄ctā, vel cum alijs quæ post commisit. Si autē laboret tali ignorātia quæ ipsum nō excusat (nam tunc est ignorātia iuris vel circumstātiæ, quā scire tenetur) nō excusatur quo minus teneatur de illo peccato & de illa ignorantia p̄carnitere, & tenetur confessionē factā iterare tanq̄ fict⁹. Timeo plures laborare tali ignorantia. qui de multis contractibus satis manifestē vsurarijs aut illicitis atq; de iniusta possessione & occupatione alienorum, si propositum habeant tandē restituendi non faciunt sibi conscientia



putantes ibi non esse mortale. Similiter in multis alijs quæ ignorant esse mortalia ignorantia crassa. Si enim sermones doctorum prædicatorum frequentarent, medicos animæ confessores expertos quærent facile in illis instrui possent. ¶ Quæstio. De illo qui dubitat vel errat in natura vel specie facti quod commisit. Respondeo post Adrianum. vi. Vel ignorantia est talis quod agentem excusaret à culpa, puta si fuerit inuincibilis & tunc prætermittens aliquod tale confiteri non diuidit confessionem. Vel non excusat puta ignorat, quia non satis aduertit vel attendit negotium animæ sed magis sollicitus est circa corpus & ea quæ pecuniariam vtilitatem concernunt, & tunc quia fictus est respectu sacramentalis absolutionis iterare tenetur confessionem nisi eidem sacerdoti confiteatur & exponat suam fictionem ex tali causa aliàs in confessione factam. Stante tamè dubio in aliquo facto an sit mortale vel veniale quod confitens commisit tenetur illud confiteri, sed postquam à viro docto desuper informatus fuerit quod non sit mortale, tunc cessat dubium nec tenetur de illo vel simili facto si amplius committat facere confessionem, quia nullum vel solum veniale est peccatum licet per errorem ipse prius putauerit vel dubitauerit quod fuisset mortale.

*¶ De peccatis quæ constant confessori antequam confiteri.*

**N**on est necesse confitentem omnia sua peccata dicere confessori proprijs nominibus quæ scit sacerdoti esse cognita & esse adhuc in eius recenti memoria, sed satis est quod confiteatur se de illis ream quæ scit sacerdotem scire, quia. s. vidit vel prius  
ante

ante confessionem ei retulit talia peccata & dicat.  
 Domine de illis peccatis heri vel alio tempore per-  
 petratis quæ tibi constant cognosco meam culpam  
 & peto de eis absolui. Sicut si habeam scēdulam in  
 qua confessionem meam descripsi, possum eam por-  
 rigere sacerdoti, & sacerdos illis vitis potest me ab-  
 soluere, & non est necessarium quòd sacerdos aut  
 etiā confitens illa peccata expressè & altè legat. Hæc  
 tamen non sunt facilè faciendæ, consultius est vt con-  
 fitens si potens sit & præsens personaliter exprimat  
 sua peccata nominatim, quâuis etiā cōstet sacerdoti  
 vt sit maior reuerentia humilitas atq; verecundia.

*¶ Confiteri per nuncium vel scēdulam.*

**L**icitum est mihi confiteri per nuncium vel per  
 scēdulam in qua peccata mea descripsi vbi iusta  
 causa occurrit, talis quæ releuat & excusat à confes-  
 sione ore faciendâ. Sicut si sim religiosus & propter  
 indiscretionem superioris non datur mihi copia vt  
 ore tenus possim confiteri alicui docto viro in casu-  
 bus diuersis in quib<sup>9</sup> superior meus vel propter im-  
 peritiam suam aut aliâs consilium bonum dare ne-  
 quit. Nec etiam talis doctus & expertus confessor  
 atq; consultor potest me visitare personaliter, in tali  
 vel simili casu possum peccata mea & casus dubios  
 in quadam scēdula describere & eam clausam ad ta-  
 lem doctum mittere petēs desuper consilium & ab-  
 solutionem. Similiter si essem in captiuitate detētus  
 vel in aliqua insula, aut propter infirmitatem aut im-  
 potentiam non possem habere personam alicuius  
 discreti confessoris, vel si fortè peste aut alio morbo  
 periculoso & cōtagioso infectus essem, ita quòd ne-  
 mo confessorū audeat me personaliter visitare, licet

tunc vel in simili casu quia deest copia sacerdotis nisi  
sim obligatus confiteri, consultius est tamen prae-  
cipue si habeam mentem inquietam propter aliquos spe-  
ciales casus in quibus dubito si oportunitas adfit ut  
in quadam scedula peccata mea & illos casus scribam  
& transmittam ad aliquem peritum sacerdotem petens  
in absentia absolutionem, ut sic libera mente mori  
aut viuere valeam. Et similiter si habeam tempore  
pestis vel in alio periculo fratrem cellitam, aut sororem  
quandam apud me, possum illi peccata mea dicere ut  
ea exprimat discreto confessori quem personaliter ha-  
bere nequeo, quibus per eum auditis poterit me ab-  
soluere, & talis confessio facta per literas aut per nun-  
cium valida & vera est confessio, & talis absolutio est  
sacramentalis aequum ut alia quae fit coram sacerdote, &  
tenetur ille nuncius aequum ut celerare ut sacerdos. Secus  
esset si ex segnitie vel verecundia omitteret ore pro-  
prio confiteri sacerdoti, quia sic poneret obicem  
sacramentali absolutioni. Si tamen quis esset qui pra-  
mœrore & effusione abundantis lachrymarum per-  
fecte exprimere non valeret peccata sua, si scriptu-  
ram offerat ut eo audiente sacerdos legat & sic plus  
pudoris ingerat: credo talem perfecte & sacramen-  
taliter confiteri & absolui.

*De muto & nesciente lingua sacerdotis.*

**M**vtus non tenetur confiteri per scripturam, nec  
ignarus ydeomatis tenetur confiteri per inter-  
pretem, sed si illo modo fiat, utraq; confessio, erit sa-  
cramentalis. Ideo dicit virtualiter Palude quod cum  
est claudus poenitens & ire non potest nec sacerdos  
ad eum venire: quia forte infirmus vel aliud impe-  
dimentum habens, licet ei scribere peccata si vult &  
sacer-

facerdos illi rescribere & mandare absolutionē, sed non tenetur ad hoc. Imò quandoq; posset esse scandalum & periculum, quia posset carta ab alijs reperiri. Scotus & Richar. dicunt, quòd mutus vel alius non valens sacerdoti exprimere peccata, nō tenetur confiteri nisi eo modo quo potest, scilicet per signa. Nam si mutus vel ignorās linguam sciat scribere, potest presentare sacerdoti scēdulam: in qua descripsit sua peccata & hoc in præsentia sua. Vndè non consulit Richardus talem scēdulam esse mittēdam per nuncium ad sacerdotem absentem, vel per alia signa in quantum potest, debet confiteri: non tamen per interpretem.

*¶ De his qui nolunt abstinere à peccatis..*

**Q**uestio. An tales admittendi sunt ad confessionem & absoluendi qui nolunt abstinere à peccatis & eorū occasionibus, sicuti concubinarij, adulteri & possidentes continuè bona aliorum iniuste. Communis opinio doctorū in ca. quòd quidam de pe. & re. tenet, quòd pœnitentia illorū & confessio qui nolunt à peccatis abstinere licet sit acceptanda & salubribus monitis sit eis aliqua pœnitentia iniungenda vt sic ad contritionē inducantur & ad cor veniant. Nullo tamē modo est eis absolutio sacramentalis impendenda, quia illius non sunt capaces, nec in isto sacramēto imprimitur character: virtute cuius postea valere posset: sicut in baptismo: vbi recedente fictione: incipit valere baptismus: qui prius propter impedimētum: effectum suum habere non potuit, vndè illis qui sunt in tali statu damnabili à quo adhuc nō intendunt recedere vel in proposito peccandi, declarare debet sacerdos licet audiatur in

confessione, quòd tamen non sunt absoluti, nec ab aliquo etià Papa in tali statu possunt absolui, & adhortabitur eos vt faciendo elemosynas ac alijs modis impetrent preces pauperum & religiosorù atq; deuotarum personarum vt Deus cor eorum illustrare dignetur & conuertere ad pœnitentiam vt dicitur in ca. Flans de pe. Tales enim sicuti & omnes peccatores desolati inducendi sunt successiuè bonis monitis & consolandi, neq; sacerdos nimis crudellem se coram talibus exhibere debet eos indignè repellendo, neque peccata eorum audire volens ne fortè desperent & in maiora labantur crimina & obstinati maneat, si tamen tales omnino instēt pro absolutione habenda dicentes quòd aliàs corā assidentibus scandalizabuntur & desperabunt vel deteriora committent: nullo tamen modo debet eis confessor in hoc consentire vt absoluantur, sed declarabit eis quòd ipse absoluendo peccaret mortaliter sicuti & ipsi absolutionem indignè capiendò & quòd eis absolutio non prodesset. Et si tunc adhuc permaneant in errore & in scandalo non est de hoc curandum, quia est scandalum pharisæorum. 2. q. 3. Inter verba. Quæstio. Si talis manēs in peccato confiteatur an satisfaciatur p̄cepto ecclesiæ de semel confitendo in anno: respondeo breuiter quòd nō, quia est communis & verior opinio quòd ecclesia eodem p̄cepto quo p̄cipit confessionē p̄cipit simul vt homo sumat sacramentalem absolutionem. Iam peccans vel proponens peccare aut manens scienter in mortali vt certum est apud omnes non sumit sacramentalem absolutionem, nec dignè vt debet communicare potest. ¶ Est tamen opinio quorundam

rundam doctorum contraria, videlicet si quis vult integrè confiteri & confiteatur omnia mortalia quę post diligentem discussionem memorię occurrunt, satisfacit præcepto ecclesię lato super confessionem, quamuis sine pœnitudinē & etiam absolutione confiteatur. Nec secundum eos talis obligatur ad fictionis confessionem. Et isti dicunt quòd non eodem præcepto præcipit ecclesia sumi sacramentalem absolutionem quo præcipit semel confitendum esse in anno. ¶ Potest enim quis in statu mortalis culpę facere actum mortaliter ac integrè bonum, & illo satisfacere præcepto Dei sacerdotis vel ecclesię, sed actu malo & peccatis ipsis nemini potest quis satisfacere. Et ergo etiam secundū hanc opinionem verum est si quis confiteatur solū vel principaliter vt dicatur strenuus aut sanctus vt laudetur ab hominibus, vt non notetur in populo vel in derisionem sacramenti, non satisfacit præcepto ecclesię. Similiter nec ille qui eodem actu vult confiteri & absolui sine pœnitidine peccati. Similiter nec ille satisfacit qui scienter vel crassa ignorantia diuidit confessionem. ¶ Quæstio. An talis manens in peccato vel proposito peccandi & confiteatur debeat talem confessionem iterare? Respon- deo quòd sic, maximè si mutet confessorem, secus si rediret ad eundem confessorem, qui adhuc haberet memoriam suorum peccatorum saltem in specie, & eo modo sicut habet memoriam aliorum de quibus absoluit verè, debet tamen petere nouā absolutionē & de irreuerētia cōfiteri quia nō fuit verè absolut⁹.

¶ De his qui dicunt se abstinere non posse.

Isti absoluendi non sunt nec eis credendum est si

dicant quòd coacti sunt vt talia carnis vitia aut alia  
commiserint, & quòd in eam consuetudinem deue-  
nerint quòd eis impossibile est talia vitare. Vnde  
confessor discretus interrogabit tales à quo cogan-  
tur vel à diabolo & hoc non, cùm dicat Greg. Non  
est timendus hostis qui non potest vincere nisi vo-  
lentes, semper enim teste apostolo quantumcumq;  
fortis sit tentatio Deus facit cum tètatione & impu-  
gnatione prouentū ne succumbamus nisi ppria vo-  
luntate. Et super Mat. 4. ca. Si filius Dei es mitte te  
deorsum dicit glo. In quo infirmus ostenditur ita  
quòd nulli nocere possit nisi pri<sup>o</sup> deorsum se miserit.  
¶ Vel dicere potest quòd vict<sup>o</sup> sit & coactus à mu-  
liere & quòd eam relinquere nō potest, & hoc cōfel-  
sor demōstrabit falsum esse quia potest colloquia &  
societate illius personæ vitare ex quo vsus liberi ar-  
bitrij habet, licet fortiter passionib<sup>o</sup> & amore illius  
agitetur ad incontinentiā & tentationes variæ oc-  
currant ita quòd difficilè sit eam relinquere & alias  
quasdam peccatorū occasiones nō tamē necescitatur.  
Ratio enim semper debet esse diuina quę sensualita-  
tem constringere habet & regere atq; violentiam  
inferre. Vnde regnum cœlorū vim patitur. Et sic  
etiam tertio pater quòd non à carne cogitur cùm ha-  
beat dominiū carnis & sensualitatis suæ, vt dicitur  
Gene. 4. sub viri potestate eris & ipse dominabitur  
tui. ¶ Insuper quæro à te o peccator obstinate qui  
dicis te non posse continere aut peccata alia vitare,  
quomodo hoc intelligis vel dicis. Non possum si ve-  
lim, vel nō possum quia nolo. Si primo modo osten-  
do hoc falsum esse, quia si timor te impulerit vel cu-  
piditas facilè abstinebis & voles. Si namq; videres  
lectum

lectum ferreum ignitum, vel furnum ardentem paratum quem statim intrare deberes quando à lecto mulieris surrexeris, nonne potius eligeres & velles haud dubiè modica illa sœda delectatione carere q̄ illam horrendam incidere pœnam quam & incomparabiliter maiorem & perpetuò duraturam vides (nisi cæcus sis) subtuste in inferno paratam, de cupiditate idem fateri debes. Si enim ex continentia & abstinendo à tali actu venereo vel alio peccato certo scires te posse consequi mille ducatos, nonne cupiditas magni lucri te retraheret, & iam oculo fidei & intellectus videre deberes maiora tibi præmia æterna videlicet cœlestis gloriæ præparata si contineas & Deo fideliter seruias. ¶ Præterea quæro à te ô miser peccator vtrum intelligas quòd non possis continere & peccata vitare tuis viribus & sine Dei adiutorio vel quòd etià adiutus nō possis. Si. 2. modo manifestè falsum est quia sapit heresim. Deus enim omnia potest per se & cum causa. 2. Si primo modo, fateor verum Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. & Ioã. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Et sufficiètes nō sum' cogitare aliqd à nobis quasi ex nobis, vt suprà.

¶ Et hoc debet quisq; attentè considerare scilicet quòd suis viribus sanari nō potest, nec à peccato resurgere neq; etiam à vitijs abstinere. Nam hoc est nobis valde vtile cogitare. ¶ Primò ad nostram iustificacionem, ne stultè præsumat quis postquam ad libitum suum peccauerit se posse pœnitere quando voluerit aut proprijs viribus de quo Eccl'ia. 19. Repromisso ne quisima multos pdidit, sicut est illorū qui liberè sine remorsu quæcunq; mala cōmittunt sibijpsis



fibijs pollicentes quod in extremis aut quando-  
cunq; volent facile in potestate eorum erit agere pe-  
nitentiam. O mira insania si non possis cum sanus &  
liber es aut cum summa difficultate diabolo resi-  
stere quomodo præsumis cum ab eo captus & vin-  
culatus fueris tuis viribus de manibus suis te posse  
liberare cum dicatur Iob. 41. Qui factus est vt nullū  
timeret & non est potestas in terra quę ei valeat cō-  
parari. Iam quilibet in mortali p̄cto existēs captus  
& in vinculis diaboli detentus est. Prouerb. 8. Ini-  
quitates suę capiunt impium & funibus peccato-  
rum suorum quisq; constringitur. Item aduerte o  
peccator pręsumptuose si te continere nō possis aut  
potius non velis ne ad impulsum tentationis in fo-  
ueam peccati cadas, quomodo te speras iam confrā-  
ctum casu graui mole consuetudinis pressum, ag-  
gere peccatorum tuorū obrutum, ex tam profunda  
fouea per teipsum posse exire, & à graui vitiorum  
somnia posse resurgere. O magna cæcitas quod ho-  
mines cum mortui fuerint morte spirituali quę gra-  
uior est corporali à qua tamen nemo seipsum resus-  
citare potest seipsum putent posse resuscitare. Attē-  
de vnum notabile dictū quod à quodam sancto viro  
quandoq; audiui. Si nō possis aut cum maxima dif-  
ficultate cum sanus sis diabolo & eius tentationi-  
bus atq; suggestionibus resistere, quomodo in ex-  
tremis præsumis te facile illi posse resistere, cum te-  
ste Gregor. tantus tunc sit impetus doloris quod  
alibi ferri non potest vis cogitationis & dæmonis  
tentatio tunc longē vehementior sit. Scriptum est  
enim Tu insidiaberis calcaneo eius. ¶ Secundo va-  
let ad hoc & mouere debet meritò quęlibet nostrū  
quod

quod  
acq;  
nō p  
san  
bus

Q  
ran  
hun  
tur  
que  
tum  
ran  
uin  
rifi  
ritu  
etia  
face  
tud  
inu  
pot  
edo  
de v  
in s  
ēt  
opi  
uin  
tali  
Ad  
lice  
git

quòd gratiam Dei studeamus nobis comparare & acquilità custodire, sine cuius auxilio Deo placere nō possumus, orando, elemosynas dando, suffragia sanctorum implorando, & in multis pietatis operibus nos exercitando, &c.

¶ *Si confitens laboret aliqua ignorantia inuincibili.*

**Q**uestio. Sacerdos in confessiōe audit & perperdit peccatorem laborantem inuincibili ignorantia iuris diuini, vel probabili ignorantia facti vel humani iuris quæ eum excusat à peccato, an teneatur illi innotescere veritatem & de actu prohibito quem ipse non confitetur quia non scit esse peccatum? Respondeo si confitens laboret aliqua tali ignorantia quæ sit iuris diuinæ, tenetur confessor ei diuinæ legis veritatem insinuare quamuis tamen verisimiliter timeat vel credat consistentem ei non pariturum nec ei fidem adhibiturum in ea parte, nec etiam facilè hoc aut nunquam accidere potest quòd sacerdos via humana de hoc certiorari posset certitudine probabilis coniecturæ quòd similiter quis inuincibiliter in aliquo erret faciendo totum quod potest vt mereatur de veritate saltem diuinæ legis edoceri, & nihilominus quòd nolit parere quando de veritate edoctus fuerit. De hoc lati⁹ vide. Adr. vi. in 5. q. quotlibetica. ¶ Est etiam quorundam doctorum videlicet Altisi. Guillermi Parisien. Gerfo. opinio quòd in his quæ sunt de iure naturali vel diuino ignorantia inuincibilis locum nō habet. Nam talia quisq; scire potest si adhibeat diligentiam. Sed Adri. vi. tenet contrarium & hoc verum puto, videlicet quòd in his quæ sunt iuris diuini etiam contingit nonnunquam esse ignorantiam inuincibilem, & ad

ad hoc duo requiruntur. Primum vt tali ignorantia inuincibili laborans faciat quod in se est vt consilio doctorum & ministerio hominum instruat.

¶ Secundum quod toto corde ad Deum recurrat vt de veritate instruat. Vnde duplicia sunt precepta legis diuine. Quaedam namque sunt quorum notitia est omnibus adultis necessaria ad salutem vt precepta communia iuris naturalis sicut sunt precepta Decalogi & coes articuli fidei, & horum ignorantia in nullo est inuincibilis. Alia sunt quorum notitia solum quibusdam est necessaria ad salutem & illorum ignorantia est apud quosdam bene inuincibilis, & sic ex toto excusat, quia & si circa illa corde humiliato veritatem requirant & ab hominibus non propter hoc semper edocerentur in illis ministerio hominum vel a Deo interna inspiratione, sicuti contigisse videtur Machabeis qui propter religionem & obseruantiam sabbati crediderunt non licere sibi manu auxilium ferre aut ora speluncarum opilare. 1. Macha. 2. de quo latius vide in quotlibeto. 4. fo. 36.

¶ *De pueris quando confiteri teneantur.*

**S**I pueri habeant talem discretionem atque rationis usum quod sciant discernere quid sit bonum quid malum, propter quid homines puniuntur, & quare praemiantur (quod ex interrogationibus eis factis & modo viuendi constare potest) quia tunc peccare possunt, tenentur confiteri quamuis sint solum 7. vel 8. annorum; nam in illa aetate regulariter sunt doli capaces, aliqui tamen posterius alij prius in multis enim malitia supplet aetatem, vnde certa utilis regula de hoc dari non potest in quoto anno teneantur confiteri & communicare, sed parentes  
&

& magistri de super curam habere debent vt iuuenes secum ad sermones & ad templū ducant quando doli capaces incipiunt esse, & in bonis moribus eos instituāt aut institui faciant si facultas adsit preceptorē eis dando, aut ad vniuersitatē aut alia studia particularia disponendo, & præcipuē vt mane instruantur in articulis fidei & in modo confitendi & Deum reuerendi non minus quā parentes suos.

¶ *De Peregrinis, Mercatoribus, &c.*

**O**perarij mechanici & mercenarij qui in diuersis locis operas suas locant, & alijs pro stipendio impendunt artes suas & opera manuū, similiter & scolares possunt ibi communicare & ab illis sacerdotibus absolui à quibus cæteri illius parrochiz vbi laborant aut student absoluuntur, licet ibi non contraxerint domicilium. Limitat tamen Angelus hoc quando per maiorē partē anni ibi steterunt.

¶ Peregrini, mercatores discurrentes & non habentes manentē ciuitatē petere debent licentiā ab Episcopo vel proprio curato vbilibet confitēdi quo venerint, sicut cōmuniter habēt literas testimoniales à suo curato si fortē subito moriantur vt Christi fideles esse dinoscantur & in loco sacro sepeliantur. Si alicubi morantur per annū vel eius maiorē partē maximē quādo sunt ibi tpe paschali licitē confitētur illi sacerdoti in cui⁹ parrochia tūc sunt. ¶ De illis vero q̄ in diuersis locis morātur eq̄liter aut in diuersis castris habent domicilia confiteri debent illi curato in cui⁹ parrochia se inueniūt tpe confessiōis faciēdē.

¶ *Confessio est iuris diuini.*

**C**onfiteri Deo & etiam sacerdoti est de iure diuino, sed quando & qualiter est de iure positivo.

**O**mn

Omni enim tempore fuit in præcepto post lapsum confiteri Deo & recognoscere offensam, sed post passionē Christi oportet non solum Deo & in voto confiteri sed etiam sacerdoti: nam ante passionem Christi non erant adhuc confessores instituti. Et illud præceptum confitendi sacerdoti ecclesia limita-uit & circumstantiauit quantum ad illum cui confitendū est, quantum ad tempus, & quantum ad modum, ex. de pe. & re. c. Omnis vtri. sex. vbi dicitur, quod omnis vtriusq; sexus fidelis postq̄ ad annos discretionis peruenierit omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio suo sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere. Et illud tempus Paschæ quo obligantur Christi fideles confiteri & communicare capitur non solum pro ipso die Paschæ sed pro solennitate Paschali quæ incipit à die iouis sancta & durat vsq; octauas Paschæ. Non peccant ergo qui in die iouis aut profesto Paschæ sicut plurimi faciunt communicāt, imò quibusdā consultius est, ne forte ipso die propter subitam ciborum alterationem aliquod periculum nausæ aut vomitus sentiant postquam communicauerint. Similiter satisfaciunt præcepto taliter confitentes & communicantes aliquo festo aut alio die intra octauas.

*¶ De tempore contritionis & confessionis.*

**Q**uestio. Vtrū homo teneatur statim post mortale commissum conteri & confiteri si adsit oportunitas? Respondet Scotus in. 4. dist. 17. art. 3. quod hoc dubium est de confessione, quibusdam dicentibus quod sic, alijs quod non tenetur statim confiteri, sed tantum in voto pro aliquo tempore. s. semel

semel in anno, iuxta c. omnis vtriusq; sexus, sed ante constitutionē illius ca. solū ante mortem cadebat obligatio confitendi, pro solutione pono hanc vnicam propositionem bimebrē. Sicut peccator post lapsum in mortalem culpam non tenetur ad statim conteri, ita nec confiteri, quamuis etiam adsit oportunitas. Patet hęc propositio quo ad vtranq; partem quia tam cōteri quā confiteri est præcepti affirmatiui quod obligat semper non pro semper. In quibusdam tamen casibus tenetur quis ad statim conteri quantum in se est vel saltem conari vt displicentiam habeat, doleat & detestetur de peccatis commissis. ¶ Primò ratione administrationis vel susceptionis alicuius sacramenti quod in statu mortalis culpæ dignè suscipi nequit vel cōrectari nisi homo probabiliter hoc ignoret. ¶ Secundò ratione periculi mortis de proximo imminentis. ¶ Tertiò ratione magnæ anxietatis & necessitatis populi, sicut cum ad statim opus est feruida oratione & quæ mereatur exaudiri propter seductiōem hereticorum, inuasionem infidelium, &c. ¶ Quòd etiā non teneatur quis ad statim habita oportunitate cōfiteri sicut tamen quidam dicunt: patet quia vt beatus Tho. 17. dist. 4. Præcepta affirmatiua non obligant ex hoc quòd commodè impleri possunt, quia si sic nō dans elemosynam de superfluo quandocunq; pauper ei occurrit peccaret mortaliter, quod falsum est. Sed ex hoc quòd tempus adducit necessitatem vrgētem videlicet pauper aliās moreretur aut graue periculum sui corporis incurreret nisi ei statim succurratur de superfluo, iam ligat præceptum dandi elemosynam, ergo similiter occurrēte oportunitate etiā si

maior non speretur nō cadit in præcepto confessio,  
sed quia tempus aliquā necessitatem adducit. ¶ Se-  
raphicus & deuotus ille doctor beatus Bonauétura  
videtur tamen contrariæ sententiæ, dicens. Si quis  
haberet oportunitatē temporis & confessoris & nō  
speret illo anno habere maiore oportunitatē, quod  
tūc habita illa oportunitate tenetur confiteri. Et hoc  
crederē verū quando verisimiliter putat si nunc isti  
idoneo nō cōfiteatur quod infra annū nō poterit ali-  
quē idoneū habere propter casus fortē reseruatos,  
vel quia indiget speciali cōsilio quod commodē ab  
isto & non ab alijs habere poterit. ¶ Sunt tamē qui-  
dam casus quos ponit Richard. in quibus doctores  
cōmuniter conueniūt in quib<sup>9</sup> tenemur statim con-  
fiteri habita oportunitate. ¶ Primus, est quādo vult  
quis communicare vel celebrare, & hoc verū in-  
telligo si sit in aliquo mortali de quo confessus non  
fuerit prius, aliās non tenetur. Si enim quis haberet  
solū venialia nec consciētia remorderet de aliquo  
mortali, posset talis communicare & celebrare non  
præmissa confessione. Est tamē bonū & consultum  
ante celebrationē semper præmittere confessionem  
si fortē aliqua neglecta vel omissa fuerint & pop-  
ter deletionem venialium & pro maiori reuerentia ex-  
hibenda tanto sacramento & deuotē illud sumendi.  
Sicuti laudabilis est consuetudo pluriū sacerdotum  
religiosorum & secularium etiā sanctæ viuentiū in-  
dies ante celebrationē præmittentiū confessionem  
saltē generalē si specialianon occurrāt. ¶ Secundus,  
est quando quis est in periculo notabili & imminēti  
mortis, videlicet quia vult nauigare per mare peri-  
culosum & tēpestuosum vel aliud periculosum iter  
per

per longū tempus transire, vel ingredi bellū, vel est infirmus infirmitate periculosa, vel letali vulnere lesus. Ideo præcipitur medicis cum eos ad infirmos vocari contigerit vt efficaciter eos moneant de salute animæ, & quòd ante omnia aduocent medicos spirituales confessores. s. atq; vt magis solliciti sint de sanitate animæ quàm corporis. Et tunc est periculum mortis secundum Palude quando quis est in tali casu in quo homines regulariter aut frequenter mori solent. ¶ Tertius, est quando sibi dicat conscientia quòd teneatur statim cõfiteri de necessitate. Nam tunc tenetur vel oportet conscientiam si erronea sit deponere. ¶ Quartus, quando probabiliter videt quòd illo anno copiã idonei cõfessoris habere nõ poterit qui ipsum possit absoluerè. ¶ Quintus, quãdo per statutū est quis obligatus ad pluries confitendū vt religiosi aut alij ex voto. ¶ Sextus, casus conuenienter addi debet bene notandus, videlicet quòd tenetur quis pluries q̄ semel in anno confiteri quãdo est ei verisimile sicut frequẽter est quòd expectãdo & differẽdo confessionẽ vsq; festū Paschæ obliuiscetur aliquorū mortaliū: nam in tali casu tenetur vel in festis principalioribus aut pluries certis tẽporibus anni cõfiteri in quibus si nõ cõfiteatur verisimiliter scit sicuti alijs annis pluries expertus est ppter multas in t̄palibus occupatiões & varias curas quòd multorū mortaliū aliquorū non erit memor sed decidet à memoria. Nec adhibet aliã diligentia p̄ certa scripta aut signa vt suprã tetigi, vt cõmendet oĩa memoriẽ. Ratio huius est, quia talis sic differens confessionem facit se scienter impotentem ad explendum Dei præceptum de confessione. Nec



facit diligentiam debitam & discussionem vt omnia  
mortalia confiteatur. ¶ Ideo valde consultum est  
pluries præcipuè quater vel septies in anno cōfiteri  
aut in specialioribus festiuitatibus, quia expectādo  
vsq; finem anni est valde difficile præcipuè homi-  
nibus mundanis multis temporalium negotijs im-  
plicatis sufficienter conscientiam discutere & de  
omnibus mortalibus toto illo anno perpetratis in-  
tegram confessionem facere. ¶ Quidam laudabi-  
lem habent consuetudinem, statim quādo aliquam  
notabilem displicentiam & animi inquietudinem  
percipiunt, accedunt confessorem animæ consola-  
torem. Similiter quando vulnerati sunt aliquo letali  
vulnere mortalis peccati: illico adhibent remedium  
ne vulnus putrescat & immediatè postquā credunt  
vel timent se aliquid mortale cōmisisse (ne forte illa  
nocte vel diutius expectando morte inopinata aut  
subitanea præueniantur. Nihil enim teste Augu. est  
periculosius quām hominem in eo statu viuere & ire  
cubitum in quo non auderet mori) consulunt me-  
dicum animæ & in confessione medicinam purga-  
tiuam, expulsiuam atq; præseruatiuam sumūt, & ta-  
les sunt semper aut regulariter in securitate & tran-  
quillitate mētis & in statu salubri qui Deo & omni-  
bus sanctis maximè placet. Nō enim est sperāda ve-  
nia criminis vbi taciturnitas fuerit cōfessiois, de pe-  
dist. 1. Et test Grego. Verbum oris est venia cordis.

¶ *Confessi mendicantibus.*

**Q** Væstio. Vtrum confessi alicui religioso de or-  
dine mendicantium teneantur nihilominus  
semel in anno confiteri suo curato? Respondeo  
breuiter iuxta communem & veriorem doctorum  
opi-

opinionem quòd non. Nam tales religiosi qui habent facultatem audiendi confessiones eis concessam iuxta formam iuris puta cle. dudum de sepul. verè absoluunt eis confitentes sic quòd non sit necessariū vt tales iteratò in paschate suo curato confiteantur, dummodo tales religiosi sint debitè præsentati, & extra diocœsim in qua sunt admissi non præsumpserint confessiones audire, & in hoc differunt ab ordinario prælato sicut est curatus, quia talis siue perpetuus siue temporalis potest absolvere de peccato extra territorium commissio, etiam cum ipse est extra territorium & subditus eius. Tamen dicti religiosi vigore huiusmodi concessionis nullam habent facultatem in reseruatis episcopo ex consuetudine vel statuto. Nam curatis non est à iure concessa potestas absoluendi à reseruatis episcopo per consuetudinem vel statutum. Si ergo ab illis possent fratres absolvere amplior esset eis potestas concessa quàm curatis, sed debent specialem licentiam & auctoritatem ab episcopo habere tam curati quàm fratres vt possint à reseruatis episcopo absolvere. ¶ Nec potest huius contrariū haberi ex. ca. omnis vtriusq; sexus vt quidam prætendunt. Nam iuxta mentem capituli quisq; tenetur semel in anno confiteri suo proprio sacerdoti vel alicui ab eo ordinato, iam secundum communem intellectum doctorum, proprius sacerdos nedum est curatus sed & Papa & episcopus, si ergo curatus facultatè habeat disponendi de confessoribus in ecclesia sua adeò quòd confessi alicui illorū capellanorū per curatum ordinatorum satisfaciunt præcepto ecclesiæ, & non tenentur semel in anno ad ipsum principalem curatum siue eorum pa-

storem accedere, ita etiã confessi Papæ vel episcopo  
aut per alterum eorum ordinatis ad audiendũ con-  
fessiones, sicuti sunt mendicantes præfati satisfaciunt  
præcepto ecclesiæ nec tenentur illam confessionem  
iterare, neque etiam ad suum curatum accedere.  
Consultius est tamẽ vt suprâ dixi de iteratione con-  
fessionis & valde expediens vt quis eligat in suum  
continuum atq; generalem confessorem curatum  
proprium si doctus sit & bonæ vitæ, vel aliquem ab  
eo ordinatum etiam idoneũ vel quòd ad minus se-  
mel vel bis in anno illũ accedat in confessione, &  
extra ordinariè potest quandoq; alios consulere se-  
culares & religiosos quibus ex doctrinis in sermo-  
nibus & confessionibus traditis quandoque afficitur  
magis quàm curato. Nam talis curat° postquam  
vultum sui pecoris & statum subditorum suorum  
pro quibus habet ponere animam suam & de eis ra-  
tionem reddere ex confessiõne agnouerit (non enim  
meliori modo potest vita, conditio, & status homi-  
nis cognosci quàm ex confessiõne vbi omnia secreta  
& cordis archana confessori aperiuntur) facilius po-  
terit semper illis subditis subuenire, consulere, atq;  
medicinã dare, præcipuè tẽpore infirmitatis, quãdo  
pressi graui morbo sensus interiores obnubilatur  
memoriaq; deficit, adeò quòd tũc nõ tã pertinenter  
per se possent confiteri, nec omnia peccata per eos  
commissa ad memoriam reducere, nisi eorum cura-  
tus qui pluries confessiones eorum audiuerit eis as-  
sistere interrogationib° atq; alijs medijs eos exami-  
nando, &c. & præcipuè quãdo loquela incipit defi-  
cere, quãdo plerumq; multa cuperent, & nituntur  
dicere quæ perfectè tunc exprimere non possunt,  
nisi

nisi is adesset qui eorū mores, vitā & statū agnosce-  
ret. Nec ista & similia possent habere à religiosis qui  
sacramenta secularibus ministrare non possunt &  
qui de loco ad locum relegantur, quare in extremis  
suis filijs aut filiabus confessionis assistere non pos-  
sunt si præsentes non sint vel aliud sit obstaculum.

¶ Quæstio. Quid requiratur & quomodo sciend-  
um est vt illi mendicantes sint debitè præsentati &  
admissi? Respondeo. Generalis minister quo ad Mi-  
nores aut prior prouincialis quo ad Iacobitas siue  
Prædicatores, similiter apud Augustinenses, & Car-  
melitas eorum superior siue generalis ad hoc ordi-  
natus legittimè eligere habet aliquos religiosos  
quos præsentare habet episcopo aut eius vices ge-  
renti petens vt illi sic præsentati possint audire con-  
fessiones suorū subditorū. Et sufficit quòd sint præ-  
sentati episcopo personaliter quod securius est, vel  
verbaliter scripto vel alio modo. Item requiritur  
quòd volens talibus præsentatis confiteri sit de iu-  
risdictione illius cui sunt præsentati. Timendum est  
quòd hæc nō semp apud quosdā religiosos discolos  
obseruētur q̄ passim p̄sumunt vndiq; in quacunq;  
diocesi vel territorio existāt quoslibet aduenientes  
audire in confessiōe & absoluere quorum absolutio  
frequēter inualida est, quia potestātē super tales ab-  
soluendi non semper habēt: habēt enim potestātē li-  
mitatam, sicut etiam absolutio nulla esset si curatus  
vnius diocesis vel parrochiæ tētaret absoluere sub-  
ditos de alia diocesi vel parrochia. Et potest illa præ-  
sentatio fieri Ep̄is, aut alijs p̄latis habētibus iurisdic-  
tionē episcopālē etiā extra territoriū existētibus.

¶ Si aut nō pōt haberi copia illius ep̄i vel p̄lati vel si

ralis sit excommunicatus, suspensus vel interdictus, debet ad superiorem haberi accessus.

¶ *Forma communis absolutionis pro quolibet Confessore.*

**M**iseriatur tui omnipotens Deus & dimissis omnib<sup>9</sup> peccatis tuis perducatur te Iesus Christus in vitam æternam Amen. Dominus noster Iesus Christus per merita suæ benedictæ passionis dignetur te absolueret & ego eius autoritate absoluo te ab excommunicatione si incidisti. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. Et ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. ✠ In nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. Veneranda passio domini nostri Iesu Christi, meritum gloriosæ virginis Mariæ, omnium sanctorum bona opera per te facta, & futura cedat tibi in remissionem omnium peccatorum & in penitentiam generalem. Pro speciali penitentia legetis, &c.

¶ *De peccato mortali & veniali. 8. Cap. Habet. 5. partes.*

¶ *Prima pars Quid sit mortale peccatum.*

**M**ortale peccatum est auersio ab incommutabili bono & conuersio ad aliquod creatum siue bonum commutabile, vt diffinit Augu. de lib. arbit. ¶ Et in libro contra Faustum.

¶ Peccatum est dictum, factum vel concupitum, contra legem æternam. Et in illa diffinitione innuitur triplex mortale. s. Vocale, Reale, & Mentale. ¶ In libro de duabus animabus dicit idem Augu. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat. Et alibi. Peccare est neglectis rebus æternis temporalia sectari de li. ar. Et 83. q. Omnis humana peruersitas est vti fruendis, & frui vtendis.

¶ Ex quibus descriptionibus patet quod peccatum mortale semper auertit hominem ab ultimo fine sum-

mo bono quod Deus est, & repugnat gratiæ & charitati Dei, quantūcunq; enim fit quis in gratia Dei & sanctissimè vixerit ad plurimos annos, si tamen vnū etiā minimū mortale cōmittat fit Dei inimicus, & charitas præinexistens necessariò expellitur. Insuper peccato mortali debetur pœna æterna, & filium Dei atq; hæredē cœlestis patriæ facit seruū diaboli & filiū æternę dānationis. Vndē nec præcib° virginis Mariæ atq; omniū sanctorum fieri potest vt in mortali decedens non sit æternaliter à gratia Dei separatus & damnatus. ¶ Ex quo patet quòd multum differunt mortale & veniale. Nam veniale nō tollit ordinem ad vltimum finem nec excludit charitatem & tertio ei debetur solūm pœna temporalis secundum legem statutam. Vndē veniale committitur vel propter imperfectionem actus, sicut subditi motus in genere mortalium, vel propter aliquā inordinationem existētem circa ea quę sunt ad finem seruato tamen debito ordine ad finem. Et sine istis venialibus non viuimus in hoc mundo, licet quodlibet vitare possumus. Septies namq; in die cadit iustus. ¶ Et est duplex mortale. s. ex genere, & ex circumstantia. Mortale ex genere est cū voluntas fertur in aliquid quod secundū se & directè repugnat charitati Dei & pximi & auertit ab vltimo fine sicut blasphemia Dei, periuriū, adulteriū, homicidiū, &c. Et ista dicuntur mortalia ex genere siue progenie, quia omnes eius filię siue species, sunt eiusdem generis & naturæ, videlicet peccata mortalia. ¶ Mortale ex circumstantia dicitur quod de se & in singulis eius speciebus non est mortale sed solūm ex aliqua circumstantia siue conditione adueniente, vel

ex parte finis aut obiecti loci temporis personę, &c.  
Et sic opus indifferens imò & bonū opus de se & ex  
natura sua fit quandoq; mortale ratione intentionis  
aut alterius circumstantiæ, Sicut mercari quod de se  
licitū est aut indifferens, si fiat die festo vel in loco sa-  
cro sine necessitate & legitima causa erit mortale.  
Item dare elemosynā de se bonū est: similiter cele-  
brare, prædicare, &c. sed ex intentione possunt esse  
mortalia, videlicet si principaliter fiāt ppter inane  
gloriā, auaritiā, amorē carnalē tanq̄ ppter finē prin-  
cipalem. ¶ Doctrina igitur saluberrima est quod in  
actibus nostris semper bonā habeamus intētionem  
& quod in principio diei & omniū operationū no-  
strarū ordinemus illas principaliter in Deū tanq̄ in  
finē vltimū & regulā atq; præmiū totius vitę nostrę  
& sic oībus operib⁹ & laborib⁹ nostris etiā de se in-  
differentib⁹ sicuti sunt comedere, bibere, loqui, &c.  
mœreri poterimus gloriā. Id ipsum suadet apost. 1.  
ad Cor. 10. Siue māducatis siue bibitis vel aliud qd  
facitis omnia in gloriā Dei facite. Nā si radix sc̄tā. i.  
si intentio sit bona, & rami sancti erūt. i. opera bona.  
Ad Ro. 11. Et Lu. 2. Si oculus tuus fuerit nequam. i.  
intētio praua, totū corpus tuū. i. op⁹ ex ea procedēs  
tenebrosus erit. Intētio enim iudicat hominem, &  
teste Ambr. Intentio tua operi tuo nomē imponit.

¶ *Secunda pars quomodo eodem actu plura com-  
mittuntur mortalia.*

**Q**uia in vno & eodem actu frequenter concu-  
runt plures circumstantiæ actum illum defor-  
mantes, & in aliā speciem trahentes, ideo eodē actu  
in numero & eadem volitione aliquoties plura mor-  
talia etiam specie & genere distincta committuntur.

Exempli

Exempli gratia. Ego sacerdos in ecclesia die festo vi-  
 dens consanguineam meam maritalatam concupisco  
 eam animo fornicandi & intentione furandi eius pe-  
 cuniã. Ibi enim vnica concupiscentia voluntate siue  
 intentione committo plura mortalia. Primò namq;  
 est ibi sacrilegiũ. Secundum mortale est, dehonora-  
 tio dom<sup>o</sup> Dei. Tertium est, violatio sabbati. Quartũ,  
 incestus. Quintum, adulterium. Sextum, furtum, &  
 plures adhuc aliã prauã possent addi intẽtiones &  
 peruersã circumstantiã trahentes illum actum in  
 aliam speciem, & constituentes noua peccata mor-  
 talia. ¶ Consimiliter vnico verbo & eadem opera-  
 tione contingit committere centũ & mille mortalia  
 saltẽ numero distincta, sicut si eodẽ verbo vel opere  
 scandalizet quis centũ aut mille homines, quos suo  
 verbo vel pernicioso exẽplo ad simile vel aliud pec-  
 catum inducit. Similiter si eadem volitione & concu-  
 pispiscentia consentiat in mille pulchras filias ibi-  
 dem præsentes. Vel desideret & velit quòd mille oc-  
 cidantur iniustẽ, tot enim videntur ibi esse mortalia  
 quot sunt personẽ quas scandalizat, concupiscit, vel  
 occidit. Veluti enim eodem ictu machinã cõtingit  
 corporaliter plures interficere, ita probabile vide-  
 tur quòd eodẽ actu potest quis plures spiritualiter  
 interficere & plures animas damnare. Illud tamen  
 non est vsq; ad eò certũ, an videlicet sint tot mortalia  
 numero distincta vel solũ vnũ mortale tam graue  
 tamen ac si plura essent. Ideo omnino consulo &  
 credo necessarium esse quòd quis exprimat nume-  
 rum personarum quas scandalizauit, quibus ini-  
 quum consilium dedit & ad malum induxit, quas  
 concupiuit, &c. In priori tamẽ casu & exẽplo positõ  
 quando



quando videlicet diuersæ sunt circumstantiæ trahētes in aliam speciem: nemini dubium est quin sint distincta mortalia & quæ sint necessariò confitenda.

*¶ Tertia pars quomodo solùm in pleno consensu voluntatis consistit mortale.*

**N**Vllum est peccatum mortale actuale absq; consensu pleno & libero voluntatis vero vel interpretatiuo. Nam teste Aug. Peccatum adeò voluntarium malum est, quòd si voluntarium non sit peccatum nõ est. Voluntas enim est qua peccatur & rectè viuitur, vndè secundum beatum Tho. In quolibet genere peccati mortalis reperiuntur aliq; imperfecti mot<sup>o</sup> qui solùm sunt venialia ppter imperfectionē voluntatis sicut in genere adulterij primus mot<sup>o</sup> concupiscētiæ, & in genere homicidij prim<sup>o</sup> mot<sup>o</sup> iræ, similiter & in genere inuidiæ, tales mot<sup>o</sup> primi etiã in viris pfectis inueniuntur. Hinc est quòd valde difficile est cognoscere quid sit mortale atq; in quolibet particulari casu rectè diffinire hoc vel illud esse mortale. Et ideo temerariè & periculosè quidã p̄dicatores & cōfessores facilè nimis decernunt aliqd visum vel auditū esse mortale, quando certitudinē tamen nõ habent. Audite quæso aureolum nostrū, Au. 21. de ciuitate Dei ca. vlt. dicētem. Quis iste sit modus, & quæ sint illa peccata quæ ita impediunt perueniētiā ad regnum Dei, vt tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam difficillimum est inuenire, periculosissimum diffinire. Ego certè vsq; ad hoc tempus cū inde satagerem ad eorum indaginem peruenire non potui. Et propterea fortassis latent ne studium proficiēdi ad omnia peccata cauenda pigrescat, &c. Et ideo semper in Dei timore

timore viuendo declinabimus ab omni via mala & specie mali atq; etiam à multitudine venialium quæ licet fortè iudicio nostro erroneo venialia æstimentur, in conspectu tamè iustissimi iudicis fortè plura eorum mortalia censentur. ¶ Patet ergo ex dictis quòd non peccant pueri qui nondum ad rationis vsu peruenierunt, similiter nec plenè ebrii, furiosi, dementes, & ceteri non habentes vsu liberi arbitrij, quamuis ergo quidam in extremis in frenesim cadant vel propter fortitudinem morbi stulti fiunt carentes ratione & vsu liberi arbitrij, sicuti de quibusdam viris doctissimis quandoq; vidimus, & tunc vt verba sonant Deum blasphemare videntur & de seipsis ac salute sua omnino desperare, non tamen in hoc peccant, nec ideo dānabuntur, sed Deus huiusmodi personas secundum talem statum iudicabit in quo ante frenesim extiterunt. ¶ Similiter vt suprā aliquo modo dictum est de luxuria Pollutione nocturna in somno non est peccatū ex quo talis dormiens caret ratione, sed est nonnunq̄ sequela & effectus peccati in vigilia præcedentis, &c.

*¶ Quarta pars continet quinq; notabiles regulas quando sit mortale, &c. Prima regula.*

**Q**uando amor vel affectio ad aliquā creaturam in tantum crescit quòd præponderat amore Dei & præceptis eius, & quòd in illa creatura finis vltimus constituatur, ita quòd illam creaturam nec actu nec habitu aut virtualiter vel eius dilectionem refert in Deum, tunc est mortale peccatum. Et hoc tunc accidit quando scilicet per amorem illius creaturæ vt illam consequatur vel ne habitam perdat paratus est facere contra aliquod Dei præceptum  
obli-

obligās sub pœna peccati mortalis siue iehēne ipsos  
transgressores. Nam talis sic creatura affectus magis  
diligat creaturā q̄ creatorē. Exēpli gratia ego ex ter  
monibus & doctrinis diuersis auditis, ex consilio &  
informatione confessorū aut aliorū doctorum scio  
quædā bona quæ possideo esse iniusta mercimonia  
occupationes & alia negotia atq; officia quibus oc  
cupor indies perpendo non posse cum Deo & salua  
consciētia tali modo iustè fieri. Item quòd nec Deo  
placere possum nisi realiter & cum effectu prius à  
me remouerim tales personas vel creaturas quibus  
amore venero vel alia quauis perniciofa cupiditate  
afficio, &c. His tamē nō obstantibus & per me co  
gnitis ego adeò his terrenis bonis atq; diuitijs inhe  
reo aut talibus creaturis sic affectus sum quòd nihil  
horū relinquere volo nec deserere intendo, hoc si  
gnum certū est quòd tunc sum in statu damnabili &  
talis occupatio amor & affectio diuitiarū, vestimen  
torū, mulierū, honorū, voluptatū vel aliarū creatu  
rarū est semper mortale peccatū: vndè regulariter in  
quolibet mortali est aliquis contēptus Dei formalis  
vel virtualis aut interpretatiuus & fruitio creaturæ  
quia præponitur creatura Deo, bonū finitum bono  
infinito, bonum transitorium cōmutabile bono in  
commutabili: vndè cū aliquis vellet cum tali crea  
tura vel bono creato semper manere non curando  
de æterna vita & beatitudine (licet non sint semper  
rudes de hoc interrogandi & tentandi) talis amor  
creaturæ semper est mortale peccatum. Sicut oculi  
quorundam stercoræ terrenorum & creaturarum  
adeò excæcati sunt atque affectiones eorum depra  
uatę qui temerario ausa dicunt. Contentus essem  
Deo

Deo & sanctis regnū suū relinquere si hoc mūdo  
 & creaturis mihi semper frui liceret. ¶ **Secunda** re-  
 gula. Quando notabiliter aliquid fit cōtra dilectio-  
 nem proximi in præiudicium honoris, famæ atque  
 aliorum bonorum corporis vel animę, aut cum no-  
 tabili temporalium eius iactura, tunc quod sic faci-  
 mus contra charitatem proximi & in eius perniciem  
 est mortale, in modico tamen facere contra proxi-  
 mum aut in paruo scandalizare nō est mortale sicut  
 nec inducere eum vt cōmittat solū veniale, vndē  
 quilibet consideret seipsum & conditionē propriā  
 quid sibi vellet & nollet fieri, & per quod factum &  
 nō factū solueret inter se & proximū amicitia quā  
 insimul habent diuq; habuerunt. ¶ **Tertia** regula  
 de periculo. Exponens se periculo peccati mortalis  
 peccat mortaliter: sicut quando dimittit certum &  
 agit incertum quod est probabiliter & vehementer  
 incertum æquē sicut oppositū vel magis an sit mor-  
 tale vel non. Secus si esset solū incertum per con-  
 iecturas leues aut ex suspitiōe trepida & scrupulosa  
 proueniēte, ex nimio timore cadendi aut deficiēdi  
 in via Dei: similiter qui sciēter submittit se occasiōe  
 propinque peccati mortalis peccat mortaliter, de  
 illis occasiōibus tangā in 9. ca. sequenti. ¶ **Quarta**  
 de agente contra conscientiam. Agens contra con-  
 scientiam ædificat ad iehennam & peccat mortaliter  
 si conscientia sit fixa dictando id quod agitur esse  
 mortale. Sed venialiter solū peccat quantum est  
 ex parte illius circumstantiæ quæ est facere contra  
 conscientiam si conscientia iudicet illud solū esse  
 veniale: vndē si quis leuando festucam, vel faciēdo  
 actum aliquem de se indifferentem vel malum aut  
 etiam

etiam de genere bonū credat id quod agit esse mortale peccatum peccat mortaliter, habens ergo talem consciētiam erroneam debet eam deponere & non conformiter agere: dictum est notanter quantū est ex parte illius circumstantiæ, &c. Quia si consciētia alicuius dīctaret quòd mercari die festo, fornicari, vel simile quòd quod est mortale: esset solū veniale, nihilomin⁹ peccaret mortaliter. ¶ Quinta de dubio & scrupulo. Agens contra dubium consciētiæ semper peccat vel mortaliter si sit dubiū de mortali vel venialiter si dubitet illud quod agit esse veniale & non sit de se mortale. Sed is qui agit contra scrupulum, timorem, vel apparentiam nō peccat, quinimo expediens frequenter est & valde consultum contra scrupulos & fantasmata quibus multi agitantur agere. Et id ipsum suadet dominus Gerson doctor consolatorius pro serenitate & quietudine consciētiarum timoratarū. Scrupulus namq; vt inquit li. 4. de conso. theologiæ. Psa. 2. Est vacillatio quædam vel formido consurgens ex quibusdam coniecturis debilibus & incertis. Dubium dicit apparentiam quandam vtriusq; partis sine tamen alterius assensu. Nā ille qui dubitat fluctuat inter duas vndas siue partes non magis vni parti adhærens q̄ alteri. Opinio dicit assensum alicuius partis cū quædam tamen formidine de opposito. Patet ergo quòd agens contra dubium semper peccat, quia amat periculum, secus de scrupulo: nam habens solummodo scrupulum de aliquo an sit licitum ille tamē assentit & habet iudicium rectum de illo quòd sit licitum, nihilominus, non est omnino resolutus, planè contentus, quietus & pacificus in animo, sed habet quamdam

dam anxietatem de opposito sine tamen illius oppositi iudicio vel assensu quo. *s.* iudicaret illud esse faciendum & licitum. Si enim ut fragilitas permittit humana te disposueris sufficienter ut verisimiliter speras ad celebrationem vel eucharistię sumptionem. Si nihilominus tunc occurrat aliquis scrupulus timor vel hæsitatio quod non sufficienter te preparaueris vel scrupulo agitaris an aliqd per te ante multa tempora commissum sit mortale vel apparet aliquo modo quod de eo non es sufficienter confessus non propter hoc à sumptione eucharistię à celebratione aut alio bono opere retraheris ipsum dimittendo sed confidenter accedas neq; conscientiam de illo vel similibus scrupulis facias. Consimiliter in missa, in horis canonicis aut alio diuino officio quandoq; apparet homini etiam deuotè & attentè celebranti horasq; & aliud officium legenti & perficienti debite quod verba quædã consecrationis vel canonis, aut aliquos psalmos vel versus in horis omiserit habet tamen iudicium & verisimilem certitudinẽ de contrario, videlicet quod nihil omiserit. Magis expedit ut hi quibus talia accidunt ne repetant quod semel lectũ est nec de illis occurrẽtib; scrupulis curent.

¶ Quibusdam etiam scrupulosis semper apparet si aliquid boni faciant vel firmiter in animo concipiãt aut proponant quædã bona ac pietatis opera facere, videlicet ingredi religionem, pauperes mendicãtes nunquam refutare, ferijs sextis ad honorem vulnerum Christi Iesu ieiunare, die sabbati ad honorem virginis, certas oratiões & deuotionalia legere, &c. quod ideo propter hoc bonum propositum & firmum conceptum sint semper obligati illud facere,

adeò quòd si aliquotiens omitterent putarent se peccare mortaliter vel saltem de hoc scrupulis agitatur, aut si multis annis ferijs sextis aut in profestis quorundam sanctorum ieiunauerint vel alias laudabiles consuetudines diu seruauerint quòd ideo illis non auderent nec possent contrauenire. Vnde aliquoties illis scrupulosis consultius esset quandoque interrumpere illas consuetudines eas ad tempus nò seruando ne per continuam longam earum obseruationem putarent se obligatos. Plures etiam sunt credètes vel scrupulos habètes quòd semp peccat quãdo eis occurrit aliqua bona inspiratio si eam ad effectũ nò deducãt, vndè sequi bonũ consiliũ alterius & inspirationẽ nò est in præcepto sed est consilij. Si quis tamen contèneret bonũ consiliũ & resistere vellet atq; obicẽ ponere spiritui sancto & eius inspirationibus ille peccaret. Oportet etiã probare spiritus atq; inspiratiões an à Deo sint vel à demone, an volatiles sint an fixæ. Itẽ an illę inspirationes vel cogitatus sint de his quæ bona sunt & quæ conducunt saluti eius & an sit in potestate eius, Dei semper assistenti adiutorio atq; ei verisimile quòd poterit in illis perseuerare. Nonnunquã enim accidit quòd malus angelus & dæmones suggerunt hominibus præcipuè scrupulosis aliqua bona vt illa voueãt, sicut ingressum religionis ieiunia, &c. quę post voti emissionẽ nò obseruãt vel non eo modo vt tenentur & tunc grauius peccant & maiorẽ animi inquietudinem incurrunt, & ad hoc demõn laborat & his & similibus consultius est vt nò faciles sint in uendo. Sicuti tamen plures sunt qui cùm sint in aliqua anxietate constituti vel etiã sponte occurrente

ali-

ali  
gr  
au  
m  
ora  
Et  
nim  
Vo  
De

E  
bus  
cur  
ren  
de e  
lidi  
nas  
agg  
vt li  
tis a  
bera  
Qu  
illos  
citiu  
vinc  
aut  
gati  
tum  
eis e  
quã

aliquo bono instinctu, ad statim vouët castitatē, ingressum religionis, tertiam regulā sancti Francisci aut Dominici, peregrinationē ad sanctū Iacobum, multasq; alias, ieiunia, multas legere singulis diebus orationes, diebus mercurij nunquā vesci carnibus. Et postquam omnia vel plura horum vouerint, minimē obseruant quare maiori periculo se exponūt. Vouere enim est libertatis, sed reddere necessitatis. De voto aliqua infra tangam.

*¶ Consiliū pro scrupulosis ad remouendum scrupulos.*

**E**Xpediens & valde consultum est illis scrupulosis conscientias nimis arctas & timoratas habentibus quòd contra tales scrupulos ipsis frequēter occurrentes agant & quòd vilipendant & minimē curent illas procellas tentationum & scrupulorū, nec de eis confiteantur. Communiter enim accidūt caliditate dæmonum qui hoc modo regulariter personas religiosas atq; deuotas etiam seculares têtando aggrediūtur, quia ad alia vitia eas trahere nequeūt, vt sic illis scrupulis inquietudinem animi & mentis anxietatem inducant & à bono retrahant ne libera mente & hilari animo valeant Deo seruire. Quanto minus quis æstimauerit atque non curet illos scrupulos neq; de eis conscientiā faciat, tantò citius ab eis liberabitur & sic facilius diabolū in illis vincet. Consiliū etiā sanū est pro his quibus semper aut frequēter apparet quòd vouerint & quòd obligati sint id perficere quod per conceptū vel propositum aut etiā suggestiōes dæmonis aut malorū hoīm eis occurrit quòd p̄stetur semel in septimana, aut quādo eis tales scrupuli obuiāt quòd nō intēdūt se



obligari nec consentire velle illis scrupulis & tentationibus dæmonum. Hæc scribo pro consolatione & remedio scrupulorum & simplicium quos plures noui multum his & similibus agitari scrupulis & raro habere mentem quietem.

*¶ De Deuotione.*

**P**lures etiã scrupulis agitatur, nimisq; sunt pusillanimes desperati atq; abiecti animi timentes se peccare & indignè ad sancta sanctorũ accedere aut communicare quando post communionem, confessionem, orationem, & sermonem auditionem non senserint quandam singularem deuotionẽ quę nonnunquam redundat in sensualitatem ex qua deuotẽ quædam personæ faciliè prorumpunt in lachrymas in meditatione passionis Christi & beneficiorũ eius atq; recordatione suorum peccatorum. Et hanc deuotionem regulariter habent nouitij in religionibus & incipientes Deo seruire quos tanq̃ paruulos Christus melle & dulcedine illius deuotionis allicit ad se & eius seruitiũ, & tales deuoti homines postquam confessi fuerint & præcipuè quando corpus domini reuerenter susceperint, aut sermones deuotos audiuerint habent quandam iubilationẽ animi & hilaritatem, tranquillitatẽ atq; securitatẽ mētis, adeo vt nihil videatur eis difficile vel impossibile pro Christo eorũ sponso dilecto ferre. ¶ Sed quameuis celebrando vel post sacramenti sumptionẽ aut aliud bonum opus non senseris illam deuotionem, non adeo scrupulosus aut timidus esse debes quia ad dignè communicandum, orandum, prædicandum vel aliud sacramentum debite ministrandum, vel suscipiendum non requiritur antè vel post talis

deuotio, nec illa omnibus data est. Imò vt dicit Ger-  
 son. Deus quandoq; suis subtrahit illam deuotionis  
 dulcedinem vt recognoscant suam fragilitatem &  
 vt illam consolationem & mentis feruorem deuo-  
 tionem atq; tranquillitatem non sibi sed Deo asscri-  
 bāt. Et vt tantò sint diligentiores atq; solliciti in Dei  
 seruitio vt iterū & frequenter det Deus vt tali dulci  
 cibo deuotionis & potu lachrymarum refici me-  
 reantur. ¶ Sed secunda & alia est deuotio principa-  
 lis & magis necessaria vt dicit beat<sup>o</sup> Tho. 2.2. q. 82.  
 quæ in ratione siue volūtate principaliter consistit.  
 Et est quædā animi promptitudo ad obsequendum  
 semper Dei mandatis & firmum propositum virile  
 vitandi omnia illa quæ charitati Dei atq; eius man-  
 datis repugnant & ad omnia deinceps peragendum  
 ad Dei honorem, & hanc plures religiosi & quidam  
 seculares qui multis annis Deo fideliter seruerūt  
 habent, qui potius sanguinem pro Christo vellent  
 fundere & mortem subire quàm mortale aliquod  
 committere, licet tales non sint faciles semper ad la-  
 chrymas, nec habeant priorem deuotionem sic re-  
 dundantem in sensualitatem habet tamē in suis con-  
 templationibus & vita speculatiua mirabiles conso-  
 lationes & gaudia mentis interna. Et illi quodam-  
 modo militant suis stipendijs: priores autem stipen-  
 dijs alienis, videlicet propter illam deuotionem ser-  
 uiunt Deo. ¶ Sexta regula pro venialib<sup>9</sup>. Veniale  
 peccatum quasi venia dignum quid sit patet ex di-  
 ctis in principio huius capituli. Est enim quoddam  
 leue peccatum quod ab vltimo fine non auertit ho-  
 minem sed aliquo modo retardat, sicut volens ex  
 Louanio ire Antuerpiam si iter primò arripiat per

Bruxellas quàm per Mechliniam ipse tardius Antuerpiam veniet quàm si rectam semitã feruasset, nihilominus tandem ad locũ constitutum deueniet, sic est de veniali: vndè in venialibus solis decedens quamuis etiam mille venialibus tunc obnoxius sit non damnabitur sed ab vltimo fine & à patria cœlesti ad quã tēdit retardabitur ad tempus, quia descensus ad purgatoriũ in quo omnia vsq; ad minimum quadrantẽ purganda sunt non est breuior & recta via ad cœlum quàm euolantes ingrediuntur nõ deferētes secũ aliquod purgabile. Nihil namq; inquinatũ intrabit in illud. Et cognosci potest veniale hoc modo. Quãdo q̄s nimis sollicitus est mercãdo opus manuale, artẽ mechanicã aut quodcunq; aliud opus iuxta status sui exigentiã exercendo & in temporalibus se occupando, atq; nimium diuitijs & istis transitorijs afficitur, amore etiã nimis intenso erga proles, vxores, amicos, aut alias creaturas afficitur, semper tamen citra Deum quem omnibus creaturis anteponit, quia non vellet propter illas sollicitudines, occupationes vel terrenorum aut creaturarum affectiones quouis modo Deũ relinquere & mandata eius transgredi, quinimo si sciret vel timeret in illis occupationib; & in statu suo atq; modo viuēdi esse aliquod periculũ de iniustitia vel de mortali, parati animi est illa relinquere & desuper consulit peritos confessores talis non peccat nisi venialiter, quia licet plus debitò & inordinatè afficiatur creaturæ, non tamen constituit in ea finẽ sed virtualiter vel habitu talis refert omnia in Deũ. Multa varia venialia contingit nos indies committere in quolibet statu, quæ omnia vitare est pro hoc statu nobis impossibile, licet

act.  
em  
der  
nõ  
tia  
mia  
tab  
& p  
uita  
rijs,  
aud  
nis  
sup  
dici  
hab  
non  
bus,  
quil  
bus  
sint

R  
mor  
pos  
esse  
in a  
vnd  
mu  
run  
test  
idẽ

et singula & quodlibet eorū vitare possumus. Ex  
 emplū, vt iocose vel officiose mētiri ociosa verba &  
 derisoria proferre, tēpus nō satis vtiliter deducere,  
 nō seruare debitū, moderamē neq; mediū tēperan-  
 tiæ in cibo & potu, nimis auidē sumēdo & cum ni-  
 mia delectatione. Cum distractione non tamen no-  
 tabili, aut cum nō sufficienti deuotiōe legere horas  
 & perficere diuinū officiū, esse curiosum circa no-  
 uitates, circa vestitū, & nimis sollicitū de transito-  
 rijs, leniter turbari, facilē esse attractiuum in verbis  
 auditis & his quæ non semper ad appetitum homi-  
 nis eueniunt, & inquieto animo nimis morosē de  
 super cogitare, non satis contemnere honores, iu-  
 dicia & dicta hominum atq; gratificationes populi,  
 habere leues de proximis suspitiones aut iudicia,  
 non esse satis gratum Deo, parentibus, superiori-  
 bus, & benefactoribus & sic de infinitis alijs, quæ  
 quilibet in suo statu melius nouerit, & de qui-  
 bus nonnunquam etiam dubium est an venialia  
 sint vel mortalia.

*¶ An veniale fieri possit mortale vel e contra.*

**R**espondeo possit doctorem sanctū. 12. q. 88. ar. 4.  
 quod tripliciter intelligi potest veniale fieri  
 mortale. Vno modo sic quod idem actus numero  
 possit esse veniale primo & deinde mortale & hoc  
 esse non potest, quia peccatum principaliter cōsistit  
 in actu voluntatis sicut & quilibet actus moralis,  
 vndē non dicitur vnus actus moraliter si voluntas  
 mutatur, quamuis etiam actio secundum nume-  
 rum sit continua si autē voluntas nō mutetur non po-  
 test esse quod de veniali fiat mortale. Potest namq;  
 idē actus in genere aut specie nature qui est primo

venialis continuari & postea esse mortalis, sed hoc est per mutationē voluntatis & intentionis & tunc non manet idem actus in specie moris. Secundo modo intelligitur vt id quod est veniale ex genere fiat mortale, & hoc possibile est in quantum constituitur in eo finis vel in quantum illud veniale refertur ad mortale peccatum sicut ad finē. Sicut dum quis dicit verbum ociosum coram pulchra filia intendēs per hoc eā inducere ad libidinē carnis. Et hoc modo intelligitur illud cōmune dictū Aug. Nullū est peccatum adeō veniale quod non fiat criminale idem mortale dum placet, dist. 25. c. 3. §. criminis. Et intelligitur de complacentia fruitionis cū scilicet ibi constituitur finis. Vel etiam dum placet in ratione offensæ quia peccatum est. Ita quod licet aduerteret & sciret Deum inde offendi mortaliter vellet nihilominus illud agere. Nam hoc est diabolicę obstinacię velle aliquod quia peccatum est. Etiam videtur dictum Augustini principaliter habere veritatem de illo veniali quod est tamen mortale ex genere, sed redditur veniale quia nō adest liber & plenus consensus dum etiam tale placet scilicet per suaperuenientem plenarium consensum fit mortale. Sed complacentia & consensus aliās in veniale solum de se est veniale. Tertio modo potest intelligi ita quod multa venialia constituent vnum mortale quod est impossibile. Non enim omnia venialia totius mundi quamuis essent ab eodem facta possunt habere tantum de reatu quantum vnum mortale. Si verò intelligatur quod multa venialia faciant vnum mortale dispositiuē sic verum & certū est. Nam per multiplicationem & frequēter iterationem venialium

lium disponitur homo vt facilè incidat in mortale.  
 Et hoc modo intelligitur dictum Aug. de pe. dist. 1.  
 tres sunt. s. quòd illa peccata quæ humanæ fragili-  
 tati quamuis parua tamen crebra surrepunt, quæ si  
 collecta contra nos fuerint nos grauabunt & oppri-  
 ment, sicut vnum aliquod grande peccatum. s. mor-  
 tale. Et similiter intelligendum est quod dicitur.  
 25. dist. 6. Aliàs ea. vbi innui videtur quòd aliqua ve-  
 nialia in consuetudinem ducta efficiuntur mortalia.  
 Idem dicit beatus Tho. vbi suprâ ar. 5. quòd veniale  
 ex sui diuturnitate, frequentia, vel assiduitate non  
 potest esse mortale nisi fortè per accidens ex aliquo  
 superueniente. s. in actu multiplicato vel protelato  
 superuenierit aliud quod variat speciem puta ino-  
 bedientia vel contemptus vel aliud huiusmodi. Si-  
 militer etiam nullus est actus mortalis quin ipse vel  
 sibi similis sit non mortalis dum displicet vel nõ pla-  
 cet consensu perfecto & deliberato. Palude in. 4.  
 dist. 16. q. 1. dicit quòd idem actus specie potest esse  
 mortalis & venialis tripliciter. ¶ Primò propter  
 conscientiam erroneam quæ iudicat mortale quod  
 est solùm veniale. Secundo propter contemptum.  
 Tertiò propter finem ibi constitutũ cuius signum  
 est quando id ipsum etiam faceret si esset specialiter  
 prohibitum. Et quia venialia disponunt ad mortale  
 ideo periculosum est de venialibus nõ curare quot-  
 cunque committantur, sed ea sine aliquo remorsu  
 abundè multiplicare. Est enim opinio quorundam  
 ea sic posse multiplicari, vt homo non possit postea  
 peccare nisi mortaliter primo suo peccato. An hoc  
 veritatem habeat committo alijs qui subtiliora tra-  
 ctant in suis scriptis & doctrinis. Periculosum etiam

est quòd quidam assuefaciant se nimis in verbis & mendacijs iocosis, aut alijs quibusdam venialibus, quia tandem acquirunt ex multiplicatione actuum quendam prauum habitum mentiendi. Sicut quidam adeò assuefacti sunt mētiri aut dicere falsum & tam diffortunati in dicendo verum, quòd si quandoque verum dicāt omnes mirentur. Nec talibus communiter magna fides adhibetur. Facillimum namq; est agere secundum habitum radicātū firmiter, & consueta difficilè est relinquere. Consuetudo enim nonnunquam necessitatem facit. Ne igitur venialia habitualiter in nobis firmentur, conabimur ea vitare quantum possumus nunc vnum cras aliud, &c. & consultum est ea confiteri & detestari vt non radicentur in nobis.

*¶ De remissione venialium plures modi.*

**P**Rimò venialia remittuntur per confessionē generalē sacramentalē quæ fit in fine confessiōis post nominationē & confessionē specialiū peccatorū occurrentiū, & illa fieri debet vt suprā breuiter notauimus in tertia parte. 7. c. ante sigillū confessiōis. Secundò remittuntur etiā venialia frequēter per cōfessionem generalē non sacramētalem quæ fit ante introitum missæ, similiter in fine sermonum. Ideo consultū est vt audiens missam legat in principio Confiteor & Misereatur, siue sit præsens siue distans multum à sacerdote, & in fine sermonis tam diu permaneant audientes donec dixerint & audierint confessionem illam generalem de peccatis & de fide. Magis efficax est tamen confessio sacramentalis. Nam talis quæ fit sacerdoti in secreto de generibus singulorum & noti de singulis generum valet ad remissionem

nem pœnæ & culpæ venialiū vt inquit Adrianus vi.  
 Primò ex contritione pœnitentis. Secundò ex hu-  
 militate cōfessionis. Tertiò ex oratione sacerdotis.  
 Quartò ex vj clauium: & confessio generalis non  
 sacramentalis etiam valet ad remissionem venia-  
 lium ex eisdem tribus primis causis. Tertiò remit-  
 tuntur venialia per orationem dominicam, elemo-  
 synam, & alia pietatis opera, asperisionem aquæ be-  
 nedictæ, &c. Et hoc veritatem principaliter habet  
 in quantum per illa homo excitatur ad dolendum  
 de venialibus. Et ideo sumendo aquam benedi-  
 ctam dices hoc modo. Domine Iesu rogo vt ani-  
 mam meam multis venialibus innodatam de qui-  
 bus cordialiter doleo purgare & lauare digneris in  
 sudore aqueo ex toto corpore in orto Oliueti abun-  
 dè effluenti & in benedicta aqua ex corde tuo lan-  
 cea excussa amen. Dicit tamen Bonauentura quòd  
 feruor charitatis excitatus in anima per orationem  
 dominicam, aquam benedictam, elemosynam, &c.  
 quamuis non cogitetur de venialibus absorbeat ve-  
 nialia. Et præcipuè dicit passionis Christi Iesu de-  
 uotam meditationem habere illam virtutè vt si quis  
 deuotè passionem & eius articulos in missa præci-  
 puè vel in alijs contemplationibus mente reuoluat  
 quamuis non cogitet nec habeat actualem de venia-  
 libus displicentiam aut detestationè adipiscetur ta-  
 men remissionè venialiū. Quartò secundū Richar-  
 dū delentur etiā venialia per sacramenti eucharistiæ  
 vel alterius dignæ sumptionem sine etiā aliquo spe-  
 ciali motu pœnitentiæ cū actu quis illis non adhe-  
 ret. Et idè videtur dicere beat⁹ Tho. dicēs quòd ad  
 remissionè venialiū sufficit aliquis act⁹ procedēs ex  
 gratia



gratia quo homo detestetur peccatum explicitè vel  
faltè implicitè, sicut cùm quis feruenter mouetur in  
Deũ vt quicquid ei occurrat quod eũ à Deo vel à tali  
motu retardaret aut elongaret displiceret ei & do-  
leret se hoc commisisse etiam si actu de illo non co-  
gitaret. Quintò dum quis profitetur in religioe de-  
bito modo consequitur remissionem suorum pecca-  
torum & etiam totius vel magnæ partis pœnæ pur-  
gatorij. Et idem videtur si postmodum per ratifican-  
tem consensum placeat ei professio prius facta &  
sic animo eam renouat, nam in hoc certum est con-  
sistit magnum meritum. Et ideo valde consultum  
est omnibus religiosis præcipuè his qui quodam-  
modo metu vel alia causâ indebita inducti sunt ad  
professionem vt quandoq; rectificent intentionem  
suam & renouent per nouam complacētiam & con-  
sensum professionem & assumptionem religionis,  
dicendo saltem animo. O domine Deus ecce elon-  
gavi fugiēs ab hoc seculo peruerso & maneo in hac  
religionis solitudine principaliter vt tibi Deo meo  
placeã & æternaliter tecum regnare valeam, gratias  
tibi ago quòd ad hunc securum salutis statũ me vo-  
care dignatus es (mille namq; occurrunt pericula &  
infinito plures malorum occasiones in seculo quàm  
in religione) gaudeo igitur de hoc statu assumpto &  
si nondum professionem atque votum solenne tibi  
& superiori meo emissem adhuc parati essem ani-  
mi cras illud emittere, in hoc certum est multũ reli-  
giosus mœretur. Misericordia enim domini super-  
exaltat iudicium, rigorem & iustitiam: sed si quis re-  
colit se commisisse adulterium & multa mala in quibus  
sibi complaceat & quodammodo gaudet, de nouo  
deme-

demeretur & peccat mortaliter, est ibi enim consensus complacentiæ de quo infra in. 10. ca. ergo similiter maximè mœretur religiosus vel virgo professsa renouans suam professionem & quilibet etiam alius complacentiam habens atque gaudens de bonis operib<sup>9</sup> Dei adiutorio peractis inquantū. s. Deus in illis glorificatus est & salus animarum procurata.

## ¶ De voto.

**V**otum est alicui<sup>9</sup> boni supererogātis promissio Deo facta propter bonum finem ex deliberatione. Hanc materiam votorum vide in titulo de voto & vo. re. & in Richar. dist. 83. 4. & in alijs doctoribus, tangam hic aliqua solū generaliora quæ circa materiam voti in confessionib<sup>9</sup> plerumq; occurrūt. ¶ Ex dicta voti descriptione patet. ¶ Primò quòd promissio facta homini non habet propriè rationem voti. Si tamen Ioannes dicat ad Petrum socium eius, ego tibi promitto si ingrediaris religionem ego similiter eandem vel aliam ingrediar, vel si velis peregrinari ad sanctum Iacobum ego ero socius peregrinationis, tenetur Ioānes promissionem seruare, & licet expressè non fecerit votū Deo quia tamen fecit votum siue promissionem de eo quod principaliter propter Deum fit & in Deum ordinatur, videtur etiam ratiōe voti ad illud promissum obligari, maximè si adsit intentio & velit se coram Deo obligare. Secus esset si solū pmitteret Petro vt eum comitabitur in tali peregrinatione causa societatis vel vt eum defendat ab inimicis aut vt ei in hoc placitū faciat nō intendēs se corā Deo obligare; nam tunc Petrus potest illam promissionem in fauorem eius factam remittere. ¶ Secundò patet vt prius

prius dixi quòd firmum propositum & conceptus  
alicuius boni nò est votù. Nam is quis solùm propo-  
nit aliquid boni ad Dei honorè velle peragere non  
ppter ea intendit se ad hoc obligare, iam intètio ob-  
ligandi requiritur ad rationè voti. Plures tamè sunt  
qui frequenter de hoc dubitant an firmiter animo  
cõceperint & proposuerint solùm vel an vouerint.  
Et tales à discreto confessore interrogandi sunt an  
animũ habuerint talè quo volebãt & intendebant se  
obligare ad illud semper faciendum ita quòd ali-  
quando contrauenièdo putarèt se peccare. Item in-  
terrogabit tales scrupulosos confessor formam ver-  
borũ, an promiserint Deo vel virgini Marię aut alijs  
sanctis. Itè ex qua causa illud fecerint & sic de qui-  
busdã alijs circumstãtijs iuxta qualitãtè & conditio-  
nè confitètis. Et de hoc frequèter simplices p̄cipuè  
mulieres, etiã aliquotiès viri mediocris doctriņę du-  
bitãt & nesciũt sacerdoti respòdere an vouerint &  
intèderint se obligare vel nò, & in tali dubio consu-  
lendũ est eis quòd seruent vel cum eis dispensetur.  
¶ Tertiò patet quòd votũ fieri debet cũ plena animi  
deliberatiõe. Nã si votũ vel pmissio fiat ex surreptio-  
ne & sine preuia deliberatione nò obligat de neces-  
sitate sed de congruitate, sicut quidã ex ira & subito  
quodã motu impaciètię vel vt parentes contristent  
vel aliquid ab eis hoc modo obtinere valeãt dicunt:  
iam ego voueo ingredi religionè & te deserere nisi  
hoc feceris, ego voueo intra annũ nò gustare carnes  
&c. & statim anteq̄ vix verba prolata sunt pœnitent  
& vellèt verba illa nò ptulisse nec prius nec post ha-  
buerũt intentionè ingredièdi religionè, quare nò vi-  
dètur obligari quia nò adest plenus cõsensus & deli-  
bera-

beratio. Similiter in periculis maris vel in alijs angustijs constituti quandoq; surreptitiè & indeliberatè promittunt peregrinationes & multa alia ad quæ non videntur obligari nisi adsit deliberatio & consensus atq; volûtas se obligandi, & si adsit talis deliberatio & intentio obligandi tenetur votum seruare: non obstante quòd necessitas vel periculum impulit eos ad vouendum, adeò quòd sine tali periculo nullo modo etiam vouissent. Si autem vouerint tales aut etiam alij extra periculum peregrinationem ad sanctum Iacobum aut aliquid aliud sub conditione, si nauis cum mercibus salua ad portum deducta fuerit tunc non extante conditione, videlicet si nauis aut merces periclitentur & pereant sunt deobligati. Sed quia in illis promissionib<sup>9</sup> & votis licet subito emissis aliquotiens adest sufficiens voluntas ad obligandum, licet nõ præmissa fuerit longa deliberatio, tunc est obligatio. Et pluries accidit etiã quòd talia vota aut promissiones emittentes ignorant an plenè consenserint & deliberatè voluerint aut intenderint se obligare quandoq; cõstare potest si interrogentur, An promissione facta & verbis illis prolatis consenserunt postmodum vel pœnituerunt. Ideo propter dubium & pro maiori securitate consulendum est eis quòd seruent si possint vel petant relaxationem aut declarationem per superiorem se non esse obligatos. ¶ Progressus in voto & status sunt diuersi & secundum hoc sortitur diuersa nomina & effectus. Primus status est in origine, cum quis disponit aliquid boni facere, tunc dicitur deliberatio. Secundus status est processus cum. s. procedendo proponit firmiter se facturum & tunc dicitur propositum.

Tertius

Tertius est consummationis. s. cum quod firmiter  
pposuit pmittit iam animo obligandi. Nemo obli-  
gat se nisi qui animum se obligandi habet. Et ideo  
iura quædam quæ videntur dicere quòd proposi-  
tum deliberatum siue absolutum obligat vt in cap.  
Nuptiarum. 24. q. 1. Et in ca. Consulti de regu. cum  
similibus intelligenda sunt de proposito cum pro-  
missione firmato: dicunt enim quidam doctores quòd  
licet promittendo non habuerit animum expresse  
se obligandi si tamen non habuit animum cum pro-  
mittebat non obligari ex tali promissione nihilomi-  
nus obligabitur, quia tacite intelligitur obligatio.  
Quartus status est solennizationis, scilicet quando  
fit ore alicui homini vel solennizatur per aliquem  
prælatum vel institutum ab ecclesia vt est sacerdos  
& religionis professio.

*¶ Diuisio & distinctio votorum.*

**D**Vo sunt principalia genera votorum de quibus  
communiter doctores loquuntur. s. votum sim-  
plex & votum solenne. Votum simplex est omne aliud  
votum à voto solenni quantumcunq; cum multis  
solennitatibus vel ceremonialibus sit factum. Votum  
solenne est illud quod solennizatur per susceptionem  
sacrorum ordinum, aut per professionem tacitam vel ex-  
pressam factam alicui de religionibus approbatis,  
quando. s. vouens transfert se ad alium statum pro-  
mittens in aliqua religione approbata viuere sub tri-  
bus votis substantialibus, quæ sunt obedientia, ca-  
stitas, paupertas. Et sic plura possunt esse vota pu-  
blica & manifesta quæ. s. fiunt in præsentia notarij &  
testium & in conspectu hominum quæ tamen ex hoc  
non sunt solennia vota sicuti puto esse vota quæ laici  
etiam

etiã in statu matrimoniali existentes vouët in manu Gardiani vel Prioris ad obseruandũ tertiam regulam sancti Dominici vel Francisci, de hoc tamẽ plures dubitant. ¶ Aliud quoddam dicitur votum singulare & est de his ad quẽ non tenemur: sed votum commune est de his ad quã homines tenẽtur, sicut si quis voueret Deo quod sabbatum nõ violabit ieiunia ecclesiã obseruabit, &c. & istud nõ habet propriẽ rationem voti sicut primum: quia votum est propriẽ de aliquo quod est consilij & supererogationis. Et in voto communi non cadit dispensatio, quia ad ea in quibus cadit votum commune non solum obligatur quis ratione voti sed etiam iure nature & diuino & ratione illius non cadit dispensatio in talibus votis vt dicit beatus Tho. in 4. dist. 38. q. 4. ¶ Votum publicum est quodcunq; votũ siue simplex siue solenne quod corã multis fit. ¶ Votum purum siue absolutum est quod fit non adiecta aliqua conditione. ¶ Votum conditionale habet conditionem aliquam annexam, vt promitto Deo ieiunare singulis septimanis semel per totam vitam vel ad certos annos si dederit mihi salutem corporis, vel si vxor mea conceperit prolẽ, &c. & tale votum non obligat nisi extante conditione.

*¶ De voto sub conditione.*

**Q**uestio vtrum faciens votum sub conditione teneatur seruare si conditio eius culpa non impletur? Respondeo post Richar. in 4. di. 38. ar. 3. q. 5. quod sic. vndẽ si fecerim votum ieiunandi vel dandi certas elemosynas vt Deus me prãseruaret ab adulterio vel alio peccato in quod pluries cecidi, si non fecero quod in me est vt prãseruet à tali peccato

b cato

cato vitando. s. consortiū talis personæ & occasio-  
nes verisimiles si fecissem sicut votum non emis-  
sem vel sicut facere intēdebam quando votū emis-  
si, vel si voluntariē me præcipito in tale peccatum, ni-  
hilominus obligor ex voto emisso. ¶ *Quæstio.* Vtrū  
votū sub conditione quam nollem impleri obliget  
me? Respondeo si fecero votum de re bona & pro-  
pter bonum finem sub conditione tunc extāte con-  
ditione qualicunq; bona vel mala teneor implere  
quod voui siue cupiam illam conditionem impleri  
siue non. Si ergo voueo ingredi religionem si Cata-  
rina cuius amore languero velit in opere venero  
mihi consentire, si consentiat ego sum voti reus. Si-  
militer si etiā nolim conditionem impleri sicut dum  
horrens aliquod homicidiū vel aliud malum com-  
mittere voueo si illud cōmiserō intrare religionem  
tunc extante conditione teneor votum seruare. Et  
quamuis absolutē nolim intrare religionē nō pro-  
pterea deobligor, possum enim aliqd velle sub con-  
ditione, quod absolutē tamen nollem.

*¶ De his qui tempore iuuentutis vouent in-  
gredi religionem.*

**Q**uæstio. An impubes & quilibet tempore iu-  
uenilis ætatis zelo deuotionis ductus promit-  
tens ingredi religionem (sicuti plæriq; faciunt qui  
postmodum pœnitent) sit obligatus ad religionem?  
Respondeo post sanctum Thom. 2. 2. q. vlti. quod si  
impubes vel iuuenis habeat vsum rationis sufficien-  
tem tunc obligatur nisi per parētes irritetur de quo  
tamē Au. dubitat quia videtur esse cōtra tex. in c. fi.  
de reg. li. 6. vbi dicitur quod ille qui fecit professio-  
nem ante 14. annū liberē potest redire ad seculum.

Sed

Sed  
fum  
ctū v  
str  
si erg  
uire  
obli

Q

spou  
vel a  
sivoi  
etiā p  
Nec  
nifef  
ciun  
qui a  
bus  
tutin  
que  
tion  
datic  
semp  
ueat  
mili  
ris, v  
rū p  
quo  
Gau  
q̄ pt  
est c  
cere

Sed ad textū illū conueniēter dici potest quòd præsumitur ante illud tps 14. annorū nō habuisse perfectū vsum ratiōis, q̄a tamē plurimi maximè pro nostro cūo sunt ante illos annos habētes vsum ratiōis, si ergo ex quadā deuotiōe volētes fideliter Deo seruire deliberatè vouerint ingressum religionis sunt obligati.

¶ De viro & vxore.

**Q**uestio. An vxor si sine cōsensu sui viri aliquid vouerit vel econtra teneatur seruare? Respondeo quòd mulier non potest vouere ieiunium vel aliquid aliud quod esset in præiudiciū viri, & si vouerit aliquid tale vir poterit reuocare, imò licet etiā prius consensisset vir quamuis tunc malè faciat. Nec vxor poterit contradicere, vt est tex. in ca. Manifestū. & ca. Noluit. 33. q. 5. Et ergo indiscretè faciunt quædam mulieres vouētes in præiudiciū viri qui adhuc iuuenis est, multas abstinētiās, certis diebus non habere commercium cum viro, surgere matutino tēpore, &c. ¶ Vxor tamen potest vouere ea quæ nō sunt in præiudiciū viri, sicut legere certas orationes tempore & loco, facere elemosynas aut fundationes de his quæ habet p̄ter dotē. Caueat tamen semper ne in præiudiciū vel scandalū viri aliquid voueat nisi esset scandalū pharisæorū & acceptū. ¶ Similiter nec etiā vir aliqd vouere p̄t in præiudiciū vxoris, vndē in hoc sunt pares quòd videlicet neuter eorū p̄t facere votū p̄ qd̄ præiudiciū generetur alteri quo ad debitū reddēdū, q̄a quo ad hoc sunt pares, c. Gaudemus de diuor. licet quo ad elemosynas & ea q̄ ptinēt ad curā rei familiaris sint impares, vir enim est caput vxoris. P̄t tamē vir sine licētia vxoris facere votū de peregrinatiōe in subsidiū terrę sanctę,

b 2 quod



quod tamen pro isto statu non facile est alicui viro  
consulendum propter periculū vxoris, ac etiā suū.  
Religiosi non possunt aliquid vouere nisi de licētia  
prælati tacita vel expressa: nec quod vouerint exe-  
qui debent nisi habeant consensum expressum præ-  
lati nisi fortè sit tale de quo nullum præiudicium sit  
prælato vel regulari vitæ. ¶ Si ergo votum fecerim  
de ingrediendo religionem non satisfacio illi voto  
intrando & postea ante professionem exeundo, vt  
quidam videntur dicere, quia intentio vouentis in-  
gressum religionis est, quod velit fieri religiosus &  
in religione sub tribus votis Deo seruire & manere.  
Vndè non esset licitum votum quo vouerem ingres-  
sum religionis & professionē cum intentione exe-  
undi, nisi fortè ex obseruantia illius religionis im-  
mineret mihi aliquod periculum vitæ. Nam si voui  
ingredi ordinem Carthusiensium in quantum satis  
fortis & potens essem ad obseruantiam illius regulæ  
si postquā intraui & vestitus fuerim per probam &  
experientiam atq; iudicio medicorum constet me  
nimis esse debilem & insufficientē ad obseruandum  
onera illius religiōis, ego non sum per illud votum  
astrictus vt ibidē permaneā, consultū est mihi tunc  
quod aliā religionē magis laxam ingrediar, si ido-  
neus ad illā fuerim. Et si quis vouit absolute intrare  
aliquā religionē pōt intrare quā velit modò sit vna  
de approbatis. Si verò vouit certam quandam reli-  
gionem ingredi potest etiā nō petendo licentiā in-  
gredi aliam strictiorē sed nō laxiorem sine licentia.

*¶ Casus in quibus votum non est obligatorium.*

✠ **P**rimus est propter impotentiam implendi. Si enim  
vouerim ieiuniū quod sine magno corporis de-  
trimen-

trim  
sit a  
pria  
ua  
mer  
pos  
non  
fect  
de c  
facia  
pos  
¶ T  
erat  
cisse  
cont  
tent  
imp  
fact  
disp

D  
vtili  
citer  
abs  
cun  
tati  
spe  
clar  
stio  
an I  
tres

trimento seruare non valeo si facultas mihi non ad-  
 sit adeundi vel mittēdi ad superiorem possum pro-  
 pria autoritate illud votum infringere & non ser-  
 uare, de hoc vide Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. Peccarem ta-  
 men vouendo id quod scirem vel crederē mihi im-  
 possibile. ¶ Secundus casus propter defectū vel  
 non existentia conditionis appositæ vel propter de-  
 fectū causæ principaliter mouentis vel finalis, secus  
 de causa impulsiva vel inductiua. Et ergo similiter  
 faciat votum ieiunandi aut aliud si filius languens  
 possit superuiuere si filius moriatur non tenetur.

¶ Tertius est quando id quod tempore facti voti  
 erat licitum factum est postea illicitum: vt si quis fe-  
 cisset votum continentia ante matrimonium post  
 contractum non potest licitē denegare debitum pe-  
 tenti. Et ideo dicit Tho. quod quicquid votum fieri  
 impediret si præsens esset obligationem etiam voto  
 factō aufert. ¶ Quartus est propter irritationē aut  
 dispensationem factā ab eo qui habet autoritatem.

*De dispensatione & commutatione votorum.*

**D**ispensatio & cōmutatio differunt. Dispensatio  
 namq; fieri potest extāte necessitate vel magna  
 vtilitate & sic ex causa legitimē dispensatus simpli-  
 citer absoluitur à voto: sed quando est commutatio  
 absoluitur ab vno & ligatur ad aliud. Et sic quando-  
 cunq; potest fieri dispēsatio, potest etiā fieri commu-  
 tatio sed non e contra. Capitur quandoq; tamen di-  
 pensatio generaliter vt sit vel iuris relaxatio aut de-  
 claratio aut alicuius cōmutatio vel irritatio. ¶ Que-  
 stio. In quibus votis Episcopus potest dispensare, &  
 an Papa in omnibus possit. Pro responsione pono  
 tres propositiones. ¶ Prima propositio. In omni

voto tam solenni q̄ simplici Papa potest dispensare subexiltente rationabili causa. Ex quo patet quòd in voto castitatis & in voto religionis solēnizato p̄t Papa dispēsare si subsit sufficiēs causa & maius bonū in quod illud votū possit cōmutari sicut est salus alii cuius religionis vel cōmunitatis: nam bonū publicū cum semper cæteris paribus preferendum est bono particulari priuato. Et quando fit talis dispensatio tunc votū redditur & persoluitur in se vel in æquivalēti. Propositū enim & promissum non infringit qui illud in melius cōmutat. Et ad c. Cū ad monasteriū, de sta. mo. dici p̄t quòd in abdicatione proprietatis & alijs votis religionis nō potest licentiam indulgere, vel dispēsare Papa nisi subsit magna pregnans causa propter quā possit in tali voto dispēsare cōmutando ipsum in aliud maius bonū. Alij doctores exponēdo hoc ca. dicūt quòd Papa non potest facere vt aliquis manens monachus habeat propria, sed potest de monacho facere non monachū. Hęc tamen opinio non est omnino demonstratio, si enim demonstratio esset iam opinio nō diceretur, doctores namq; Aquinus & quidam cum eo tenent contrarium, quòd videlicet in voto solēni nō potest Papa dispensare. Cuius fundamentū est, quia ibi est matrimoniū spirituale & non solūm in tali voto fit nuda promissio sicut in simplici voto, sed fit realis traditio & fit ille religiosus seruus & holocaustum Deo. Et ergo sicut propter nullū bonum quantumcūq; sit cōmune vel vtile rei publicæ potest Papa dispensare vt post matrimoniū carnale consummatū contrahat vir cum alia vel econtra, sic nec in isto matrimonio spirituali in quo sicut in alio est vinculū in-

disso  
dispo  
tionē  
Etam  
Petr  
pus c  
hend  
prius  
test d  
voto  
etiā d  
in vo  
tuon  
verif  
Prel  
pēlar  
gion  
q̄ vo  
sicut  
præl  
vou  
ratio  
rere

SI  
in  
ad s  
quo  
per  
sup  
nisi  
que

dis-

dissolubile. ¶ Secunda propositio. Episcopus potest  
 dispensare in communibus votis ieiunij, peregrina-  
 tionum, &c. excepta peregrinatione ad terram san-  
 ctam, ad sanctum Iacobum, ad limina apostolorum  
 Petri & Pauli. ¶ Similiter potest dispensare Episco-  
 pus cum eo qui emisit votū nō nubendi aut contra-  
 hendi matrimoniū. Item cum altero cōiugum, qui  
 prius ante matrimonium votum castitatis emisit po-  
 test dispensare vt possit exigere debitum. Item in  
 voto castitatis temporali siue ad certos annos potest  
 etiā dispensare Episcopus. An autē dispensare possit  
 in voto continentix siue castitatis simplici & perpe-  
 tuo non est certum sed dubiū inter doctores, credo  
 verisimilius quōd nō. ¶ Tertia propositio Abbates,  
 Prælati religiosorū possunt cum suis monachis dis-  
 pensare de his quæ vouerint vel ante ingressum reli-  
 gionis vel post. Quia religiosus plus est sub prælato  
 q̄ uxor sub viro, sed vir pōt relaxare votū vxoris,  
 sicut patet 35. q. 5. vt supra dictum est, ergo similiter  
 prælatus. Et licet prælatus dedisset licentiam subito  
 vouēdi potest nihilominus cum eo dispensare causa  
 rationabili subexistente. Tutius tamen esset recur-  
 rere tunc ad superiorem illius Prælati.

¶ Quando vouens tenetur votum implere.

SI vouēs nō specificauit tempus determinatū quo  
 intendebat explere quod vouit, tunc nō tenetur  
 ad statim votū explere nisi ex mora immineat ali-  
 quod periculū nō implēdi. Qui autē nō potest votū  
 per se explere ppter impotentia aut impossibilitatē  
 supuenientē, nō tenetur etiā p aliū facere qd̄ vouit,  
 nisi fuisse in mora soluendi. Et hoc frequenter est  
 quōd hoīs vouent multas peregrinatioēs, & tamē

eas facere semper differunt, & plærumq; reseruant  
vsque extremū vitæ quando personaliter facere nō  
possunt, & ideo omnino tunc expedit vt eas fieri fa-  
ciant per alios quàm totius, aut petant dispensatio-  
nem siue commutationem ab habente auctoritatem.

¶ *Opus ex voto procedens est magis meritorium.*

**P**LUS mœretur faciēs id ad quod voto se astrinxit  
quàm alius idem vel simile opus faciens, & ergo  
cæteris paribus semper plus mœretur religiosus quàm  
secularis, & hoc ex triplici causa secundum Ricar.  
videlicet ratione donationis, multiplicationis, con-  
firmationis. ¶ Primò, quia vouere est actus patriæ  
quæ inter cæteras est præcipua virtus. Opus autem  
nobilioris virtutis melius est & magis meritorium,  
Sicut actus dilectionis Dei super omnia qui proce-  
dit ex charitate diuina omnium virtutū est maximè  
meritorium. ¶ Secundò, quantò quis plus dat & ma-  
gis liberaliter & hilari animo, tantò plus mœretur &  
tantò copiosius remuneratur, sed religiosus dat o-  
mnia temporalia & propriam voluntatē Deo, sicut  
secundū Ansel. plus mœretur & magis remunerari  
debet seruus à domino dans ei arborē fructiferam  
cum fructibus quàm dans solūm fructus. ¶ Tertio,  
quantò opus procedit à voluntate magis firmata in  
bono tantò est virtuosius & magis meritorium. Nam  
ad virtuosè operari secundum Phūm. 3. etia. requi-  
ritur firmiter & immobiliter operari, sed cæteris pa-  
ribus voluntas est firmitior stante voto quàm sine voto.  
Nec obstat quòd difficilius sit secularibus ieiunare  
& alia austeritatis ac pœnitentiæ opera exercere.  
nam facilitas bene operandi proueniens ex bona dis-  
positione operantis auget meritum, & talis facilitas  
est

est in bonis religiosis. Sed difficultas proueniens ex parte operis propter eius arduitatem & difficultatem auget bene meritum. Et sic dicit Phūs . 2 . ethi. quòd circa difficilius semper fit ars & virtus, aliàs sequeretur quòd gulosus cōmessationibus deditus plus ieiunando mœreretur quàm sobriè viuēs. Verum est tamen quòd cæteris paribus qui magis impellitur ab appetitu interiori & sic difficilius & cum maiori pœnalitate abstinere ceteris paribus plus mœretur quàm alius qui paruū habet cōmedendi appetitū.

*¶ Difficultas vitandi peccatum accidit dupliciter secundum beatum Thomam.*

**V**No modo propter vehementiam impugnationis sicut iravehemēter impugnat propter suum impetum & sic difficilius est resistere concupiscētię propter eius generalitatem quàm alijs vitijs. Et talis difficultas vitandi peccatū grauitatē peccati diminuit, quia quātò aliquis minoris tētationis impetu cadit, tantò grauius peccat secundum beatū Aug. ¶ Alio modo difficile est vitare aliquod pētūm ppter eius latentiam & hoc modo difficile est vitare superbiam quę etiā ex ipsis bonis occasionē sumit & hominem in quolibet statu, tempore & loco inuadit, vt suprā de superbia dictum est. ¶ Et sicut religiosus plus mœretur, ita etiam cæteris paribus plus demeretur & grauius peccat quàm laicus. Nam quātò gradus altior, tantò casus grauior. Vndè vt dicit Calsia. de insti. cœnobi. Nulla peior bestia malo monacho. & Aug. Sicut difficile expert<sup>o</sup> sum meliores quàm qui in monasterijs profecerunt, ita difficile expertus sum deteriores quàm qui in monasterio defecerūt, distinct. 47. quantumlibet.

**O**ccasiones peccatorum sunt duplices, ut tradit Gerson in Compendio suae theologiae tract. de 3. parte poenitentiae. Quaedam sunt propinqua, & ista sunt in nostra potestate ut eas possumus amouere siue repellere, sicut coena siue refectio delicata excessiua & inconsueta, est occasio & causa propinqua luxuriae, secundum illud Prouer. 20. Luxuriosa res uinum & tumultuosa ebrietas. Quicumque enim his delectatur non erit sapiens. Et 44. distin. in summa. Ventris ingluuies ad luxuriam facilem prouocat & omne opus bonum dissoluit. De hoc plura dixi in ca. de lux. & c. de gula. ¶ Aliae sunt occasiones peccatorum remotae quae in nostra potestate non sunt ut suggestio diabolica, vel alicuius rei delectabilis oblatio atque oculis nostris facta praesentatio. Nec in potestate nostra est arcere diabolum quin talia menti nostrae offerat, ab illis tamen tenemur quantum possumus intellectum & mentem auertere ne eis consentiamus. Occasio accepta est quando factum ipsum vel res exterior ex sua natura non inducit ad illud cuius dicitur occasio, de quo Apo. ad Ro. 7. Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omne concupiscentiam. Lex namque de sui natura cohibet appetitum a peccatis, sed ea est nostrae carnalitatis & fragilitatis post casum conditio ut ardentius desideret prohibita quibus non memoratis iaceret quasi sopita ut dicit glossa super praefato verbo Apostoli. Occasio data est quae de sui natura inductiua est ad illud cuius occasio dicitur, licet non sit eius efficax causa ponens illud necessario inesse. Hoc modo ventris ingluuies aut venter mero est uans est occasio peccati luxuriae.

luxuriæ. Hanc materiã pulchrè & ad longũ resoluít  
 sacræ theologię professor Magister Ioannes Briart  
 de Aeth, in quadã quæstione quotlibetica Louanij  
 per eum facta anno 1508. His præmissis ad sciendũ  
 quomodo de occasionibus sit confitendũ pono ali-  
 quot regulas. ¶ Prima regula. Necessariõ obliga-  
 mur vitare omnẽ occasionẽ proximã mortalis cul-  
 pę quę per se inductiua & implicatiua est ad peccatũ  
 mortale. Patet hæc regula siue propositio per illud  
 Mat. 5. Si oculus tuus scandalizat te erue eũ & pro-  
 ijce abs te, bonũ est tibi vnũ oculũ habentẽ in vitam  
 intrare q̄ duos oculos habentẽ mitti in iehennam  
 ignis. Itẽ talis exponit se periculo peccati mortalis.  
 ¶ Sc̄da regula siue doctrina est, De necessitate salu-  
 tis tenemur etiã vitare occasiões acceptas quãdo ve-  
 risimiliter ex illis aduertim⁹ nos declinãturos in pec-  
 catũ. Patet per c. Falsas de pe. dist. 5. vbi dicit Greg.  
 Miles negotiator vel alicui officio deditus qđ sine  
 pctõ exerceri nõ possunt (per qđ notatur difficultas  
 nõ impossibilitas secundũ glo.) recognoscat se verã  
 pœnitentiã agere nõ posse p̄ quã ad eternã vitã pue-  
 nire valeat nisi negotiũ relinquat vel officiũ deferat.  
 Pręterea q̄ amat periculũ peribit in illo. Eccl' i. 3. sed  
 q̄ occasiões nõ fugit quantũ põt exponit se periculo  
 mortalis culpę, ergo peccat & sic tenetur eas vitare.  
 Tertio idẽ cõfirmatur ministrãs gladiũ illi q̄ p̄ occa-  
 sionẽ acceptã p̄noscitur illo abusur⁹, peccat ergo nõ  
 min⁹ cum sibi exhibet illud q̄ verisimiliter p̄uidet se  
 abusurũ. Et intelligũtur dicta cum voluntariẽ q̄s se  
 exponit discrimini. Nõ enim cęsetur peccare qui ne-  
 cessitate siue inuolũtariẽ in discrimine etiã pcti mor-  
 talis est, q̄a vt dictũ est. Omne pctũ debet esse vo-  
 luntã-



luntarium. ¶ Tertia regula. Confiteri oportet quoties nos spontè submiserimus occasione peccati mortalis. Etià quâuis ex ea nō fuerimus in aliud peccatū deducti. Et ideo si huiusmodi occasiōes omiserit q̄s confiteri scienter vel ignorantia crassa non est ritè absolutus, sed tenetur confessions factas reiterare. Patet hæc propositio ex dictis quia necessarium est confiteri de omni mortali, iam spōte se committere seu ingerere occasione mortalis culpæ est mortale peccatum, Sicut qui exponit se occasione mortis corporalis peccat, nisi id faceret ex iusta causa qua aliquid præfert corpori quod licitè plus amat quàm corpus, sicut faciunt martyres & alij exponentes se morti pro Christo & salute proximorum, ergo similiter exponens animam occasione & periculo interitus spiritualis peccat. Patet consequentia, quia nihil licitè præferri potest spirituali vitæ animæ quæ est ex coniunctione ad Deum. Pro confirmatione dictorum adduco notabilem propositionem quam ponit Adri. vi. in 7. q. sua quodlib. fo. 64. Omnes occasiōes verisimiles mortalis peccati tenemur vitare, de quibus scilicet verisimile est vel probabile dubium protrahēdi nos in mortale. Et ergo tenemur repellere & vitare inordinatum amorē diuitiarum & terrenorum, quoniam talis licet non semper sit mortalis, quando. s. non est tam intensus quod excludat Christi dilectionem & charitatem Christi ut suprâ dixi, c. 7. de Auari. & c. 8. de mortali tamē frequenter est occasio verisimilis perdendi Christum. Ex dictis patet quòd multi simplices errant qui solum putant se confiteri debere si realiter commiserint adulterium, fornicationem, iniustitiam, &c. &

rarò  
dice  
vici  
lieri  
non  
culis  
nec  
sona  
nale  
illar  
lude  
peric  
beo p  
com  
sito t  
delin  
temp  
tet d  
posit  
xim  
men  
tione  
simil  
diffic  
rias  
riter  
expl  
gât e

C

rarò confitentur de occasionibus. Oportet enim sic dicere, Domine fateor meam culpam quòd multis vicibus visitaui lupanaria & confortia talium mulierù quibus amore venero afficiebar, & licet opus non commiserim, exposui me tamen scienter periculis, & non vitavi occasiones propinquas luxuriæ, nec scandala proximorum: viso enim quòd illas personas inordinatè diligo & prius fortè cum eisdè carnale commercium etiam habui, tunc frequentando illarum confortia cum eis commessando, sedendo, ludendo, &c. pecco mortaliter exponèdo me & eas periculo, licet non intendam tunc fornicari, imò habeo propositum actuale quòd non velim tunc opus committere. Sicut quidam dicunt, Domine ego visitaui talia loca quarundam mulierum non intètionè delinquendi sed causa recreationis & deductionis temporis ad confabulandum, &c. ¶ Similiter oportet dicere, Domine peccaui, licet scienter & ex proposito non surripui alicuius bona iniuste, nec proximos me sciète notabiliter defraudaui, exercui tamen tale officium, tale negotium, artem, occupationem, atq; opus contaminosum, vbi præsciui verè similiter periculù animæ subesse, quia rarò aut valde difficulter iuste aut licitè id ipsum feci, & propter varias causas & occasiões atq; distractiões quæ regulariter in tali officio occurrūt pauci ipsum sine peccato explèt, & plures per hoc se à Deo & gratia eius elongāt excecati puluerib<sup>9</sup> ne dicā stercorib<sup>9</sup> diuitiarù.

¶ *De consensu multiplici. Cap. decimum.*

**Q**uia vt prius dictū est in tertia parte. 8. cap. Nullum dari posse mortale peccatū absque libero voluntatis vero vel interpretatiuo

con-

conditionalis vel absoluto consensu, ideo operæ præ-  
cium est scire & distinguere istos multiplices con-  
sensus, præcipuè pro confessoribus vt simplices de-  
super instruant, qui raro rectè vt debent de his con-  
sententur. Vndè. 9. sunt consensus. s. verus, interpre-  
tatiuus, absolutus, conditionatus, consilij, coopera-  
tionis, cōplacentiæ, negligentiae & autoritatis. ¶ De  
offi. & potest. Ind. dele. ca. 1. ibi glosa ponit quadru-  
plicem consensum, videlicet cooperationis, consilij,  
negligentię, & autoritatis. Adri. vi. quotlibetico. 7.  
superaddit quintum, videlicet Complacentiæ.

1. ¶ Verus consensus dicit aliquem actū illicitum  
ipsius voluntatis, vt quādo actualiter ppono & volo  
furari, fornicari, vel aliud Dei mandatū transgredi.  
Et talis consensus est mortale peccatū si sit de aliquo  
prohibito sub pœna iehennæ siue deducatur ad effe-  
ctum siue non. 2. ¶ Interpretatiuus consensus est  
quando ratio habet tempus sufficiens deliberandi &  
refugiendi ea quę vitare tenetur & circa quę vitāda  
peruigil esse tenebatur, quod tamē nō facit. De isto  
satis exemplificatū & dictū est suprā in 5. c. de luxu-  
ria in principio. Ex quo patet quomodo differat cō-  
sensus interpretatiuus à cōsensu vero. Nam inter-  
pretatiuus nō necessariò ponit aliquē actū elicitem  
ipsius voluntatis sicut verus. Dicitur enim ad simi-  
litudinē causæ priuatiuæ. Sicut enim nauta dicitur  
causa submersionis nauis per suā absentia quādo po-  
tuit & debuit pphibere submersionē nauis & nō p-  
hibuit. Ita qs dicitur interpretatiuè in aliquid con-  
sentire, quando potuit & debuit aliquid pphibere qđ  
tamē nō pphibuit. Et sic cōsensus negligentię de quo  
infra est cōsensus interpretatiu<sup>9</sup> siue etiā quocunq;  
actu

aëtu positiuo volütatis. Dictū est notāter quādo de-  
 buit, q̄a licet quis potuit ꝑhibere opus mortale si nō  
 debuit nec obligat° fuit pro tūc ꝑhibere, nō cēsebi-  
 tur ex hoc cōsentire. Sicut nec nauta per absentia est  
 causa submerſionis nauis nisi directio nauis stet suo  
 oneri. Exemplū, vt si sim occupatus in correptione  
 fraterna, vel prædicādo verbū Dei saluti subditorū  
 necessariū, & tūc videā & sciam aliquē ruere in ali-  
 quod mortale, quem (omittendo prædictum opus)  
 præseruare potuissem à peccato, ex hoc non dicor  
 consentire in illius peccatum, nec pecco. Similiter si  
 cōsilio charitatis sinerē Ioannē vicinū mortali ruere  
 præsentibus alijs vt sic efficacius reduci possit, non  
 censeor cōsentire. 3. ¶ Absolutus cōsensus est quo  
 quis simpliciter consentit in aliquid nulla adiecta  
 conditione formaliter vel virtualiter. 4. ¶ Condi-  
 tionatus est quo quis nō absolute & simpliciter con-  
 sentit in aliquid mortale & prohibitum sed sub con-  
 ditione & modo, vt volo concumbere cum Catari-  
 na si mihi facultas daretur & oportunitas temporis  
 & loci, &c. adesset. Item si non timerem incurrere  
 indignationem aut punitionem parentum aut supe-  
 riorum aut obloquia, derisiones, & dicta hominum  
 aut diminutionem status, nisi timerem morbillos,  
 prolem, aut alia incommoda inde prouentura. Simi-  
 liter velle furari nisi patibulum & timor iustitię atq;  
 pœnæ retraherēt, &c. vndè siue velim vel optē sub  
 tali conditione vel absolute opus prohibitū, pecco  
 æquē mortaliter. Istud patet expressā determina-  
 tione Augu. de lib. arb. dicentis. Si cui etiam non  
 cōtingit facultas concūbendi cum vxore aliena ta-  
 mē placitū sit eū aliquo modo cupere & si potestas  
 detur

detur esse facturum non minus reus est quam si in ipso facto depræhenderetur, ergo conditionata voluntas cōcumbendi, puta velle concubere cūm aliena si facultas vel oportunitas daretur est mortale peccatum. ¶ Et idem. Si quis velit furari si posset impunè nihil tulit & furti reus tenetur de pe. dist. 1. c. Si propterea. ¶ Et Mat. 5. Qui viderit mulierē, inquit saluator, &c. ergo si quis optat cōcupiscere aut velit si quādo & vbi materia se offerret locus & tempus, &c. Iam mōchatus est quoniam vtrōbique est par ratio turpitudinis. ¶ Etiam in confirmationem dicit Scotus di. 15. 3. quōd conditionatū velle sufficit ad meritū æternę vitę, sic etiā ad demeritum æternę dānationis, quale fortè fuit peccatū in angelis appetētibz Dei æqualitatē, de hoc ergo consensu quisq; sollicitus sit vt debitè cōfiteatur. ¶ Et dict<sup>o</sup> cōsentus siue velle conditionatū quod est mortale solūm reperitur in actu positivo volūtatis quāuis potius velleitas dici debeat scđm quosdā q̄ voluntas. Vtrum aut tali nomine baptisari debeat vel alio parum refert ad propositum, quia hoc certum est quōd etiam nonnunquā volumus aliqua sub conditione quam existere putamus vbi est efficax velle quo in actum progredimur licet obiectum sit conditionatū. ¶ Est tamē aliud dicere. Ego optatur<sup>o</sup> vel voliturus essem hoc si illa cōditio vel alia existeret. Aliud, Ego opto, volo vel desidero hoc sub conditione. ¶ Secus tamen censendū est de conditionibus turpitudinem peccati aut Dei offensam auferentibus: vndē velle comedere in die ieiunij si prohibitū non esset, velle fornicari si nō displiceret Deo nec de se illicitū esset, &c. non arguit nec ponit peccatum in si<sup>o</sup> volente.

5. ¶ Co  
fulit &  
rū mal  
aut fy  
lio & a  
storum  
parare  
mouer  
domin  
conful  
iniusta  
hoc co  
gia, rap  
eorum  
respat  
quibus  
confer  
dias, b  
uis ad  
Prælat  
consili  
consci  
scienti  
& alijs  
in quo  
præue  
per m  
& qui  
est vt  
filij C  
occid  
bitan

5. ¶ Consensus consilij est cū quis alteri malè con-  
sulit & per prauum eius consilium causa est multo-  
rū malorū & peccatis quę eius consilio mediāte fiūt  
aut factę sunt. Et ergo talis & quiuis alius qui consi-  
lio & alijs modis de quib⁹ supra de restitutioe inius-  
torum est causa damni tenetur illud pro virib⁹ re-  
parare si velit ritè confiteri & pœnitere. Exempla  
mouent homines. In primis hoc consensu peccant  
domini & consiliarij peruersi regum & principum  
consulentes ad bella, oppressiones innocentum &  
iniustas exactiones subditorum qui causa sunt &  
hoc consensu consilij consentiunt in omnia sacrile-  
gia, rapinas, homicidia, adulteria, & cętera mala quę  
eorum consilio & culpa proueniunt. ¶ Item recto-  
res patriarum & oppidorum & singuli p̄fecti in  
quibuscunq; communitatibus memores sint huius  
consensus in confessione qui bendas, brigas, discor-  
dias, bella intestina & diuersitates seminant suis no-  
uis ad inuentionibus & consilij iniquis. ¶ Insuper  
Prælati, curati, confessores ideotæ facillimè dantes  
consilia & resolutiones in materijs arduis & casibus  
conscientiæ dubijs strictè examinent. de super con-  
scientias vtrum semper sufficienter de hoc consensu  
& alijs confessi sint. Et sic pariformiter procedendo  
in quolibet statu, &c. ¶ Vndè isti mali consiliarij &  
prauè consulētes sunt quasi ministri diaboli, qui sem-  
per malum suadent errorefq; & discordias semināt,  
& quia sunt dæmonibus similes in culpa, consequēs  
est vt sint tandem consimiles in pœna. Sunt deniq;  
filij Cayphæ qui consilium dedit vt agnus innocens  
occideretur. Et plerumq; illi peruersi consiliarij su-  
bitanea vel alia turpi morte moriuntur, vndè hoc

sic frequenter experimur esse, sicuti etiã sacræ scri-  
pturæ exempla & testimonia testantur. Aman enim  
fuit suspensus patibulo quòd suo iniquo consilio pa-  
ratum erat Mardocheo. Hest. 7. Principes dâtes con-  
siliū contra Danielē vt mitteretur in lacū leonū,  
postmodum fuerunt in lacū missi & à leonibus de-  
uorati vbi Daniel illesus mansit. Dani. 6. Achy-  
phel dedit peruersum consiliū contra Dauid & post  
seipsum suspendit. 2. Reg. 17. ¶ Cooperationis  
consensus est quo quis cooperatur alteri ad malum  
manualiter, præsentialiter aut quouis alio exteriori  
opere aliū iuuâdo vel inducêdo ad peccatum. Hoc  
consensu peccât noctiuagi qui cateruatim per vicos  
& lupanaria discurrent, homicidia, furta, adulteria,  
& alios graues excessus committentes, & hoc valde  
turpe, detestabile & periculosum est in studentibus  
& ecclesiasticis magis quàm in secularibus. Nam  
aliquis de numero & societate taliū vagabundorum  
cômittat homicidiū, omnes corâ Deo rei homicidij  
illius erunt, irregularitatē incurrūt & beneficijs suis  
priuantur inquantū cooperantur. Ille enim occidit  
si solus fuisset homicidiū non perpetrasset, sed per  
præsentia & associationē aliorū animatur & auda-  
cit ad illud delictū vel aliud committendum, sicut  
prius exēplificauī de currentibus cum fure. ¶ Item  
crapulatores & commessionibus dediti seinuicem  
& alios inebriâtes plurima peccata per istū consen-  
sum cômittunt. ¶ Insuper de hoc consensu purgare  
se debēt in confessiōe Notarij, aduocati, procuratores  
& quiuis mediatores in contractibus iniustis, simo-  
niacis & vsurarijs, copulatores & copultrices, lu-  
panaria, tabernas inhonestas, taxillorū ludos inter-  
tenentes,

tenen  
pro v  
narij  
cun  
uenie  
mento  
dêtes  
ter ad  
induc  
sacran  
tenent  
vel sac  
alique  
nerato  
tali me  
ex sim  
peccan  
men n  
suo fac  
tiæ cor  
lationi  
vel alte  
cêtia ei  
petrati  
florati  
in reb  
tate  
tiam c  
plura  
quàm  
audace  
detefta

tenentes, Parentes in super pulchras habentes filias pro vino eas vendentes vt dicitur Iohel. vlt. Tabernarij in die ieiunij cibū & potū indifferēter quibuscunq; administrantes, dantes gladiū furioso. Adiuuantes nouū, curiosum, indecentē habitū vestimentorū. Taxillos ac alia instrumēta facientes, vendētes & administrātes quib<sup>o</sup> hoīes semp vel regulariter ad malū vtūtur, & q̄ nō sunt vtilia reipublicę. Itē inducentes concubinarios ad celebrandū, ac ad alia sacramenta ministrandū, ad quod ex officio non tenentur nec parati animi fuerunt aliās celebrandi vel sacramentum ministrandi. Similiter inducens aliquem ad dandum sub vsuris qui publicus scēnerator non est nec aliās parati animi ad dandum tali modo. Isti & infiniti alij vt quilibet in statu suo ex similibus capiens iudicium discurrere potest peccant per consensum cooperationis, licet tamen non intendant formaliter peccare vel alios suo factō inducere ad peccata. 7. ¶ Complacentię consensus siue approbationis laudis & adulationis est quando alicui complacet malum suum vel alterius & in quo delectatur. Et illa complacētia est duplex. Vna in peccatis proprijs prius perpetratis sicut quidam adulteri, ebriosi, virginū defloratores, homicidæ, &c. delectantur & exultant in rebus pessimis per eos perpetratis in iuuenili ætate vel bona societate de quibus iactitant se etiam coram virginibus & pusillis & plerumque plura dicunt se talia egregia facinora commisisse quā fecerint, vt sic laudentur & ab alijs dicantur audaces, & in malefactis egregij, quod graue & detestabile est vitium. Vndē nota hanc regulam;



Quandocunq; homini occurrit mortale prius per  
eum commissum totiens de nouo peccat mortaliter  
quotiens cum complacentia noua atq; delectatione  
illud sic mente reuoluit aut corā alijs recitat. Quan-  
do ergo occurrit homini peccatum suū tenetur de  
necessitate nō complacere in illo vel de tali crimine  
delectari. Et Alex. hales in .2. parte tract. de negligē-  
tia, plus dicit uidelicet quòd tunc tenetur quis dete-  
stari & displicentiam habere de tali peccato quando  
menti practicè occurrit cogitando. .i. quomodo per  
illud Deum creatorē suum mortaliter offenderit.  
Secunda est complacentia in peccatis aliorum, sicuti  
plures in conuiuio vel alibi audientes aliorū detra-  
ctiones, vitia & defectus narrari, rident & delectan-  
tur. Similiter cūm perceperint quandam virginita-  
tem amisisse & deceptam esse, de hoc complacē-  
tiam habendo gaudent atq; commendant eos qui  
tam sollertes sunt in malis. Item hoc cō-  
nsu peccant adultores, qui dominis & alijs semper in malis  
suis applaudere curant & in suis malefactis eos lau-  
dant, animāt, & in vitijs atq; suis erroribus fouent.  
Tales enim directè peruertunt ordinem charitatis  
& rectę rationis in hoc quòd laudant id quod illicitum,  
repræhensibile & contra charitatem est. Et vi-  
tuperant atq; subfanant id quod virtuosum & lau-  
dabile est, & ideo tales adultores qui omni vento  
agitantur atq; malorum applausores maledicuntur  
& æternam maledictionem non subterfugient nisi  
strennuā & condignā egerint pœnitentiam & repa-  
rationem fecerint de malis sua adulatione perpetratis,  
de quibus Esa. 5. Væ qui dicitis bonum malum,  
& malum bonum, ponentes tenebras lucem, &c.

vndē

vndē  
les sur  
tem v  
facile  
Plus  
persec  
miner  
bus ne  
laudat  
quoto  
persec  
quent  
color  
& virt  
dulen  
tiorum  
brio h  
& ani  
dētia,  
prodi  
scient  
bilita  
tem  
mili  
sation  
citur  
ētitas  
trans  
gens  
Deo  
citur  
corr

vnde valde repræhensibiles & Deo summè odibiles sunt omnes adulescentes terga sua ad omnem partem vertentes. Nihil enim est teste Hiero. quod tam facile mentes hominum corrumpit sicut adulatio. Plus namq; nocet lingua adulatoris quàm gladius persecutoris. Et Aug. Adulatio linguæ ligant hominem in peccatis, delectant enim ea facere in quibus non solum non metuitur repræhensor, sed etiam laudatur operator. ¶ Duo enim sunt genera persecutorum. scilicet vituperantium & adulatorum, sed plus persequimur lingua adulatoris quàm manu persecutoris. ¶ Hinc euenit quòd nostro seculo procolor vitia nomina virtutum apud plures sortiuntur & virtutes vitia nuncupantur propter linguam fraudulentam adulatorum per quos mali in putredine vitiorum fouentur & laudantur, virtuosus vero opprobrio habentur. Superbia nominatur magnificentia & animi honestas. Avaritia prouidentia, astutia prudentia, dissolutio in moribus recreatio & iocunditas, prodigalitas dicitur liberalitas, laxitudo siue conscientia laxa dicitur libertas animi, garrulitas affabilitas, &c. ¶ Pariformiter virtutes & virtuosus contemnuntur & eis nomina vitiorum imponuntur, humilis namq; ypocrita dicitur, abstinens se à commensationibus & à consortio peccatorum elongans dicitur parcus & avarus, deuotio dicitur simulata sanctitas, in timore Dei viuens & timens mandata Dei transgredi scrupulosus nuncupatur, iustitiam diligens & exequens austerus dicitur, fortis audax Deo & hominibus gratus atq; acceptus in bono dicitur à malis applausor siue adulator, proximorum correptioni insistens dicitur presumptuosus & sic

de alijs. 8. ¶ Autoritatis consensus est quo alijs in  
eorum malitia autoritatem nostram impartimur.  
Sicut Prælati, reges domini temporales & quicuis su-  
perior mandās familiaribus siue subditis suis vt ho-  
miciidiū cōmittāt, rapinā, raptū, sacrilegiū, detractio-  
nes, &c. & cū per suos audierint aliquod egre-  
giū facinus perpetrātū cōmendant factū exculant,  
& tales maleficos in malitia sua autoritate fouēt. Si-  
cut plerumq; videmus raptores publicos, adulteros  
& fornicarios innocentū oppressores & scandalosē  
uiuētes regulariter habere suos Christoforos vt ita  
loquar siue dominos quorū præsidio in malis suis  
permanēt & correctio impeditur. Hoc cōsensu pec-  
cauit Herodes qui iussit Ioannē decollari, Pilat⁹, &  
oēs peruersi iudices per quorū autoritatē & senten-  
tiā iniquā plurima cōmittūtur delicta & scādala. Itē  
parētes etiā plurimi sua autoritate & applausu filios  
peruersos in prauis operibus & moribus educāt om-  
nia eorū opera quantūuis nephāda & graui puni-  
tione digna atq; correctione excusant, approbant &  
autoritatē impunē omnia mala perpetrandi eis im-  
pendūt. Vndē parētes, prælati, præceptores, atq; pe-  
dagogi discipulorū & quicuis alij superiores non so-  
lū obligantur nō præbere autoritatē subditis &  
maleficis sed corrumpere & corrigere, & quia in hoc  
frequenter negligētes sunt ideo nonnunq̄ ipsi & filij  
atq; subditi à Deo corrigūtur & grauiter puniūtur  
sicut legim⁹. 1. Re. 4. quomodo Hely punit⁹ est mor-  
te nam fractis ceruicibus cadēs de cella retrorsum  
expirauit, quia nō correxit filios iniquē agentes, &  
non satis rigidē increpauit, & filij etiā morte plagati  
sunt. Hinc est quòd Deus iustus iudex bella, pestes,  
&

& alia  
regiō  
cialite  
ritatē  
phem  
iufmo  
let nor  
vbi &  
dunt l  
prauas  
quare  
taliter  
domin  
domin  
cundū  
gas, ca  
quēter  
ser. 4. v  
fericor  
mēda  
& sang  
infirm  
lucre  
bo, &  
nō ces  
stodie  
9. ¶ N  
gligit  
vel tin  
modo  
iudice  
illud c

& alias diuersas tribulationes & plagas nonnūquam  
 regiōibus, ciuitatib<sup>9</sup> & quibusdā cōmunitatibus spe  
 cialiter immittit, quia p̄fecti & superiores suā auto  
 ritatē aliorū malis impendūt, adulteria publica, blas  
 phemias, infontū oppressiones, sacrilegia, & alia hu  
 iusmodi graua scelera propter quæ terra plagari so  
 let non corrigunt, nec impendunt omnibus medijs  
 vbi & quando possunt & tenentur quin potius con  
 dunt leges iniquas & conditas obseruāt, multasque  
 prauas consuetudines & corruptelas non abrogant,  
 quare consequēs est vt iudiciū durissimū in his quī  
 taliter p̄sunt fiet. Sapien. 6. Audite ergo verbum  
 domini ō vos duces domini & p̄lati, quia iudiciū  
 domino cum habitatoribus terræ (& viuētibus se  
 cundū affectiones terrenorū) per pestes & alias pla  
 gas, causam autē & quæ sint illa peccata quare fre  
 quēter plagis ferimur diuersis p̄pheta insinuat O  
 ser. 4. vbi subditur. Nō enim est veritas & nō est mi  
 sericordia & nō est sciētia Dei in terra maledictū &  
 mēdaciū, homicidiū, furtū & adulteriū mūdauerūt  
 & sanguis sanguinē tetigit, p̄pter hoc lugebit terra &  
 infirmabitur oīs q̄ habitat in ea. In bestia agri & in vo  
 lucre cœli, &c. Gloriā eorū in ignomineā cōmuta  
 bo, & erit sicut popul<sup>9</sup> sic sacerdos, fornicati sunt &  
 nō cessauerūt quoniā dominū dereliquerūt in nō cu  
 stodiēdo. Fornicatio, vinū & ebrietas auferūt cor.  
 9. Negligētię cōsensus siue omisiōis est, cū q̄s ne  
 gligit & omittit sciēter ignoranter ociose ex pigritia  
 vel timore perdēdi fauores hoīm vel alio culpabili  
 modo, id qđ p̄ tūc facere tenetur siue ex officio vt  
 iudices & p̄lati, siue lege iustitię aut charitatis ad  
 illud obligetur. Hic est consensus valde generalis &

peccatum in omni statu hominum regnans. Hoc consensu imprimis peccant audientes libenter detractiones, & illos detractores non corripientes ubi & quando tenentur, videlicet tunc quando est verisimilis spes vel etiam dubium emendæ & profectus inde prouenturi. Secus quando est verisimilè correctionem nihil profuturam, aut quando est verisimilè aut dubium eam esse obfuturam, nam tunc nõ cadit obligatio increpandi huiusmodi detractores, nec in tali casu est consensus negligentia. ¶ Insuper hoc consensu peccas si periculum & casum proximi præuides quem posses commodè impediri per correctionem secretam, vel si illa non proffit manifestando ei qui posset prodesse, aut alio modo posses peccatum eius impedire quod tamen nõ facis, unde magis tenemur proximũ a morte animæ quàm corporis præseruare. Iam qui potest impedire mortem proximi corporalem sine suo periculo tenetur. Si enim videris Ioannem insequentẽ aliquẽ infontem ad occidendũ quod commodè impedire posses peccas hoc consensu negligentia consentiendo in illius mortẽ, licet doleas & non desideres illius mortem. Similiter si tempore necessitatis non subuenis egenis tibus qui verisimiliter tempore hyemis pestis, caritatis, belli aut aliã præ frigoribus nuditate esurie atq; miseria moriẽtur nisi eis de tuis subueneris peccas consentiendo hoc consensu in illorum mortem: nam mortem languentibus censetur infligere qui hanc cum possit non excludit. Isti consensus præcipuè .5. postremi dici solent peccata aliena quæ communiter a doctoribus assignantur nouem inclusa in prænominatis metris. Iusio confi. &c. Sed longè

plura

plura  
istis  
dicu  
mu  
bus  
pœn  
tis m  
valde  
gular  
bo p  
ces, c  
etian  
esse c  
perin  
Vtru  
in co  
subse  
breu  
patet  
lunta  
tingi  
& lo  
omis  
pecca  
peccã  
cere t  
esset  
per in  
negli  
missi  
aliqu  
ebriu

plura sunt peccata aliena quæ tamen ad aliquod ex istis nouem omnia reduci possent: vndè omnia illa dicuntur peccata aliena quibus alienis siue alijs sumus quouis modo causa vel occasio peccandi, à quibus summopere abstinere debemus & de præteritis pœnitere orando cum ppheta. O domine ab occultis meis munda me & ab alienis parce seruo tuo, quæ valde multa sunt, quorum numerum ignoramus regulariter. Hæc satis prolixè de istis consensibus scribo propter confessores laicosq; peccatores simplices, qui de his non discernunt nec consententur neq; etiam conscientiam faciunt: putant enim non opus esse cõfiteri nisi opere expleuerint quod aïo conceperint, circa hoc occurrit quæstio vtilis. ¶ Quæstio. Vtrum peccatū mortale semper & solum consistat in consensu voluntatis & tam graue sit opere non subsecuto sicut si ad opus deducatur? Respondeo breuiter ad primam partem quæstionis vt satis dilucidè patet ex dictis in principio. §. c. quod per solam voluntatem prauam & eius plenum consensum contingit peccare mortaliter etiã opere nō subsecuto, & loquor principaliter de peccare commissiuè non omisiuè, verum est tamè quod etiam loquendo de peccato omisionis illud est voluntarium, talis enim peccas per omisionem voluntariè omittit id quod facere tenetur, & licet ibi nō sit aliquis consensus qui esset actus positiuus à volūate elicitus, sicut est semper in peccato commissionis, est tamen consensus negligentia de quo supra, & sic omne peccatū commissionis & omisionis dicitur voluntariū. Vtrum aliquis carens vsu liberi arbitrij sicut dormiens & ebrius possit peccare omisiuè est dubium apud ali-

quos. Altissimi enim & plures doctores cum eo tenent quod non, & ergo si quis nocte commessando aut alias dederit sibi impedimentum ita quod mane non surgit ad matutinas nec explet officium eo tempore quo debet quia dormiendo tempus illud elabitur, talis tempore dormitionis non peccat omittendo surgere aut legere, sed nocte precedenti se indisponendo, beatus Tho. tenet contrarium, videlicet quod in somno & non existente usu liberi arbitrij contingit hominem peccare omissione & talis dormiens tempore dormitionis quo debuit surgere ad matutinas peccat omittendo & non prius, quia si excitatus fuisset sufficenter & iuisset illo tempore ad matutinas non peccasset illo peccato omissionis licet semper prius peccauerit commisiue per crapulam aut alio modo se indisponendo. ¶ Quod autem homo peccat mortaliter per solam voluntatem & consensum etiam non deductum ad opus patet expressa sententia saluatoris, Matth. 5. Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam iam moechatus est in corde suo. & ad Rom. 1. Digni sunt morte super eterna non solum qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. ubi glo. consentire est tacere cum possis arguere, vel errorem fouere, de hoc plura adduxi supra de consensu condicionato. Ad secundam partem questionis respondeo post beatum Bonauenturam in 2. distinct. 42. quod peccatum dicitur unum grauius altero tripliciter.

Petum dicitur grauius altero ratione { Contemptus,  
Libidinis,  
Danificatiois.

Primo unum peccatum dicitur grauius altero ratione auersionis & contemptus maioris ipsius Dei &

sic

sic opus non addit ad iniquitatē voluntatis. vnde ta-  
 men grauius peccat volens efficaciter fornicari &  
 nō fornicans sicut alius voluntatē opere complens,  
 nam in primo voluntas per consensum est plenē à  
 Deo auersa sicut in secūdo. Secundò modo ratione  
 maioris libidinis aut delectatiōis & sic grauius pec-  
 cat per expletionem operis maximè in peccato car-  
 nis & maiorē sustinebit pœnā, iuxta illud quantum  
 glorificauit se in delitijs tantū date illi tormentum.  
 Tertiò ratiōe maioris dānificationis & sic opus etiā  
 aggrauat & hoc maximè quantū ad illud gen<sup>o</sup> pctū  
 quo q̄s nedū in seipsum, sed etiā in pximū peccat, si-  
 cut p̄ fornicationē homicidiū, scādālū, &c. Licet er-  
 go pctū nō cōsistit ppriē in actu exteriori nec op<sup>o</sup>  
 dicitur pctū siue peccaminosum nisi denominati-  
 ne extrinseca inquantū. s. p̄cedit à voluntate. Opus  
 enim exteri<sup>o</sup> nō habet aliquā ppriā bonitatē vel ma-  
 litia in se vt est cōis p̄babilior opionio, opus tamen  
 additū volūtati auget peccatū p̄pter causas dictas,  
 & quia regulariter etiam per expletionē operis vo-  
 luntas intenditur in malo, sicuti etiā exterior actus  
 adauget voluntatem in bonis, circa hoc moueri po-  
 test quæstio quædam. ¶ Quæstio. An voluntas sit  
 melior in expletionem operis. Respondeo post bea-  
 tum Tho. 12. q. 20. ar. 4. quod sic & hoc tripliciter in-  
 telligendo. Primò quia volens facere aliquē actum  
 & postea faciens tunc duplicatur actus voluntatis.  
 Secūdo secundū extensionē. nā q̄ habet volūtatem  
 bene operādi & tandē ex illa p̄cedit in opus illa vo-  
 luntas diuturnior est in bono q̄ volūtus alterius be-  
 ne operandi q̄ p̄pter impedimentū desistit. Tertiò  
 scđm intentionē. nā actus exteriores inquantū sunt  
 dele-



delectabiles vel pœnales nati sunt intendere voluntatem vel remittere. Sed circa præmissa distinguere oportet quomodo dupliciter accidit, voluntatē nō exire in opus. Vno modo hoc accidit, quia voluntas consentiens in peccatum posset opus ipsum perpetrare si vellet, sed tamen semper differt & protrahit ex remorsu quodam conscientiae vel timore pœnae vel alia causa, & sic non procedit in opus & tunc longè grauius est peccatum si sequatur opus, nam tunc plenior est consensus & ergo per expletionē operis peccatum tale grauius est ratione auersionis à creatore & etiam conuersionis ad creaturā. Alio modo opus additur voluntati quæ quidem in opus non procedit, non quia nō velit sed quia nō potest: vnde talis scit verisimiliter si proponat Catarinæ de fornicatione vel adulterio ipsa non acquiescet. Ipse tamen quantum in se est consentit & vellet atq; laborat diuersis medijs opere posse perficere quod concupiscit & hoc longè grauius peccatum est quàm primū imò ratione contēptus & auersionis à Deo est tantum peccatū ac si opus consummatum esset.

*¶ De grauitate & comparatione peccatorum ad inuicem.*

**O**pinio stoicorū fuit quòd omnia peccata essent paria, & ex hoc deriuatus est quorundam hæreticorum error, qui ponentes omnia peccata esse paria dicunt etiam omnes inferni pœnas pares esse. Sed hæc opinio manifestum errorem continet. Certissimum enim est vnum peccatū esse grauius alio, sicuti vnus morb<sup>9</sup> altero grauior & periculosior est, nam pctūm est aīæ morbus, imò mors ipsa. Psal. 6. Misere mei domine quoniam infirmus sum. & Seneca appellat vitia egritudines. Et saluator apertè ostendit

stēdit vnū esse graui⁹ alio dicēs Pilato, qui me tradi-  
 dit tibi maius peccatū habet, Ioan. 19. Hier. etiam di-  
 cit. Quis dubitet sceleratius esse commissum quod  
 grauius est punitum. 24. q. 1. Nō offera. Patet etiam  
 hoc ex diuersis pœnis taxatis ab ecclesia pro pœni-  
 tentia secundum diuersam peccatorū grauitatem.  
 Sed verum est quod difficulter sciri potest in casib⁹  
 particularibus semper quod peccatum sit grauius  
 altero: nam de hoc & de comparatione peccatorum  
 adinuicē generalis regula aut doctrina dari nequit  
 nisi comparentur in genere suo & cæteris paribus,  
 quoniam secundum alias diuersas particulares cir-  
 cunstancias variè occurrentes peccata plerumque  
 se habent vt excedentia & excessa: vndē certum est  
 quod peccatum natum est per circunstantias aggra-  
 uari & hoc contingit tripliciter. Vno modo inquan-  
 tum circunstantia transfert peccatum in aliud ge-  
 nus siue speciem de quo suprā in principio libri. Si-  
 cut peccatū fornicatiōis cōsistit in hoc quod homo  
 accedit ad non suam, sed si addatur hæc circunstantia  
 vt illa ad quam accedit sit alterius vxor transfer-  
 tur iam in aliud genus peccati. s. in iniustitiam in-  
 quantum talis iniustè vsurpat rem alterius, & secun-  
 dum hoc adulterium est longè grauius quàm forni-  
 catio. ¶ Secundo modo circunstantia aggrauat pec-  
 catum non quia trahit ipsum in aliam rationem siue  
 naturam peccati, sed solū quia multiplicat ratio-  
 nem peccati: sicut prodigus si det quando nō debet  
 & cui non debet multiplicius peccat eodem genere  
 peccati quàm si solū det cui non debet, & ex hoc  
 ipso peccatum fit grauius, sicut etiam egritudo est  
 grauior quæ plures corporis partes inficit. ¶ Tertio  
 modo

modo quia circumstantia talis auget deformitatem  
vel ratione libidinis, damnificationis vel alio modo  
sicut accipere alienum constituit rationē furti: si au-  
tem addatur hæc circumstantia vt multum accipiat  
de alieno est grauius peccatum quamuis accipere  
multum vel parum de se non dicat rationem boni  
vel mali. ¶ Doctrina quædam & regula ad cogno-  
scendum generaliter grauitatem vel leuitatem pec-  
catorum traditur à doctore consolatorio Gersono  
videlicet ista. Quòd quantificatio peccatorū à poste-  
riori sumitur à pœna licet non sufficiēter & à priori  
pœnes genus obiecti intentionē finis. Ex circūstan-  
tiji pœnes libidinē siue conatū voluntatis maiorem  
vel minorē, secundū tempus, locū, penes dāna inde  
sequentia quæ peccans præuidebat aut præuidere  
tenebatur, vndē multis & varijs modis atq; respecti-  
bus vnū peccatū dicitur maius aut grauius altero.  
Primò causalitate, vt peccatum Luceferi. Secundò  
deformitate, vt peccatū Iudæ proditoris. Tertiò pe-  
riculo, vt pētū ignoratię. Quartò prauitate, vt pec-  
catū carnis. Quintò expugnādi difficultate, vt super-  
bia & vana gloria. Sextò generalitate, vt pētū Adę.  
Septimò remissiōis siue veniæ difficultate, sicut pec-  
catū in spiritū sctū. Octauò inseparabilitate, vt pec-  
catū cupiditatis. Nonò offensione, vt peccatum ido-  
latriæ. Decimò mentis cæcitate, vt peccatum iræ  
& inuidiæ. Regula alia quædā datur à domino Can-  
cellario præfato quot. 4. fo. 38. Illud peccatū est gra-  
uius ceteris paribus quod plus habet de voluntario  
& inter eque volūtaria quod fit maiori conatu. In-  
ter omnia grauissimū in quo reperitur maior con-  
tēptus, & sic pētū ex ignoratiā est min<sup>o</sup> graue, de-  
inde

inde grauius peccatum ex infirmitate, tertium verò ex  
 indultia extremū gradū malitię tenet. ¶ Ex quo pa-  
 tet quòd quantò fortius motu concupiscentię aut ali-  
 qua passione ad peccandū impellitur quis, leuius tūc  
 delinquit, quia minus est de voluntario vbi est ma-  
 ior impulsus ab extrinseco. Ideo Aug. suadet confi-  
 tendum esse, Qua tentatione quòue impulsu quis  
 peccatum commiserit, an vltro se peccato obtule-  
 rit non expectans tentationem sed præueniens. Et  
 intelligendum est quando talis maior impulsus est  
 ab extrinseco cuius. s. volūtas non est causa: nam si-  
 cut passio concitata voluntariē vel præter intentum  
 concomitans non alleuiat peccatum sed solūm pas-  
 sio antecedens, ita talis impulsus vel habitus qui ac-  
 quiritur ex multis actibus vitiosis nō diminuit pec-  
 catū, quia talis non minuit rationē voluntarij sicut  
 ille qui prouenit ab extrinseco & cuius volūtas non  
 est causa. Patet etiā quòd quātò quis maiori virtute  
 gratia & donis est præditus, tantò grauius peccat.  
 vndè conditio personæ. s. dignitas, prælatura, scien-  
 tia, sanctitas, religio, gradus, ordo, & similia aggra-  
 uant peccatū. Primò quia tales personæ diuersa ha-  
 bentes talenta & dona facilius possunt si velint resis-  
 tere peccato & tētationibus ratione adiutorij illa-  
 rum gratiarū & donorum quib⁹ præ ceteris à Deo  
 dotati sunt. vndè dominus dicit, Lucæ. 12. Seruus  
 sciens voluntatē domini sui & nō faciens plagis va-  
 pulabit multis. & Sapient. 6. Potentes potenter tor-  
 menta patientur. Et ideo grauius peccauit Adam  
 quā Eua, & cæteris paribus grauius peccat vir quā  
 mulier, quia est præditus maiori lumine intelligētīę  
 & nō est tā fragilis sed fortior in resistēdo quā mulier,  
 quæ

que tanquam mollis aër facile diuersis procellis tentationum huc illucq; pellitur. Sed nūc pro chdolor eo deuentum est quòd adulteria, ebrietas, & quædam alia grandia scelera non reprehenduntur aut parum reputantur in uiris, sed solùm in mulieribus tanquam turpia & indecentia (sicuti etiam sunt) à multis iudicantur, cum tamen in illis & multis alijs peccatis uiri grauius peccent cæteris paribus quàm mulieres. Secundo propter scandalum siue malum exemplum. Nam Prælati, curati, ac alij superiores scandalosè in adulterio, commestationibus, superbia, cæterisq; diuersis vitijs uiuentes grauius longè peccant & periculosius cæteris in quantum suo pernicioso exemplo & prauis moribus plures ad laqueum interitus trahunt: nam ut dicit Greg. in past. In exemplum vehementer culpa extèditur quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad plurius enim notitiã perueniunt peccata prælatorum & magnorum, & magis homines ea indignè ferunt & imitantur. Consuetudo etiam & frequens peccatorum iteratio auget eorum grauitatem: nam ut dicitur ex. de consue. c. vlt. Tantò sunt grauiora peccata quantò diutius animam infelicem detinent alligatam. & de pe. dist. 2. c. Sicut tribus, dicit Augu. Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur suggestionem, delectationem, & consensum: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, & consuetudine tanquam tres mortes: vna quasi in domo cum in corde consentitur libidini: altera quasi prolata iam extra portam cum in factum procedit assensus: tertia cum vj consuetudinis malè tanquam mole terrena premitur animus quasi in sepulchro iam fetès.

Pro-

Progressus noster in peccato similis est casui patris nostri Adæ: nam Adam non volens vxorem contristare ei condescendens comedit de pomo vetito ad quod serpens primò Euam induxit, sic primò communiter in peccatis nostris præcipuè carnis est serpens. s. suggestio & instinctus diaboli mundi vel carnis. Secundò ex illa suggestione oritur quædam delectatio in sensualitate de illo quod suggeritur & tunc mulier manducat & est veniale peccatū. Tertio delectatio illa quando est morosa causat consensum in voluntate & tunc manducat vir & est mortale si illud suggestum & de quo habetur delectatio sit prohibitum sub pœna peccati mortalis. Quarto consensus parit operationem. Quintò operatio consuetudinem. Sextò consuetudo duritiam & obstinationem. Septimò duritia necessitatem quandam. Octauò necessitas desperationē. Nonò desperatio mortem æternam. Stipendia enim peccati mors.

¶ *De contritione. Cap. XI. habet sex articulos.*

¶ *Primus articulus, Quid sit contritio.*

**C**ontritio est dolor de peccatis voluntariè assumptus propter Dei offensam cum proposito confitendi & satisfaciendi. Hanc materiam ad longum tractat magister dist. 17. 4. senten. & doct̃or ibidem. Ex dicta diffinitione contritionis elicio primò quòd nō est vera pœnitētia neq; cōtritio quam plures in extremis videntur habere qui principaliter & magis timore mortis & iehennæ quàm propter Dei offensam peccata sua & vitam peractam videntur detestari & deplangere. Et hoc maximè accidit & regulariter in his qui in flore iuuentutis & tempore sanitatis atq; prosperitatis Dei

d      oblii

obliti sunt & in via mandatorum eius non ambula-  
uerūt, quia illa plaga & animaduersione teste Aug.  
punitur talis peccator vt moriens obliuiscatur sui,  
qui dum viueret in sanitate & prosperitate oblitus  
est Dei. De quo suprâ capite. 6. ¶ Secundo eliciō  
quod habentes sciēter bona iniusta quæ ad statim  
habita oportunitate non restitunt. Acalij occasio-  
nes peccatorum non remouentes licet videātur ha-  
bere aliquorū peccatorum displicentiā, non tamen  
est vera contritio, quia non habent efficacē propo-  
situm satisfaciendi & debito modo confitendi, nec  
etiā illa displicentia ex intimis cordis visceribus  
p̄cedit sicuti procedere habet contritio. Et etiam  
non sufficit displicentiam habere & detestari aliqua  
mortalia delectando in alijs, sicuti quidam summē  
dolēt & tristātur si quandoq; in iuuetute furta vel  
quædā alia minora cōmiserint p̄ctā quæ iam nul-  
lo pacto cōmittere vellent, sed adulteria, sacrilegia,  
& longē grauiora iam perpetrare nō formidāt. Con-  
tritio namq; debet esse generalis de omnibus pec-  
catis mortalibus perpetratis. Non enim licet à Deo  
dimidiatā sperare veniā qui totum hominē semper  
curare solet. Nam cū saluator aliquem à languore  
corporis sanare solet, etiam sanitatem simul anime  
introduxit. ¶ An autē de quolibet mortali oporteat si-  
gillatim conteri & habere specialē contritionē vel  
sufficiat vna generalis pro omnibus non est vsque-  
quaq; certum. Palu. in. 4. di. 17. q. 1. ar. 2. tenet quod  
contritio debet esse de quolibet mortali in speciali  
si specialiter occurrat memoriæ. Quia plus tenetur  
homo ad habendū contritionē de peccato q̄ ad eius  
confessionē. Nulla enim necessitas aut impedimen-  
tum

tum excusat hoïem à cōtritione sine qua nemo peccatorū saluari potest. Si enim mortali cōmissio homo ante contritionē moriatur de illo nulla est spes salutis: secus si nō sit cōfessus propter defectū sacerdotis aut impotentiā loquēdi modo sit cōtritus. Nam velle conteri est conteri: nō autē velle cōfiteri est confiteri. Sed homo tenetur specialiter cōfiteri de quolibet mortali quod p̄missa sufficiēti discussione memorię occurrit, ergo etiā & multo magis tenetur de quolibet conteri. Richar. dicit qđ tenetur peccator de quolibet mortali cogitare vt p̄niteat de eo si adsit oportunitas p̄portionata fragilitati humanę. Tho. in 4. dist. 17. q. 9. dicit quantū ad principiū contritionis. sc. cū quis de peccatis suis cogitās dolet & si non dolore contritionis saltē dolore attritionis oportet quōd sit specialis dolor de peccatis quę quis habet in memoria, sed quantū ad terminū qui est dolor iam gratia informatus sufficit quōd sit vna cōis contritio de omnibus, tunc enim motus ille agit virtute oīm dispositionū præcedentiū, dicit etiā quōd non sufficit generalis contritio de peccatis mortalibus quę sibi specialiter memorię occurrūt ante eorum remissionē, sed postq̄ sunt remissa sufficit generalis contritio de eis quādo memorię occurrūt, sed hoc dictū nō euacuat difficultatē dubij, quia de peccatis remissis non tenemur amplius conteri certum est, satis est quādo memorię occurrūt quōd nō placeat sed ea derestemur. Dicta opinio Palude est valde secura, sed videtur nimis dura, timeo enim si de necessitate salutis sit, de quolibet mortali specialiter cōteri debere, plures nostrū nō esse in statu salutis. Vndē credo opinionē cōtrariam probabiliore, vide



licet quòd nò oporteat necessariò de quolibet mortali particularè & specialè habere contritionem sed sufficiat vna generalis cõtritio de omnibus. Si enim quantum patitur humana fragilitas discutias conscientiam tuam & diligenter examines vt sic omnia mortalia quæ memoriæ occurrunt tempore & loco velis confiteri cum proposito ea vitandi, & sic ante confessionem vel tempore absolutionis cordialiter doleas principaliter propter Dei offensam de omnibus illis peccatis cõmissis, licet nò de quolibet elicias specialè motum doloris aut detestationis verè consequeris omnium peccatorum remissionè, nam vel ille motus detestationis & dolor de omnibus peccatis ante confessionem recolletis & in confessione expressis fuit sufficiens vt dici mereatur de congruo saltem contritio aut saltem virtute sacramentalis absolutionis iuxta communem verisimiliorem opinionem si prius fuerit solùm attritio tunc fit contritio, & vtroq; horum modorù semper consequeris omnium remissionem & constitueris ad statù gratiæ: verisimilè est enim quòd Magdalena nò habuit specialè motù displicentiæ vel detestationis & contritionè singularè de singulis mortalibus quæ ei ad pedes saluatoris prostratę dimittebantur quæ multa & diuersa erant. Nam septem dæmonia dominus ab ea expulit. Hoc ideo secundum Grego. quia vniuersis vitijs plena fuit quæ tamen omnia ei in minimo tpe dimissa erant quia dilexit multum & habuit viscerosum ex intimis cordis dolorem siue contritionem de omnibus licet non de singulis siue de quolibet tunc specialem elicuerit motum displicentiæ, detestationis atq; doloris vt est veresimilè.

Nec

Nec præceptum de contritione nunc magis videtur esse in obligatione quàm tunc licet enim tunc & semper ante Christi passionem præceptum de confitendo sacerdoti non erat in obligatione, quia tunc non erant adhuc sacerdotes confessores instituti, tamen præceptum contritionis semper fuit in obligatione. Nec credo obstare motiuum Paludis de confessione: nam licet verum sit quòd simpliciter sit magis necessarium ad salutem conteri quàm confiteri, quia nulla necessitas excusat à contritione non tamen oportet si quodlibet mortale sit necessario confitendū & particulariter exprimendū quòd ergo de quolibet oporteat specialiter conteri, quia per vnicum motū verè contritionis qui potest esse de multis peccatis est quis sufficiēter conuersus ad Deum & in charitate sicut etiam per vnum motum confensus in mortale aliquod est quis totaliter à Deo auersus. Et quòd de quolibet mortali oporteat specialiter confiteri habemus præceptum ecclesiæ in cap. Omnis vtriusq; sex. sicut verba textus satis exprimūt & vt est oīm doctorū vniformis sentētia & intellectus & habet vniuersalis ecclesię consuetudo. Consulo tamē pro maiori securitate quòd quisq; laboret quantū potest vt de quolibet mortali specialiter doleat postq̄ cōmissum est, vel quādo recolligit p̄ctā sua vt ea cōfiteatur & quādo memorię occurrūt

*¶ Secundus articulus de attritione.*

**A**ttitio est quēdam displicentia & dolor de peccatis etiam propter Dei offensam non tamē sufficiens ad delendum peccata & ad constituendum peccatorem in statum gratiæ, & differt à contritione. Primò ex parte liberi arbitrij quod non cum

sufficiēti conatu dolet de offensa diuina & crimine  
læsę maiestatis sed imperfectē & remissē dolet & ta  
lis dolor imperfectus qui nō venit ex viscerib<sup>9</sup> cor  
dis dicitur attritio. Secundò ex parte Dei, quia do  
lor gratia informatus dicitur semper contritio licet  
non sit multū intensus. vndè impossibile est secun  
dum legē statutā esse contritionē sine gratia, sed do  
lor quē nō concomitatur necessariò & immediatē  
gratia dicitur attritio. Et difficillimū est scire an do  
lor de peccatis sit attritio vel contritio.

*¶ Tertius de difficultate contritionis.*

**A**Rduum est cuilibet & valde difficile præcipuè  
mole prauę consuetudinis & diurnitate atq;  
peccatorum multitudine in imo vitiorū depresso  
agere veram pœnitentiam & habere dolorem suf  
ficientem qui sit contritio. vndè licet minimus gra  
dus contritionis sufficiens sit ad delendū quęcunq;  
mortalia quia nunquam est contritio sine charitate  
non tamen sufficit minimus gradus neq; etiam me  
diocris displicentię sed debet esse cordialis displic  
entia, vehemens detestatio, & dolor ex intimis cor  
dis'proueniens vt sit contritio. vndè potest motus  
talis doloris & displicentię de peccatis esse tam exi  
guus quòd de congruo non mereatur formari cha  
ritate & ita deficit à ratione cōtritionis sine qua nul  
lum peccatū remittitur. Et ideo temerariū valde pe  
riculosum & reprehensibile est vt dicit Adria. 6. in  
quot. 5. peccatoribus omnibus veniā & securitatem  
de peccatorū remissione faciliè polliceri. vndè non  
nulli prædicatores & cōfessores in suis sermonibus,  
consilijs & confessionū auditione nimis laxi sunt &  
faciles vitia graua non satis increpantes, neq; suffi  
cienter

cienter ostendunt peccatoribus difficultatē contritionis & verę pœnitentię. Multi etiam temerariè confidunt in illo verbo. Quacunq; hora ingemuerit peccator & conuersus fuerit vita viuet & non morietur. Audiant & ipsi Au. de pe. di. 7. c. Nullus. Crede inquit ille qui dicit quacunq; ho. & c. etiã dicit & conuersus fuerit, nō versus versus puto illum qui dolet de crimine: conuersum verò qui iam pœnas non timet sed ad bonum dominum. s. Deum festinat tendere: & subditur timendū est de sero pœnitente. & Alber. super illo Iohel. 2. & Ionę. 3. Quis scit si cōuertatur & ignoscat Deus: cōuertatur inq; ab ira ad miam, & ignoscat. i. quis scit si ignoscere velit, quamuis enim vt dictū est certum sit quòd per contritionē semper ignoscitur, tamen incertum est an peccator sit verè contritus. nã vt dicitur Eccl' i. 6. Nescit homo vtrum amore an odio dignus scit, sed omnia in futurum seruantur incerta. & Eccl' i. 7. Nemo potest corrigere quē ille despexit. Despicit De<sup>o</sup> illū q; per totā vitā suā eū contēpsit peccādo. ¶ Multi namq; ppter grauitatē, diūrnitatē atq; peccatorū suorū multitudinē adeò excecātur & aīo sunt indurato atq; à Deo ideo derelinquuntur ne specialiter eis afsiltat vt nunq; verā agāt pœnitentiā. Exempla diuersa habemus & plura indies accidūt similia quę nō sunt scripta in libro hoc, nec in maximis voluminib<sup>o</sup> describi possent. nam Esau nō inuenit locū pœnitētię quāuis cum lachrymis iam exposulasset, ad Heb. 12. & de Anthiocho. 2. Macha. 9. Orabat sceleratus dominū à quo nō erat misericordiā consequutus. Iudas etiã licet pœnitētia duēt<sup>o</sup> preciū iniustū restituit & pētū suū cognouit atq; cōfessus est veniā

tamen non obtinuit: & horum causa est quia dolor eorum non fuit sufficiens ex intimis cordis propter Dei offensam proueniens vt dici potuisset contritio, nec toto corde ad Deum confugiunt. Prædictis consonat verbum Irido. 2. li. de summo bono ca. 13. Sunt qui pœnitentibus securitatem citò pollicetur quibus bene per prophetam dicitur Hiere. 6. Curabant contritionem filiarum populi mei cum ignominia dicentes pax & non erat pax. Cum ignominia curat contritionem qui peccanti & non legitime pœnitenti promittit securitatem: & subditur notabile dictum quamuis per pœnitentiam propitiatio peccatorum fiat sine metu tamen homo esse non debet quia pœnitentis satisfactio, diuino tantum pensatur iudicio non humano, proinde quia miseratio Dei occulta est sine intermissiõe flere necesse est. Medium tamen & modus (in omnibus rebus summè cõmendabilis) seruari debent in sermonibus, confessionibus, ne sacerdotes nimio rigore & seueritate laqueum desperationis populo inijciant qui communiter magis duci quàm cogi vult, neq; etiam habenas nimis laxas promittendo facilitatem pœnitentiẽ hominibus præstent. vndè vt cum propheta habere possimus cor contritum operæprecium est vt cor nostrum inter duas molas quarum vna superior altera inferior si teratur, de quibus molis Deut. 24. Mola superior est spes, inferior est timor: nam teste Greg. Incassum misericordiam sperat si iustitiam non timeat, & incassum metuit qui nõ confidit. Sepè enim in conspectu iudicis sordet quod in æstimatione operantis fulget. In aia nostra minimus timor quandoq; inducit profundam fossam & vallem desperationis.

tionis. Nimia verò spes & fiducia inducit præsumptionis tumorem: per talem montem præsumptionis & tumoris voluit ire Lucifer & cecidit in vallem infernalē: similiter & Pharifæus ille de quo Lur. 18. per vallem diffidentia & desperationis iuit Iudas & reprobatus est. Eleuandus est igitur nimius timor ad spem, & deprimenda est nimia præsumptio ad timorē, sicuti docet nos ppheta, Esa. 40. Omnis vallis exaltabitur & collis humiliabitur. ¶ Duo requiruntur ad veram contritionem quæ includuntur in prædicta contritionis diffinitione & apertius adhuc tanguntur in alia descriptione contritionis quæ ponitur de pe. dist. 3. ista. f. Pœnitentia siue cōtritio est præterita mala deplangere, & plangēda iterum non committere. Primū respicit præsens. f. dolor de commissis: fletus enim sumitur pro dolore interiori. vn de fletus exterior non est simpliciter necessarius, est tamen culpabiliter durus, inquit Aug. deflens mortem amici vel damna temporalia & nesciens deflere peccata quibus. f. summum incommutabile bonum perdidit. de pe. di. 1. quem pœnitet, hoc tamen secundum Tho. intelligitur quando accidit ex insufficientia vel paruitate doloris de peccatis, secus si hoc prouenit ex duritia complexionis vel ex magnitudine doloris (quod rarò est) vel intentione humiliationis, quia. f. in ecclesia existēs in choro vel loco communi nō vult ab alijs videri vt lachrymetur, quod si tamen faceret etiam coram alijs ex deuotione non vt laudetur sed vt populus etiam ad deuotionem excitetur & vt pro peccatis suis satisfaciat commendabile est & meritoriū est factū: vnde feruentes lachrymæ ex recordatione peccatorum

quibus crimē diuinæ læsę maiestatis peccator commisit prouenientes regulariter sunt efficax signum verę contritionis interioris. Ideo dicit propheta Psal. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia nō custodierunt legētūā. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, Psal. 41. & Psal. 10. Cinerē tanq̄ panē manducabā & poculū meū cum fletu miscebā. vndē verisimile est quòd nonnunq̄ lachrymarū quædam guttę in vinum suum ceciderunt dummodo biberet cum animi amaritudine recordās adulteriū cum Bersabea commissum. vndē post hoc frequentissimē die ac nocte deuotus ille rex flumina lachrymarum emittere solebat sicut dicit Psal. 7. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes, id est, singula peccata mea quę sunt noctes, id est, opera tenebrarū lectū meū scilicet conscientię & lachrymis stratum meum rigabo. De his lachrymis & earum virtute aliqua in sequenti articulo tangam. ¶ Secundū in contritione & vera pœnitentia requisitū, respicit futurū. s. propositum abstinēdi in futurū confitēdi & satisfaciēdi de quo suprā. Tertio describitur contritio hoc modo. Cōtritio est cōpunctio & humilitas mētis cum lachrymis veniēs de recordatiōe peccati & timore iudicij.

¶ *Quartus de lachrymis.*

**Q**uoniam in diuersis passibus sacrę scripturę fit mentio de lachrymis & sanctorū autoritates de eis plurimę reperiuntur quę licet principaliter loquantur & congruē exponuntur de lachrymis interioribus mentis veritatē tamē etiam habēt de veris lachrymis ex cōpunctiōe cordis effluentibus. Ideo conabimur quantū possumus vt seruētes

quan-

quandoq; possumus ex intimis cordis profundere  
 lachrymas precipuè in festis maiorib<sup>9</sup> diebus domi-  
 nicis & quando confitendū & communicandū est.  
 Et nihil tam efficax ad procurandū has deuotionis  
 atq; contritionis lachrymas sicuti deuota Christi  
 Iesu natiuitatis & passionis meditatio. Nam vt di-  
 cit Hugo cardi. Aqua illa in piscina p̄batica, de qua  
 Ioel. 5. habuit virtutem sanatiuam virtute ligni cru-  
 cis quod quādoq; in illo loco defossum erat. Rogabi-  
 mus ergo angelū nostrū bonū vt illo ligno mouere  
 velit aquā cordis nostri: & orabim<sup>9</sup> Moysen. i. Chri-  
 stū vt virga crucis p̄cutere velit saxea nostra & in-  
 durata corda auferēdo à nobis cor lapideū & dādo  
 carneū vt effluat aqua deuotiōis & cōtritionis, quo-  
 niā siue illa baculi crucis in percussioe atq; spiritus-  
 sancti motione nullā verā cōtritionis aut deuotiōis  
 aquā habere possumus. Aīa enim nostra est sicuti ter-  
 ra arida quantū est ex se & sine aqua. P̄sal. 142. Sed  
 bis oportet petrā cordis p̄cuti. Prima percussio est  
 passionis Christi deuota & frequens meditatio, ad  
 Hebr. 12. Recogitate eū q̄ talē sustinuit à peccatori-  
 bus cōtra dictionē. Secūda percussio est recorde-  
 passiois virtuosa operatio. 1. Pet. 2. Sequamini vesti-  
 gia eius qui p̄ctū nō fecit, &c. quia peccata nostra  
 ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et hæc  
 aqua lachrymarum contritionis habere debent. 4.  
 conditiones vt mediante ea sordes vitiorū ab anima  
 abstergantur. Ideo enim Deus abstersit omnem la-  
 chrymam ab oculis sanctorum in cœlesti patria vbi  
 nulla poterit esse lachryma doloris aut tribulatio-  
 nis, quia hic in vita aqua ista lachrymarū conscien-  
 tias suas mundas atque claras reddiderunt. Prima  
 enim



enim qualitas siue cōditio huius aquæ est vt sit munda. Ezechie. 36. Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris & dabo vobis spiritum nouum & viuētis. Secundò debet esse calida. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: lachrymæ namq; sunt calidæ. Lixiuium enim frigidum non bene purgat. Est namq; hæc aqua lachrymarum contritionis quoddam lixiuium spirituale quod nos docuit facere peccatrix illa prius dicta nunc feruens Magdalena nuncupata, in quo lixiuio pro aqua posuit lachrymarum abundantiam quibus pedes Christi balneauit pro cinere posuit humilitatem magnam, quia stabat retro seorsus & iacuit sub mensa in domo Pharisei. Hæc autem fuit ardentem amorem inextinguibilem quo Christum sponsum animæ eius intensissimè dilexit. Dimissa enim sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. hoc lixiuium expedit habere cum prædictis tribus qualitatibus vt possimus cum Magdalena omnium delictorum nostrorum veniam consequi quam indubiè impetrabimus si pedes domini lachrymis contritionis atq; deuotionis lauemus, amore cordiali osculemur, capillis pœnitentiæ abstergemus, atque vnguento boni odoris exemplaris sanctæ vitæ inungamus, stando etiam retro quod fit quando hominum societates præcipuè mundanorum vitamus & peccatorum occasiões, sicut Magdalena de qua scribit Origenes quòd postquam illas feruentes emisit lachrymas & conuersa fuit nunquam hominis nisi Christi faciem inspicere voluit, & quia inter homines peccauit seculi honoribus, pompis, commensationibus,

tionibus, nimiaq; virorum familiaritate, ideo se ab omnium hominum consortio elongauit 30. annis in solitudine austeram pœnitentiam ducendo. & vt canit eius historia singulis diebus septies ab angelis eleuata concentus angelorũ audiuit à quibus etiam reficiebatur non vsa cibo corporali. Hæc de Magdalena adduco, quoniam ipsa omnium peccatorũ singularis patrona & aduocata existit qui ad eam deuotiorationibus & seruitio confugiunt, & exemplar est dans nobis omnibus verum modum pœnitendi, eiusq; vitæ austeritas & deuotio merito ad lachrymas deuotionis & pœnitentiæ excitare debet. Ideo dicit Greg. Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentia flere magis libet quàm aliquid dicere, cuius enim vel saxeum pectus ille huiusmodi lachrymæ ad exemplum pœnitendi non solum non considerauit namq; quid fecit & noluit moderari quid faceret. Si ergo mulier tam fragilis tam inexcogitata austeram vitam 30. annis duxit pluresq; aliæ virgines, quid nos viri barbati qui longè plura & grauiora in dies committimus peccata in die mortis & districti iudicij Dei respondebimus qui vix vno anno totius temporis vitæ nostræ veram agere volumus pœnitentiam, semper tæpidi sumus, vix vnâ lachrymam Christo offerimus quæ tamen ei gratior esset quàm omnes seculi huius thesauri. ¶ Admonitos igitur vos velim fratres ne hic flere pigeat vt illum horrendum locum euadere possitis vbi in æternum erit fletus & stridor dentium. Modicas enim lachrymas veræ contritionis, deuotionis & amoris hic temporaliter pro Christo effundendo in illum locum non incidetis vbi plures vnus damnatus emittit lachrymas

mas quàm sint guttę maris, quia infiniti & æterni ad  
finitũ & temporale nulla est proportio. Vtrum aut  
post iudicium cum animę damnatę assumptis cor  
poribus in igne infernali perpetuò ardebunt erit ve  
rus fletus corporalis & resolutio lachrymarũ noue  
rint tunc illi qui experientur à quo fletu nos preser  
uare dignetur qui in ara crucis cum clamore valido  
lachrymat<sup>9</sup> est. Tertia cõditio lachrymarũ & aquę  
contritionis est quòd sint amarę, hęc habuit Petrus  
qui egressus foras fleuit amarę, legitur quòd post  
Christi negationem continuę in vna spelunca man  
serit non comedēs neq; bibēs nisi potũ lachrymarũ  
donec intellexisset dominũ & magistrũ suũ resur  
rexisse. & vt dicit Clemēs Papa 39. annis omni nocte  
surrexit & amarę flebat quando gallũ canentē au  
diebat, ac etiam p̄uries in die quando memor erat  
illius negationis & dulcis Christi alloquutionis atq;  
aspectus. Semper gessit pepulũ quoddã ad tergen  
dum lachrymas, & videbatur prę nimio fletu faciẽ  
habere adustã. Et vt dicit Greg. vultus eius erat se  
mi cauatus propter fletum. ¶ O ardentia corda hoc  
exemplũ pro nobis peccatoribus est, qui non solum  
ter & ex infirmitate, sed millesies & ex malitia ma  
gistrũ nostrum factis si nõ verbis negauimus, sicut  
dicitur ad Tytum. i. Fatentur ore. s. se nosse Deum,  
factis aut negant, vt sunt hi qui licet Christiani no  
mine dicãtur, mandata tamen Christi nõ obseruãt.  
✠ Exeamus ergo cum Petro foras, statũ & locũ vitio  
rum relinquẽtes, & amaritudine lachrymarum dul  
cedinem atq; delectationem peccatorũ detestemur  
pręcipuẽ cum audiuerimus gallũ cantantẽ in ser  
mone verbi Dei, in lectione sacre scripturę & de  
uotarum

uotarū adhortationū. Insuper per multiplices spiri-  
 tus sancti pulsus, instinctus, motiones, atq; boni an-  
 geli inspirationes, plagarū etiā immissiōibus, diuer-  
 forumq; beneficiorū nobis indies exhibitorum lar-  
 gitione, gallus nos indies ad pœnitentiā excitat. Sed  
 quare obdormis ô piger quātūmuis etiā obstinatē,  
 nunquid non saltem aliquando audis aliquo prædi-  
 ctorū modorū gallū canentē, quare ergo more ser-  
 pentum obturas aures. Fortē dices (vt verum esse fa-  
 teor) te pluries gallū audire canentē in sermonibus,  
 in beneficiorū, plagarū, motionumq; exhibitiōibus  
 sed Christus nō te sicut Petrū respicit. Frustra nam-  
 que Petrus audisset gallicantū nisi Christus conuer-  
 sus vt dicit Lu. respexisset Petrū. Sed ad hoc respon-  
 deo defectū in te esse ex parte huius conditiōis ter-  
 tiæ, videlicet amaritudinis lachrymarū, & quia non  
 exis foras, nec facis quātū in te est quemadmodū  
 Petrus, vt merearis à Christo respici. Surge ergo ô  
 peccator qui dormis & nō audis, assume amaritu-  
 dinem hanc lachrymarū & illuminabit atq; aspiciet  
 te Christus. ¶ Quarta conditio & qualitas huius  
 aquę est vt sit viua. Ioan. 7. Si quis sitit veniat ad me  
 & bibat & flumina fluent de ventre siue de intimis  
 cordis eius aquę viuę. Hęc namq; aqua contritio-  
 nis atq; compunctiōnis tātæ est efficacię vt nedum  
 lepram, paralysim, ydropisim & cæteros animi mor-  
 bos expelleret, sed & mortuos suscitaret, hominesq;  
 viuere facit hic vita gratiæ & æternaliter vita glo-  
 riæ. Qui etiam scrupulis varijs atq; mētis angustijs  
 agitantur vt potius mori quā viuere dicantur, si  
 de hac aqua viuæ cōpunctiōnis bibant securitatem  
 atq; mētis quietudinē viuaces quoq; spiritus faciliē  
 obti-

obtinebunt. ¶ Hæc namq; aqua mirabiles vires ha-  
bet vt cœlum multis milibus annorū clausum aper-  
tum sit. Nam vt dictum est, Cum clamore valido &  
lachrymis Christus exauditus est qui & portas in-  
ferni confregit. Multis etiā peccatoribus indies cœ-  
lum clauditur, quod nec virgo Maria neq; angelicę  
potestates atque omnes sancti eius aperire possunt  
nisi adsit aqua contritionis. ¶ Merito ergo cum bea-  
to Hiero. exclamare possum, O lachryma humilis,  
tuum est regnum, tua est potentia, vincis inuincibilis-  
lem, ligas omnipotentem. Oratio namq; Deum le-  
nit, sed lachryma pungit, cogit enim Deum ad misere-  
rendum, quantumuis ardua, horrenda, & multiplica-  
cia sint tua peccata, si vnicam huius aquę contri-  
tionis guttam emittere valeas, vita viues. Et aliās.  
Væ vobis qui hic semper ridetis & hac aqua ca-  
retis, quia tandem æternaliter flebitis trāseundo ab  
aquis niuum ad calorem nimium. ¶ Et illa hor-  
renda Babylonis flumina maxima hominū etiam  
Christifidelium multitudo ingressura est si quis in  
his calidis, claris, amaris, viuacibus fontibus bal-  
neare recusauerit. Plures enim vel in omnibus his  
quatuor conditionibus vel in aliqua earum defi-  
ciunt, quare eorum pœnitentia vera non est. ¶ Pri-  
mò enim aquam mundam non habent qui confiten-  
tur & dolent sed non abstinent. Qui namq; baptiza-  
tur à mortuo & iterum tangit mortuum, quid pro-  
dest lotio eius? Ecclesiast. 34. ¶ Secundo aquam ca-  
lidam minimè tenent, quin potius gelidam, qui in  
fine vitæ mortis & pœnæ timore principaliter & po-  
tius quàm Dei amore pœnitent. vt Esau. de quo su-  
prâ. ¶ Tertiò amaritudine huius aquę carent, qui  
cum

cum deberet de peccatis & Dei offensa tristari more dæmonum super ipsis congaudent, quibus insultat, Psalmista dicēs. Quid gloriaris in malitia o peccator, &c. Tales namq; lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. ¶ Quarto viam & scaturientem semper aquam fontalem peccatores non retinent, qui & si pro peccatis veraciter dolere videantur statim tamen more canum ad vomitum reuertuntur. Hi ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Lucæ 8.

¶ *Triples Lachryma.*

Sicuti tribus vicibus specialiter legimus Christū fleuisse vt statim dicam, ita triplicem habere expedit fletum siue fontem lachrymarum, scilicet de perpetrata iniquitate, de aliena calamitate & de dilata fœlicitate. ¶ Primo flere debemus de nostra perpetrata multiplici iniquitate, & ad hunc fletum mouere nos debent damnationes & multorum periculorum euasio, Christi bonitas & Dei maiestas quam offendimus, Christi & sanctorum exempla. ¶ In sexto articulo sequenti pro simplicibus tangam aliquos deuotos modos atq; media quibus ad aquā & lachrymas has verę contritiōis excitari facillè poterimus si rem hanc tam arduam non minus quàm transitoria ista cordi habeamus. ¶ Secundò flebimus de aliena calamitate & de proximorum miserijs præcipuè spiritualibus videntes tot animas nobilissimas creaturas ad imaginem Dei creatas sanguine quoque Christi redemptas tam turpiter in sterquilinum peccatorum prosterni, occidi, & cum tot milibus ad inferos descendere. Quapropter dicebat ppheta Hieremias suo ca. 9. & id ipsum cum

eo canere debemus. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum vt plorare valeam die ac nocte interfectos filiã populi mei. Si enim quid patitur vnum membrum compatiuntur & cetera membra. 1. Cor. 12. Iam omnes eiusdem corporis mystici Christi & ecclesiã membra sumus & fratres. Quis quãso tam durẽ mentis qui fratres suos dilectos & amicos peculiare suspendio capitis detroncatione perpetuis carceribus varijsq; horribis tormentis affici vidẽs à compassione atq; lachrymarum vberissima effusione abstinere poterit. ¶ Hoc fletu lugebat multo tempore Samuel pro peccato Saul, & Dauid mortem filij sui Absalon præcipue spiritualement, quia in peccato persecutionis patris sui tribus lanceis transfixum eum mortuum cognouit. Sunt ne ergo in te viscera pietatis o christiane qui plangis corpus à quo recessit anima & nõ plangis animam à qua recessit Deus qui solus est anima vita inquit August. & Hieron. 86. distinct. Qui clementiam non habet nec est indutus viscera misericordie & lachrymarum quamuis spiritualis videatur nondum impleuit legem Christi. ¶ Tertio flebimus de dilata felicitate dicendo cum Dauid. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c. dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Quemadmodum enim desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderare debet anima nostra ad Deum fontẽ viuum. Considerare namque debemus vt inquit glo. super dicto Psalm. 41. hanc vitam esse captiuitatem, & ergo suspirare debemus vt ab hac captiuitate, peregrinatione & valle miserie liberati tendamus ad cœlestẽ patriã sicut filij Israhel, de quibus Psalmus ille  
secundum

secundum literam loquitur in Babylonica captiuitate detenti desiderauerunt cum multis lachrymis ad terram promissionis venire ita desiderat anima mea (glosa scilicet) vt ad te veniã per apertã visionẽ & plenam fruitionẽ. Ideo subditur quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei. Fuerunt mihi lachrymæ, &c. pro dilatione visionis dum dicitur mihi quotidie in deuotis meditationibus meis vbi est Deus tuus quia non habetur in vita præsentis: dicamus ergo, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Cuperem dissolui & esse cum Christo. Merito etiam hoc genere lachrymarum quilibet nostrum flere debet considerando nos incertos esse & ignorare an ad illã fœlicitatẽ & Dei gloriam atque lætitiã, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit peruenturi simus. Multi timeo nostrum sunt qui vana quædam nõ vera spe (quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis proueniens) ad illam præsumunt & sperant tandem venire, qui delicias corporis atq; huius seculi gaudia magis quàm æterna curant. Miror nos nõ animaduertere impossibile esse teste Hier. vt præsentibus fruamur bonis simul & æternis transeundo de delitijs ad delicias, vt hic ventrem & ibi mentẽ impleamus & in vtroq; seculo appareamus gloriosi. Huic alludit verbum Aug. in li. soliloquiorum. Vidimus inquit (quod si ne grandi timore dicere non possumus) aliquos qui pœnæ vsque ad cœli sydera nidum suum videbantur collocasse, in inferni postea baratrum detrufos. Vidimus alios pœnæ in scœno peccatorum lapsos & postmodum Dei fauente dextra ad cœli folium eleuatos. Et meretrices, publici quoq; peccatores



nos in gloria præueniunt, nos autem cum scientijs nostris ad inferna demergimur.

*¶ Christus tribus vicibus fleuit.*

**E**Xcepta Christi infantia quando vt cæteri infantes pluries eū fleuisse credim<sup>o</sup>, voluit enim nasci paruulus naturæ humanæ defectus atque miseria (nō autē vitia) assumendo. Specialiter tamē tribus vicibus legimus eum fleuisse. ¶ Primò fleuit super Lazarum mortuum. Ioannis II. vbi fleuit nostram miseriam. Nam vt dicit Hierony. in illo passu. Non fleuit Lazarum mortuum sed rediturum compatiens illi ad præsentis vitæ miseriam reuersuro. Et idē videtur sentire Aug. dicens. Non plorauit Christus eò quòd mortuus erat Lazarus, sed quia cogebatur eum resuscitare (per preces sororum: & vt populum astantem ad fidem instrueret) qui ad hanc vitam lachrymabilem esset rediturus. ¶ Secundo fleuit super ciuitatem Hierosolymam in die Palmarum vbi defleuit nostram cæcitatem & stultitiam: vndē videns ciuitatem tandem fore desolatam ita quòd lapis super lapidem non remaneret amare fleuit, & hoc accidit 42. annos vel circiter post Christi passionem & ascensionem quando Vespasianus Imperator Romanus & Titus filius eius cum cæteris Romanis duobus annis continuè in obsidione ciuitatis erant, vbi tāta erat caristia, fames & miseria vt matres cibos ex ore puerorum suorum rapiebant eorum guttura strangulantes vt citius morerentur, atq; assabant proprios filios vt comederent. Multa centena milia famæ, peste, gladio, diuersisq; calamitatibus perierunt. Tota ciuitas plena erat seditionibus diuersis. Plures se in cloacas præcipitabāt & suffocabant.

focabantur, stercora comedebant & fimum. Multa horrenda ibi accidisse scribit Iosephus qui præsens erat. ¶ Et Christus ter prædixit illam horribilem submersionem futuram. ¶ Primò, quando discipuli videntes pulcherrimam ciuitatem interrogauerunt Christum de ædificatione ciuitatis & templi, quibus respondit. Videtis hæc omnia, Amen dico vobis nõ relinquetur hic lapis supra lapidem qui non destruatur. Mat. 24. ¶ Secundò accidit in die Palmarum de quo Luc. 19. Veniẽt dies in te & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. ¶ Tertio, quando conuersus ad mulieres baiulans crucem dixit. Filie Hierusalẽ nolite flere sup me, sed super vos ipsas flete, &c. quoniã ecce venient dies in quibus dicent, Beatæ steriles & ventres quæ nõ genuerunt, &c. Et licet præuidens tam horribilem ciuitatis desolationem, Iudeorumq; calamitates futuras compatiẽdo fleuerit, principalius tamen fleuit propter excidiũ spirituale, & damnationem illius populi Iudeorum futuram, qui non obstantibus multis reuocationibus & longa expectatione ad pœnitentiam, adeo tamen excæcati in suo errore permanserunt & obstinati, quòd ad Christum redire contempserunt: sicuti & adhuc hodierno die Iudæi in suo errore infidelitatis permanent, legem Christi & euãgelicam doctrinã non acceptantes. vndè dicit glosa. Id quod secundum histo. hic semel fecit Christus, hoc pluries per electos suos facit plangendo reprobos qui nesciunt cur planguntur, sicut nec Hierusalem, sed exultat in rebus pessimis. Qui si damnationẽ suam præuiderent, seipsos etiam plangerent & hoc est quod subditur. Si cognouisses, sup. tuam ruinam

horribilem & futurá damnationem, feres qui nūc  
exultas. Si etiá cognosceres. i. aduertes quomo-  
do in destructiōe templi corporis tui in morte, ini-  
mici tui multi tanquā lupi rapaces & canes rabidi  
circundabunt te obijcientes vallūante os tuū (quod  
modo aperire rennui per verā confesionē (ne pec-  
cata tunc inde exeant, coangustabunt te vndiq; ad-  
ducēdo grauitatē atq; multitudinē peccatorū tuo-  
rum & difficultatē saluationis. Ipsi enim dæmones  
propter vnicū momentaneū motū superbix in pro-  
fundū abyssi detrusi sunt. Hęc & similia oīa contri-  
stātia & ad desperationē plures inducētia adducēt,  
his maximē qui diabolo magis q̄ Deo in vita serui-  
erunt, & tandē ad terrā infernalē prosternēt te. O pec-  
cator hęc cognosce aduertens bonū quod per pec-  
catū amisisti, & malū quod incurristi, & q̄ vicinus  
æternæ dānationi, & multis periculis frequēter ex-  
titisti. Et imitare Christū cum sua humili comitiua  
apostolorum versus ciuitatē Hierosolymam proce-  
dentē & amarē ciuitatē vidēs flentē. ¶ Tertio Chri-  
stus fleuit in cruce ad Hebr. 5. Cum clamore valido  
& lachrymis exauditus est pro sua reuerentia, & ibi  
defleuit nostram culpā & quia totiens eum denuō  
crucifigim⁹. O anima peccatrix cū omni Christi  
actio nostra sit instructio, vide Christū flentē & fle-  
re nō cesses, quia tu sui fletus causā existis, vide eum  
nudum in ara crucis sanguinolentū expansum ama-  
rissimē peccata tua deflentem, & funde compassio-  
nis lachrymas sicuti & omnes creaturę tunc fece-  
runt. Angeli namque qui in eius natiuitate gaude-  
bant & cum iubilo canticum glorię & laudis ce-  
cinerunt, tunc amarē flebant & dolebāt quod egres-  
sus

fus eius de hoc mundo tam dolorosus esse debuit  
 cuius tamē ingressus tam gaudiosus exitit. Esa. 33.  
 Angeli pacis flebunt amarè. Quod tamen sanè in-  
 telligendum est, quia in angelis nullus cadit verus  
 dolor, licet per modū dolētis vel flentis aut compa-  
 tientis se habeant. Hoc etiā conuenienter exponi-  
 tur de verbi Dei concionatoribus, qui sunt angeli. i.  
 nunciij annunciātes hominibus pacē. Insuper Apo-  
 stoli fleuerunt. Nam tristes erant apostoli de nece  
 sui domini vt canit ecclesia quādo vt oues percusso  
 pastore dispersi sunt. ¶ Mulieres deuotè eum cru-  
 cem baiulantem sequentes fleuerunt. Petrus egres-  
 sus foras fleuit amarè. Maria virgo mater Domini  
 quæ plusquā martyr fuit, vberimas continere ne-  
 quiuit lachrymas. Christus etiā in orto Oliueti fle-  
 uit dicēs. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Quo-  
 modo quæso tam vehementi tristitia sine lachrymis  
 affici potuit. Cælum, sol, & stellę fleuerunt lumen  
 suum subtrahentes. Terra tremuit & concussa est.  
 Omnis creatura teste Hiero. Christo moriēte com-  
 patiebatur, solus homo nō compatitur pro quo so-  
 lummodo tamen Christus mortē sustinuit. ¶ Et li-  
 cet iam de multiplici fletu & lachrymis mentionem  
 fecerim principaliter tamē pro peccatis nostris pro-  
 prijs flere debemus, & id ipsum Christus Iesus ex-  
 pansis manib<sup>9</sup>, pedib<sup>9</sup> confossis nobiscū manēs vsq;  
 in consummationē seculi capite ad nos inclinato in-  
 stantissimè petit & lachrymas contritiōis indies ex-  
 pectat, dicēs. O peccatores vt in eternū ridere pos-  
 sitis & fletū dānationis euadere, cōuertimini ad me  
 in toto corde vestro. glo. i. veraciter & integraliter  
 non solum in labijs, sed toto intellectu, voluntate

& operatione. In ieiunio, vt carnem affligendo spiritus ad Deum eleuetur. In fletu contritionis, vt rideatis & planctu vt consolemini. Et scindite corda vestra. i. aperite corda vestra per veram confessionem quæ quasi vtres plena sunt peccatis, & nisi scissa fuerint tandem spontè rumpentur. Et non vestimenta vestra sicut mos erat Iudæis facere tempore tristitiæ vel aduersitatis, sed hoc vt dicit glosa, nihil valet nisi adsit scissio cordis dicto modo. Alio etiã modo vt exponit Lyra. debemus scindere corda, malas. s. cogitationes rescindendo. Et cõuertimini ad dominum Deum verum quem fecerunt peccata tua alienum, Et ne desperetis quocunq; mala commiseritis, quia benignus & misericors est. glo. quia maior est misericordia eius quàm peccata vestra, qui etiam non vult mortem peccatoris, sed pœnitentiam & vitam. Hæc habentur Iohel. 2. Et traduntur nobis hic conditiones necessariae pro vera pœnitentia peragenda, & perfectus modus conuertendi ad dominum per tres partes pœnitentiæ. s. contritionem, confessionem, & satisfactionem. ¶ Lauamini igitur qui sordibus vitiorum estis defedati, quia nihil inquinatum intrabit in gloriam, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere. Esaiæ 1. Hic etiam traditur nobis verus modus pœnitendi & conuertendi ad dominum, præcipuè tres conditiones innuuntur. ¶ Culpæ deformantis abstertio notatur in tribus primis clausulis, de quo figuratiter habemus 4. Reg. 5. vt cum Naaman Syro leproso consilio Helizeï. s. Christi & eius vicarij confessoris nostri, camus in Iordanem. i. in

riuo

riuo pœnitentiæ & aquis lachrymarum de quibus  
 suprâ, & etiâ in Iordane. i. in balneo sanguinis Chris-  
 ti Iesu quod nobis in monte Caluarię ordinauit.  
 Nam virtute illius sanguinis solûmodo sordes pec-  
 catorum abstergi possunt & lauari septies, scilicet  
 in septuplici singulari effusione illius sanguinis, de  
 qua infrâ. Lauate etiam septies. i. in septem horis ca-  
 nonicis. Quilibet namq; peccator est sicut Naaman  
 leprosus in anima. ¶ Lepra est mortale peccatum  
 ex triplici causa, quia peccatum est morbus incu-  
 rabilis contagiosus & separatiuus. ¶ Primò est  
 morbus incurabilis, quia per nullam puram creatu-  
 ram remitti potest. Luc. 5. & 7. Quis potest peccata  
 remittere nisi solus Deus. Et Esaię 43. Ego sum  
 qui deleo iniquitates tuas propter me: confessor aut̃  
 ministerialiter solû absoluit vt suprâ. Et secûdum  
 Aug. Difficilius est recreare aliquem remittendo. f.  
 peccata & donâdo gratiâ q̃ create totum mundum.  
 ¶ Secundò est morbus cõtagniosus: primò quoad ip-  
 sum peccatorē. Nam peccatû quod per pœnitētiam  
 non abluitur mox suo pondere ad aliud trahit: se-  
 cundò quoad proximos quos inficit. ¶ Tertiò est  
 separatiuus, quia solû mortale separat homines  
 baptizatos à Deo, à consortio omnium sanctorum,  
 à suffragijs ecclesiæ, &c. & finaliter reponit homi-  
 nem in leprosarum inferni, vbi habitatio est horribi-  
 lis & fœtor lepræ intollerabilis. Esaię 26. In terra  
 sanctorum iniqua gessit tollatur impius ne videat  
 gloriam Dei. 2. ¶ Oneris aggrauantis depositio.  
 Nam peccatum est valde graue, adeò quòd nec cœ-  
 lum nec paradysus nec terra ipsum potuit sustinere,  
 ideo secundò subditur. Quiescite, quasi dicat pro-

pheta, satis diu laborastis & grauati estis mole peccatorū, tendite semel ad quietē mentis vt æternaliter quiescere possitis. Et saluator compatiēs peccatoribus tāto onere grauatis clamitat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego libenter in humeris meis super lignum crucis hoc graue onus peccati ferā, modo ab eo absolui velitis. 3. ¶ Instructio ad bonū opus notatur ibi, Discite benefacere. Nam cū sordes vitiorū & culpa siue macula peccati in anima existens per verā contritiōē absterfæ sunt, & onus peccati in confelsione depositum, tunc expedit pœnitentiā agere & benefacere, procedendo de virtute in virtutē, & vt ineamus fœdus cum domino Deo Israēl, vt auertat à nobis furorē irę suę, vt dicitur. 2. Paral. 29. Fœdus istud initiatur per pœnitentiā dicente domino, Hier. 18. Si gens ista egerit pœnitentiā à delicto suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitauī vt facerem ei. Reuertatur ergo vnusquisq; à via sua mala & dirigite vias vestras & studia vestra, scilicet in Deum.

*¶ Quintus articulus, de quinque conditionibus  
veræ pœnitentiæ.*

**M**edia efficacia conditiones atq; modi verè pœnitendi in diuersis passibus sacræ scripturę nobis tradita & quæ hominem Deo vniunt, tranquillitatem & deuotionem mentis adducunt, sunt precipuè ista quinque. s. Cognitio, pudor, dolor, confelsio, & solitudo. ¶ Primò peccator intra se reuersus cum filio p̄digo de quo Lu. 15. recognoscet se perpetrā egissē & à Deo patre suo dilectō longè recessisse. Longè enim à peccatoribus salus. Item cognoscet statum gratię à quo cecidit omnia bona perdendo &

do & statum miseræ in quem per culpam deuenit  
 vbi cum porcis filliquas voluptatum carnis comedit,  
 & stercore diuitiarum. Et si hanc conditionem  
 cognitionis acceptemus ad nos ipsos & ad cor reuer-  
 tendo, pater noster Christus Iesus suscipiet iterum  
 nos amabiliter, scilicet amplexando, reuerenter  
 conuocando omnes amicos & vicinos, scilicet om-  
 nes sanctos qui gaudent super peccatore ad cor re-  
 uertente, & vtiliter donando, scilicet iterum pri-  
 mam stolam gratiæ deperditam vestitum charitatis  
 & annulum fidei formatæ, & bona opera per cul-  
 pam mortificata etiam tunc nobis restituêtur, quia  
 per pœnitentiam reuiuiscunt. ¶ Plurimi enim pro-  
 pter defectum huius conditionis continuè in sordi-  
 bus & in limo vitiorum sepulti & excæcati iacent  
 nec eripi curant, quia statum suum periculosum nō  
 recognoscunt & morbum incurabilē ignorât. Co-  
 gnitio enim morbi teste Seneca initiū est sanitatis.

¶ Secundò peccator si recognoscens & perpen-  
 dens scditatem, grauitatem, atque suorum crimi-  
 num multitudinem cum eorundem detestatione  
 erubescit & rubore confunditur cum publicano,  
 qui verebatur & non audebat oculos in cœlum le-  
 uare. Luc. 18. De isto pudore plura tetigi prius de  
 verecundia confessionis. Has duas condiciones ha-  
 buit Dauid rex, dicens. Ecce iniquitatem meā ego  
 cognosco & peccatum meum cōtra me est semper.  
 vndè pētū tanq̄ venenū & mortiferū semper con-  
 tra nos esse debet cum pudore mentis & detesta-  
 tiōe si occurrat de ipso cogitabimus. Qui ergo cum  
 quadam complacentia peccata præterita recordan-  
 tur, hac conditione carent, quare nec verè pœnitēt.

¶ Tertiò



¶ Tertiò sequitur dolor vehemens præmissa no-  
ritia & pudore de peccatis, quãdo pectus tundimus  
dicendo, Deus propitius esto mihi peccatori. Et iste  
dolor principaliter causari debet in nobis ratiõẽ di-  
uinæ offensę, vt in principio huius 11. ca. de contri-  
tione tactum est. ¶ Quartò concomitatur confessio  
saltem in voto, dicendo cum propheta. Dixi confi-  
tebor aduersum me iniustitiam meã. i. peccata mea  
domino, de quo in principio huius libri. Et cū filio  
prodigo dicemus, O pater peccaui in cœlum. i. in  
omnes cœlestes spiritus, & coram te, doleo & con-  
fiteor me esse filium perditionis, nec dignus sum vo-  
cari filius nisi paterna tua bonitas qua pius pater  
erga filios suos affici solet me in gratiam suscipere  
dignetur. ¶ Quintò vt in via mandatorũ stare possi-  
mus & in statu gratiæ perseuerare, maximè con-  
ducit solitudo elongando. s. ab occasionibus pecca-  
torum, vt dicam⁹ cum propheta, Psal. 54. Ecce iam  
in deserto pœnitentię constitutus elõgavi me à mun-  
do & carnalibus concupiscētij & his omnibus quę  
homines communiter à Deo elongare solent, fugies  
cum Helia Iesabel. i. sensualitatem carnisq; inclina-  
tiones, & Achab. i. diabolum & eius suggestiones,  
& mansi perseuerans in hac pœnitentiæ assumptæ  
solitudine. Qui enim perseuerauerit vsq; in finẽ hic  
saluus erit. ¶ Solitudo enim vt inquit Ger. in Ser-  
mone quodã de sancto Bernardo, inter cætera quę  
iuuant ad amorem Dei habendum & in eo perseue-  
randum maximè conducit. Credi enim non potest  
quantum nocent confabulationes inter homines,  
dum etiam nociuæ non putantur. Hinc dictum est  
amicos esse fures temporis. Doctrina salutifera vt  
in

in b  
per  
De  
ga  
ram  
rifi  
fessu  
Dec  
ter c  
tem  
loru  
vsur  
rum  
quo  
prop  
ses v  
dem  
pace  
æter  
habi  
fesso  
deat  
tum  
ieiur  
sine  
cum  
si co  
redi  
men  
adeo  
pro  
tenu

in bono proposito & statu gratiæ atq; pœnitentiæ  
 perseverare possis est vt scilicet certas inducias cum  
 Deo facias firmiter proponendo ac etiam te obli-  
 gando coram Deo per votum, vel sacerdote per iu-  
 ramentum vel dationem certæ elemosynæ (si est ve-  
 rissimile quòd obseruabis) dicendo. Ecce iam con-  
 fessus sum & bonas doctrinas atq; inspirationes à  
 Deo & eius ministris accepi, propono igitur firmi-  
 ter quatenus intra vnum mensem aut aliud certum  
 tempus confortia illarum personarum, ludos taxil-  
 lorum, potationes ad haustus æquales, contractus  
 vsurarios vitabo, aliasq; occasiones, præcipuè illo-  
 rum vitiorum ad quæ magis me inclinatum sentio,  
 quo tempore elapso iterū nouas treugas & firmum  
 propositum concipies id ipsum ad alios duos men-  
 ses vel dimidiatum annum velle perficere, & sic tan-  
 dem treugis illis præmissis ad veram duraturam  
 pacem atque Dei amicitiam deuenies & tandem ad  
 æternam pacē. Ex multis namq; actibus generatur  
 habitus. ¶ Consultit præterea Gerson quòd con-  
 fessor imponat cōfidenti, vel consultius puto vt sua-  
 deat ei quotiens de cætero contigerit eum tale cer-  
 tum delictum committere totiens in pane & aqua  
 ieiunabit, aut in lacticijs, vel certo die ambulabit  
 sine lintheis. Aut pauperibus vel ecclesiæ certam pe-  
 cuniæ summam dabit, vel quòd post certū tempus  
 si contingat eum amplius tale peccatum cōmittere,  
 rediturus est ad eum in confelsionē. Item si vehe-  
 menter ad aliquod carnis vitium vel aliud tenteris,  
 adeò quòd omnino velis id opere tādē perficere,  
 promittas aut saltem firmiter animo concipias, qua-  
 tenus ante imaginē crucifixi expansis manib⁹ quin-  
 quies

quies orationē dominicā, aut alias deuotas orationes, præcipuè passionem Christi concernentes leges, vel corā imagine virginis gloriosæ aut alierius sancti cui singulariter flexis genibus salutationem angelicam Aue Maria, in certo numero persolues anteq̄ opus illud nephariū perpetrabis. Sic enim forsità miserebitur tui Deus, & precibus sanctorū quibus fideliter seruitium impendisti ab illa tentatione & fluctibus maris eripietis. ¶ Credo tamen non esse consultū vt peccator se voto vel iuramento astringat ad aliquod prædictorum aut aliud austeritatis opus faciendum, maximè si id aliquoties iuramento vel voto promissum non obseruauerit. ¶ Et quāuis non ita sincera atq; laudabilis sit huiusmodi resistentia & cessatio à peccato sicuti est in virtuoso & verè pœnitente qui præcisè propter Deū peccata deserit. Nihilominus resistentia talis & vitatio peccati utilis est & inductiua virtutis & pœnitentiæ. Sicuti est de timore seruili qui tandem perducit hominem ad timorem filialem, sicut ceta introducit filium. In dicto tamen casu si peccatum non faciat non est timor merè seruilis sed est quodāmodo in sua radice filialis. Præterea resultat meritum ex victoria & approbatione sequenti dum talis peccator incontines gaudebit transacta tētatione ad opus nō deuenisse.

¶ *Sextus articulus de incitamentis ad contritionem & deuotionem.*

**Q**uoniam teste Ambro. de pe. dist. i. lachrymæ .i. contritionis lauant delictū quod pudor est voce confiteri, sine quibus lachrymis peccator saluari non potest, ideo in sermonibus & confessionibus frequenter populus excitandus est, & quisque  
totis

totis viribus ad hoc conabitur vt in aqua contritio-  
 nis animam leprosam mundare possimus præcipuè  
 tempore confessionis & communionis & ante mor-  
 tem, vt illa aqua ignè eternū possumus extinguere  
 qui aliàs inextinguibilis est, & ad hoc spiritus sancti  
 instinctu adduco duodecim media. ¶ Primò, mète  
 reuolues quis ille sit què offendisti, quia Deus crea-  
 tor summū bonū pater redēptor frater tuus est lar-  
 gitor oīm bonorū, &c. ¶ Sūcdo agnosce quibus me-  
 dijs peccatis. s. quotiens quàm grauitè cum offen-  
 deris, & dices. O Christe Iesu rex meus & Deus  
 meus iustissime iudex & omniū remunerator, cor-  
 dialiter ex visceribus cordis mei doleo & me nō ma-  
 gis intēsè dolere doleo attendēs grauitatē, fœditatē  
 atq; peccatorū meorū multitudinē, quorū numerū  
 scire nequeo, quib⁹ crimē lēse maiestatis frequēter  
 cōmisi, & diuinā maiestātē patrē Deū & creatorem  
 meū tam grauitè offendi, cum Petro nō modo ter  
 sed millesies negaui, cum Iuda tradidi, cum Iudæis  
 & gentilibus denuò crucifixi, vulneratua profunda  
 renouaui, sanguinē tuū preciosissimū pedibus con-  
 culcaui sicut dicitur ad Hebr. 6. & 10. ¶ Item in eo-  
 dem cordis mei hospitio quo dominū lucis eterne  
 recepi principē tenebrarū diutius retinui. ¶ Tertiò  
 attendo & tēdet animam meam vitę meę qua indi-  
 gnus sum quòd florem meę iuuentutis & tempus  
 preciosum irrecuperabile tam ociosè & multis an-  
 nis inutiliter deduxi quo plurima bona facere potui  
 quę minimè feci. ¶ Quartò quòd vestem candidā in  
 baptismo susceptā, atq; vestem nuptialē charitatis  
 mundā nō pręseruaui, sed fecib⁹ sordibusq; vitiorū  
 maculatā reddidi, laceraui & multotiēs deperdidi,  
 quam

quam tamē præsentare oportet ante tribunal Christi in die iudicij. ¶ Quintò quia mihi vsurpauit nomen christiani, Christi tamen fidem & mandata non seruauit, sed Christo maiorem ignominiam opere frequenter exhibuit quam multi Saraceni Iudæi & non christiani. ¶ Sextò flere magis quam loqui debet attendens Christi incarnationem, peregrinationem, opprobria, flagella, coronationem, acerbam diuturnam scandalosam quoque crucis mortem, quæ omnia sponte pro me sustinuit. Sacramentorum etiam institutionem & infinitorum aliorum beneficiorum largifluam collationem, pro quibus omnibus tamen gratiarum actiones Deo nunquam sufficienter impendi, nec eum laudauit, glorificaui, atque benedixi. Scio speciali Dei clementia, bonitate atque misericordia me adhuc in vita sustentari, & quod in peccatis meis horrendis diu consumptus non fuerim quem admodum in igne infernali quam plurimum sepulti iacet in fletu & stridore dentium continuo, qui tamen non tot mortalia ut ego commiserunt. ¶ Septimò attendo animæ meæ rationalis creaturæ nobilitatem quæ inter cetera ex tribus singulariter perpendi potest. Sublimitate scilicet creationis, quia ad imaginem Dei creata, sollicitudine inquisitionis quæ 33. annis durauit, & præciositate redemptionis, quoniam non corruptibili auro vel argento, sed præcioso sanguine agni immaculati redempta est à morte æterna & à vinculis diaboli liberata. His tamen attentis & non obstantibus pro momentanea carnis delectatione, vana mundi gloriosa, atque temporali commodo hunc nobilem thesaurum diabolo multotiens vendidi. Nam teste Anselmo. Quotiens mortaliter pecc-



camus

camus  
toribu  
stitui S  
misi qu  
annu  
monij  
lecto c  
regis in  
chyros  
Opie l  
mea co  
tias, ne  
dientia  
rum D  
reueres  
cramet  
nibus p  
ominu  
commi  
fui, diu  
& sine  
literis r  
audire  
sapient  
tamen  
mæ &  
eturam  
adeo d  
animæ  
chrym  
¶ De  
meis fo

camus animā diabolo vendimus. Insuper cum amatoribus multis fornicata est anima mea quam prostitui & multiplex cum diabolo adulterium commisi quæ tamen est cœlestis regis sponsa electa cui annulum fidei in baptismo tradidisti & arrā matrimonij in circuncisione, cum qua matrimonium in lecto crucis consummasti in qua monetam summi regis impressisti quam deleui, sigillum, literas atq; chyrographum eius rasi atq; falsificauī. ¶ Octauo, Opie Iesu suspirijs atq; doloribus repleta est anima mea considerans delicta iuuentutis meæ, ignorantias, negligentias, perfidiam, ingratitude, inobedientiam, & multiplicem sine numero mandatorum Dei transgressionem. ¶ Nonò, quia tantā irreuerentiam, paruipensionem & dedecus Deo & sacramētis eius exhibui, quæ spurco corde, orē & manibus pollutis tractaui atq; suscepi, & eisdem nihilominus mēbris horrenda & plurima fœda peccata commisi. Tam tepidus sine aqua deuotionis semper fui, diuinū officium indebitè, corruptè, negligēter, & sine attentione compleui & pluries omisi. Sacris literis non insudaui, sermones, salubresq; doctrinas audire contempsi tēporalibus ad eò implicatus atq; sapientia humana multum prudens extiti. Simplex tamen ydeota & obliuiosus in his quæ salutem animæ & bona æterna concernunt, temporalium iacturam atq; amicorum mortem pluries defleui, sed ad eò duræ ceruicis & frigide mentis fui vt mortem animæ atq; summi boni perditionem dolorosis lachrymis non sufficienter tantū detestatus sum.

¶ Decimò. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontes lachrymarum qui semper fluunt vt in  
 f amari-

amaritudine animę meę deflere possem interfectos  
per me spiritualiter in anima & fama propter innu-  
mera peccata aliena, quibus scilicet alios exem-  
plo perniciosę vitę pluribusq; modis vt supra, ad  
peccata & damnationem induxi, quos iam in viam  
& statũ salutis reducere nequeo, dereliqui etiã for-  
tem aquę viuę & fodi mihi cisternas dissipatas que  
continere non valent aquas. O quãm malum sca-  
marum scio nunc esse vt Hieremias exclamat de-  
minum Deum meũ tot iteratis vicibus dereliquisse  
& non fuisse timorem eius apud me. ¶ Undeci-  
mò. O ardens amator sponfus sanguinum, anima  
meę spes vnica, totum solatium meum & spes vitę  
meę atque salutis, vellem vt sanguineas posses  
emittere lachrymas propter Dei offensam vt in-  
tentiorem animi dolorem maioremque dispa-  
centiam atque detestationem de peccatis præteritis  
haberem quãm vnquam in eis delectationem ha-  
bui & complacentiam. ¶ Duodecimò. O pater  
mãtissime, hos dolores & peccatorum detestatio-  
nes concepi & habeo principaliter ex amore &  
liiali timore quamuis certus essem nullum vnquam  
infernũ vel purgatorium futurum, aut aliam po-  
nam. Scio etiam & si mille annis in pane & aqua  
ieiunarem, & quamcunque aliam assumerem as-  
tiffimam pœnitentiam quantum ex me est tu-  
possem pro vno horum peccatorum per me multo  
& iteratis vicibus commissorum etiã minimò co-  
dignam peragere pœnitentiam & satisfacere, omnia  
enim iustitię nostrę tanquam pannus menstruat  
attamen non despero sed solatium refugium habeo  
& tota spes mea in tuis apertis vulneribus in mentem  
an-

ama  
dia  
sola  
tu  
pot  
ple  
que  
ste  
fati  
mil  
ctio  
No  
vius  
gen  
tiã  
cun  
quit  
inte  
fletu  
rum  
uera  
de c  
cata  
vita

I  
sum

amarissime passionis atque immensa tua misericordia consistit. Suscipere ergo digneris o mæstorū consolator, dulcis hospes & medicæ animæ, hos gemitus detestationem atq; cordis mei dolorem, vt vera possit esse contritio, & quod ex parte mea deest, supplere digneris virtute tui præciosissimi sanguinis, quem sufficientem non per guttas sed per vnda ste Bernardo effudisti, cuius vna gutta suffecisset & satis efficax est pro redemptione totius mundi, & mille ac infinitorum aliorum si essent & ad deletionem omnium peccatorum. Dixisti namque, Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur & viuat. Concede vt nunc à morte animæ resurgendo ad te toto corde conuertendo vitam gratiæ suscipere merear. Insuper pollicitus, In quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordaberis. Suscipe ergo & intende hunc gemitum cordis, exaudi clamorem & sletum, ignosce fragilitati, absterge sordes vitiorum, robur præsta, affectiones inflamma, perseverantiam tribue, firmiter pro viribus propono de cætero in via mandatorum Dei ambula, peccata hæc præterita ac cætera eorumq; occasiones vitare, vt tecum sine fine valeam regnare. Amen.

*De amore Dei Cap. XII. habet 21. articulos.*

*Primus articulus de difficultate & charitate huius præcepti amoris scilicet siue dilectionis Dei super omnia & maximo eius merito.*

**H**oc præceptum de dilectione Dei super omnia qd̄ habetur Deu. 6. Mat. 22. Mar. 12. est opus maximè arduū & hoībus post lapsum summè difficile, ppter naturā corruptā q̄re est opus



inter omnia maximè meritoriū & satisfactorium. Includit enim illa dilectio propriæ voluntatis abrenunciatione saltem secundum animi præparationem, quod haud dubiè est ex genere operis multò difficilius, quàm corporis subire tormenta, & per consequens maximi meriti. Nam difficultas proueniens ex parte operis propter eius arduitatem & difficultatem semper arguit maius meritum vt supra dixi de voto. Secus est de difficultate quæ prouenit ex dispositione operantis solùm. Ideo valde consultum est & homines frequenter in sermonibus & confessionibus inducendi sunt vt quisq; sollicitus sit & pro viribus conetur vt frequenter hunc dignissimum actū patriæ dilectionis & etiam adorationis Dei elicere possit. Et quia difficile est hoc præceptum quod rarò modo debito ab hominibus adimpletur. Ideo vt dicit Adria. vi. in 3. quotli. q. 1. sine argumentis. Maior pars hominum etiam Christi fidelium est extra statum gratiæ, & ergo in statu damnationis ob non obseruantiam huius primi & maximi mandati, Diliges dominū Deū tuū, &c. Nam principum & hominum statuta plus amant & timent communiter homines quàm diuinas leges. Amor namq; diuinæ legis ex tribus pendet, scilicet ex eius attentione, obseruatiã, & defensione. Qui ergo remissius attendit, rarius obseruat, aut minus curat defendere diuinas leges conuincitur Deum non ex toto corde diligere. hæc ille. Videmus enim homines magis leges humanas & principum statuta obseruare & illorum transgressores strictius & pluries puniri, sed pro diuinis mandatis & ecclesiasticis præceptis intertenēdis, & in his quæ Dei honorē

sacra

sacr  
lige  
xim  
en  
alia  
in  
gan  
ritu  
mo

P  
t  
etu  
tota  
cet  
gis  
mi  
alte  
qui  
in m  
mor  
sim  
& b  
tute  
tun  
atq  
vta  
hor  
Ch  
om  
def  
hab

sacramentorum reuerentiam concernunt pauci diligentes sunt. Nec corrigere curant hi quorum maximè interest diuinæ legis transgressores, adulteria enim publica, blasphemias, exactiones, rapinas & alia plura horrenda vitia atq; scandala quæ passim in ecclesia Dei & repub. committuntur non expurgant. Et ideo hoc per prophetam Hier. 35. Conqueritur de nobis saluator quomodo præualuerūt sermones Ionadab sermonibus & mandatis suis.

*¶ Secundus articulus de forma huius præcepti.*

**P**rimus, Ex toto corde debemus Deū diligere. i. toto intellectu sine aliquo errore, vt. s. in intellectu sit integritas fidei & rectitudo scientiæ. 2. *¶* Ex tota aīa id est voluntate sine contradictione, vt scilicet sit perfectā obedientia Dei mandatorum vt magis velimus voluntatem Dei præceptiuam in omni plus adimpleri quàm nostram vel cuiuscunq; alterius dicendo cum glorioso Paulo. O domine quid me vis facere, Audiam semper quid loquatur in me dominus. 3. *¶* Ex omni mente. i. perfectā memoria & perseuerantia sine obliuione vt nunquam simus immemores Dei atq; multiplicium donorum & beneficiorum eius. 4. *¶* Ex totis viribus tota vir tute vel fortitudine (quæ idem sunt secundum beatum Tho.) sic quòd omnes sensus, vires, potentias, atq; eorum actus ordinemus in Deum vt scilicet eis vtamur non ad delectationem nostram sed ad Dei honorem principaliter. Ideo dicit August. de doct. Christi. Diliges Deum ex toto corde, &c. vt scilicet omnes cogitiōes tuas, omnem vitam tuam, tuum desiderium & intellectum in illum conferas à quo habes ea quæ confers.

*¶ Tertius de possessione cordis.*

**D**eus inter omnia hominis membra cæteraquæ cuncta animantia singulariter cupit possidere cor hominis, ideo dicit Prouerb. 23. Præbe mihi fili mi cor tuum. & Iohe. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. vndè totū hominis cor tunc Deus possidet & tunc Deum ex toto corde diligimus atque ad eum conuertimur quando omnes potentias præcipuè. 4. cordis affectiones in Deum dirigimus quæ sunt dolor, gaudium, spes & timor, vt scilicet de nullo doleamus nisi de offensa Dei de nullo gaudeam⁹ nisi referendo ipsum ad Deū, nihil timeam⁹ nisi Dei iustitiā, in nullo sperem⁹ nisi in Dei misericordia atq; gloria. *¶ Quartus de totalitate cordis.*

**E**x toto corde, inquit Bonauen. debemus Deum diligere vt. s. totalitas illa excludat omnē effectum contrarium qui. s. est effectus mortalis culpa sed non excludit omnē effectum extraneum, hoc enim nō est possibile, p̄ isto statu vt quis sic Deo afficiatur & eum diligat quòd nullum habeat effectum terrenorum & sensualitatis. & Chrisosto. Ex toto corde Deum diligam⁹ vt omnes nostri sensus Deo vacent. Intellectus, sapientia, cogitatio & memoria. Qui enim aliquod horum occupat circa tēporalia. s. per affectum contrariū iam non toto corde diligit.

*¶ Quintus de fundamento cordis nostri.*

**E**x toto corde debemus Deū diligere super omnia, sicut pulchrè deducit sacræ theologiæ professor eximius Adrianus sextus in septimo quotlibeto vt. s. Deus sit totum fundamentum cordis nostri vt dicamus cum apostolo. Viuo ego iam nō ego viuuit vero in me Christus, & sic adhæremus ei quòd

vnus spiritus efficiamur cum eo. nam hoc est per amorē in Deū transformari vt vult Dionysius. 4. de diuinis nominibus. Hoc namq; est absorptū esse in Deū vt nullū pondus ipsum aliorum trahat. vnde Christus debet esse fundamentū cordis nostri atq; affectionū oīm vt. s. sic ferat onus totius edificij spiritualis volūtatis vt omnino hāreamus in eius præceptis gratia & amore sic quòd quocunq; Christus ierit sanctis suis præceptis eum sequamur & quòd nusquam trahamur affectione terrenorum vel alicuius creaturæ scienter vel ignoranter quo inimicitia eius pmereamur & indignationē per mortale. s. peccatū. Vnde si diligamus aliquā creaturā equè vel magis q̄ Deū iam non diligimus Deum ex toto corde nec ipse tunc est fundamentū cordis nostri. Creature namq; solū amari debēt à nobis vt dulce venenū quod eger sumit inquantū sperat sanitati cōducere posse sed respuit & abhominatur inquantum est contrariū sanitati. Si creaturæ solū assumi debent & diligi vt dulce venenum ad sanitatem animæ quæ cōsistit in placere Deo, vt. s. quantū conducunt appetantur sed & magno aīo contēnantur quantum obsunt & animæ egritudinem inducunt.

*Sextus articulus de fine operationum nostrarum.*

**T**ENEMUR quandoq; sub poēna peccati mortalis Deum diligere super omnia scilicet, tanquā finē vltimum & qui sit ratio & mensura diligēdi cætera, vt scilicet parati simus animi perdere omnia temporalia & nos ipsos morti exponere pro Christo quando sciremus hoc esse necessariū, ita videlicet quòd in casu vbi oporteret alterum fieri, videlicet Christū negare, vel oīa t̄palia præcipuè q̄bus inordinate

quis afficitur dimittere & seipsum morti exponere magis essem<sup>o</sup> parati ad scdm q̄ ad primū ad satisfaciendū diuino placito & sanctæ ei<sup>o</sup> volūtatī. Nō expedit tamē de his aut similib<sup>o</sup> in particulari multum se tēptare nisi q̄s se valde ardentē in Dei amore & firmū in fide experiatur, quoniā difficillimū est p̄prias vires & affectiōes metiri. vndē beat<sup>o</sup> Tho. 17. di. 4. in materia de cōtritione dicit quōd quāuis cōtriti dispositio talis esse debeat quōd magis ei displiceat offensa Dei q̄ quæcunq; pœna quæ ei infligi posset, magis etiā eligere deberemus mille annis potius velle in igne infernali aut purgatorij qui idē est ardere q̄ vnico momento delectationes carnis aut mundi gustando Deum mortaliter offendere, nō tamē est quisquā facilē desuper tentandus quoniā non facilē noscimus nec metimur affectus nostros & vires, nam videtur sepē magis displicere q̄ min<sup>o</sup> displicet p̄pter annexū sensibile nocentū.

*¶ Septimus de causa & modo diligendi Deum.*

**C**Ausa diligendi Deum secundum mellisluū atq; deuotissimum doctorem sanctum Bernardum est Deus, modus est sine modo diligere. Non enim possum nimis intensē Deum diligere tamē quo ad actus dilectionis exteriores debet seruari modus. Quando namq; notabiliter lederem naturā, vitam abbreviarem, aut in aliquod notabile corporis detrimentum aut sanitatis verisimiliter inciderem iunando, vigilando, studendo, orando, aut aliqua alia austeritatis & pœnitentiæ opera diu exercēdo, ex quadam deuotione & Dei amore debeo illa dimittere aut saltem ad tempus suspendere vt tantō diutius Deo fideliter iuxta viriū & fragilitatis meæ

exigentiam seruiēdo atq; fructū animarū faciendo plus mœreri valeam pluresq; lucrari animas. Aliās enim non esset obsequium rationale nec Deo gratum sed de alieno holocaustum. Item modus diligendi Deum est eum amare super omnia, videlicet plus q̄ nostra nostros & nos. Primò plus quàm nostra, Luc. 14. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet saltem animo non potest meus esse discipulus. Secundò plus quàm nostros. Si quis enim venit ad me, inquit Saluator, & non odit patrē suū & matrem suā, vxores, filios, fratres, sorores, non potest esse meus discipulus. Tertiò plus quàm nos, Ideo ibidem subditur. Adhuc autem & animā suam. Isto triplici modo & amore Christus nos dilexit. Primò plus quàm sua. s. regnum suū quod propter nos reliquit & ad nostram miseriam venit. Secundò plus quàm suos. s. angelos quos etiam dimisit & nobiscum parentelam contraxit. Tertiò plus q̄ seipsum, quia pro nobis in mortem se tradidit. de his dicitur Hier. 12. Reliqui domum meam. s. regnū cœleste, dimisi hæreditatem meā. s. angelos, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum meorum.

*¶ Octauus de tempore obligationis huius præcepti.*

**P**Ræceptum hoc de dilectione Dei & proximi (quæ est finis omnium præceptorū & virtualiter ea omnia includens. I. Thim. I.) quia affirmatiuum est, licet semper currat & obliget homines etiā cuiuscunq; status ratione vtentes non tamen pro semper, sicut nec præceptum de contritione habenda, honoratione parentum & sic de alijs affirmatiuis. Quidam solennes doctores tenent hoc præceptum currere in obligatiōe quolibet die Dominico (quod

f 5 tamen

tamen puto non esse verum licet sit consultū & valde securum) Scotus enim dicit ipsum esse determinatum hoc præcepto Sabbata sanctifices vt tunc. s. die dominico quisq; recolligat se vt mentē in Deum eleuet, eum recognoscendo & amando tanquam Deum creatorem suum datorem & omnium remuneratorē, & retrahendo tunc ab omnibus negotiationibus & curis tēporalibus, quibus per totā septimanā cōmuniter homines se occupant & ab omnibus his quę deuotionē & mentis ad Deū eleuationē impediunt & plerumq; à Deo elongant: nam Deus die septimo requieuit. Ita die dominico & quolibet die festo (ex quo tunc sub pœna peccati mortalis tenemur missam audire cessante legitimo impedimēto vt dicitur de conse. dist. 2. Missa. Et habet approbata consuetudo & præceptū ecclesiæ, debemus ab omni sollicitudine superflua & temporalium occupatione nos subtrahere & Deo vacare. Et quia incertum est nobis quando currit huius præcepti obligatio expediens & meritorium valde est atque omnino suadeo vt singulis diebus dominicis vel saltem in solennibus, præcipuē quando communicare vel confiteri intendimus & in eleuatione & aspectu corporis & sanguinis Christi Iesu totis viribus conemur vt tunc saltem elicere possimus hunc delectabilem nobilem eminentem actum dilectionis Dei super omnia dicendo hanc orationem.

*¶ Doctrina & oratio deuota tempore eleuationis dicenda, & dominicis diebus.*

**O** Christe Iesu pater creator Deus & dominus meus, tu sponsus sanguinum mihi es, spes & solatium

latium vitæ, te adoro & integerrimè diligo ex visceribus cordis mei super me meos & mea. Parati sum animi potius amicos, honores, delicias, diuitias & omnia terrena quàm te Deum meum relinquere, tu es fundamentum & pondus cordis mei, quocunq; ieris tuis diuinis mandatiste sequi intendo & semper audire quid loquatur in me dominus. Tu deinceps eris finis omnium operationum mearum & regula totius vitæ. Utinam tibi cruci pœnitentiæ perfectè confixus essem dicendo, uiuo iam non ego uiuit uero in me Christus. Fateor me dignum non esse oculos meos ad te leuare, nec te Deum meum ore contaminato nominare, deflecte igitur oculos tuæ misericordiæ ad me miserrimum peccatorem quibus Petrum aspexisti in atrio, Magdalenam in conuiuio, & latronem in patibulo: & concede ut cum Petro statum uitorum, omnem prauam uitando societatem exire valeam, cum Magdalena lachrymis contritionis valeam pedestros rigare, capillis ueræ pœnitentiæ abstergere, & unguento boni nominis atque exempli iniungere atque cum latrone in hora mortis audire merear. Hodie sine purgatorio mecum eris in paradiso.

*¶ Nonus, de medijs inducentibus nos ad Dei amorem  
& animi deuotionem.*

Inter diuersa & plurima alia duo sunt præcipua quibus excitabimur & quæ non immerito (nisi forte obdurati corde extiterimus) nos inducere debent ad dilectionem Dei. scilicet amor Dei immensus feruens erga nos & infinitorum beneficiorum exhibitio ut deuotè deducit doctor ille seraphicus beatus Bonauent. de stimulo amoris. Quid, inquit, est hodie



die quod magis incitet ad alicuius amorē quàm ab illo amari. hoc namq; faciūt homines quantūcunq; crudeles, Iudæi etiam & sarraceni qui diligentes se naturaliter diligunt. Nōne quēso intensē diligeres eum qui mille libras flandriæ tibi daret & semper circa salutem tuam spiritualement atq; corporalem intentus esset, omni quoq; medio sibi possibili charitatis beneficia nocte dieq; tibi curaret impendere. Dic rogo si te ipsum diligis quomodo ipsum quite fecit & cōseruat nō diligis, tu te destruxisti & indies per mortale occidis nihilomin⁹ te amas. Eum ergo multo magis dilige qui te construxit viuificat & cōseruat. Si pigeat amare inquit Aug. non pigeat reamare. s. Deum pro tantis beneficijs. O cor lapideum cur mortem plus quàm vitam diligis, cur te querentem non recipis medicum & consolatorem non admittis. Reuertere igitur sanamitis ô dulcis anima ab amore creaturarū ad creatoris amorē qui te nunquam deseret. Charitas namq; non excidit.

*¶ Decimus, immensitas amoris Dei erga nos, ex quinque commendatur.*

**S**ic Deus dilexit mundum vt filium suum vngnitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Hugo cardina. doctor ille solennis summa laude venerandus utilis & acceptandus præcipuè à verbi Dei concionatoribus circa Epistoliarum & Euangeliorum verum intellectum & multiplicem expositionem notat in dicto verbo quinq; deuota singularia pūcta, nos excitātia ad diuinum amorem ex quibus arguimus & commendamus immensum Dei amorem erga nos. Primo ex dante commendatur Dei dilectio, quia dans est

est ipse Deus rex cœlestis. quòd enim homo homi-  
 ni det multæ possunt esse causæ vel quia indiget au-  
 xilio vel quia optat eius beniuolentiã, &c. sed Deus  
 nostro auxilio aut beniuolentiã nõ indiget. Psal. 15.  
 Deus meus es tu, quoniã bonorum meorũ nõ eges.  
 Job. 22. Quid prodest Deo si iustus fueris aut quod  
 ei confert si immaculata fuerit vita tua patet ergo  
 datorem magnum esse & merè liberaliter dedisse.  
 Secundò commendatur in hoc quod dicitur daret  
 non redderet nõ venderet non mutuaret, quia nul-  
 lus meruit quòd filius Dei incarnaretur. 2. Cori. 8.  
 Scimus gratiã domini Dei nostri Iesu Christi quo-  
 niam propter nos cùm esset diues egenus factus est,  
 non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed se-  
 cundum suam misericordiã saluos nos fecit. Esa. 9.  
 Paruulus natus est nobis filius datus est nobis, quo  
 modo quæso datus est nobis ô Bernar. doctor mel-  
 listue. Totus siquidem datus mihi, & totus in vsus  
 meos est expensus. vndè adhuc in cœlo existit agēs  
 negotium nostrum representans se patri pro nobis  
 in ea natura in qua datus est nobis. Nam nostrã na-  
 turam assumpsit nõ angelicam quã nunq̃ deponet,  
 Matt. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus  
 vsq; ad consummationem seculi, quasi dicat datus  
 est nobis ad possidendũ vsq; in sempiternũ. Tertiò  
 ex eo cui dedit, quia mundo. i. peccatoribus & ini-  
 micis hoĩbus vilissimis, vndè miratur propheta di-  
 cēs, Quid est homo quod memor es eius. Hiere. 12.  
 Dedi dilectam animam meam in manus inimico-  
 rum meorum. Rom. 5. Cùm inimici essemus recon-  
 filiiati sumus Deo per mortem filij eius. Berna. Lex  
 humana est dilige me & ego diligã te. Lex aut̃ Dei  
 est

est dilige me quia dilexisti te, quare dicam<sup>r</sup> cum rege  
Dauid. Diligam te domine fortitudo mea. Quarto  
commendatur eius charitas in dato. Non enim ser-  
uum aut angelum dedit sed filiū eius vnigenitum.  
Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit & hunc fe-  
cit seruum nostræ necessitatis. Quinto ex fine & ex  
eo ad quod datus est commendatur summa dile-  
ctio nobis vtilissima quando dicit, vt omnis, &c. In  
quo verbo notantur. 2. ad quæ datus est. Primò ad li-  
berationem de morte & damnatione. Secundò ad  
acquisitionem vitæ æternæ. Item ad multa alia ad-  
huc datus est in medicinam & medicum. Aug. Ma-  
gnus ad nos missus est medicus quia vbiq; in mūdo  
iacebat egrotus. Item missus fuit in redemptorē in  
expugnatorem aduocatum in preciū. Sic datus est  
Christus hominibus, inquit Hug. vt sicut homo ani-  
mal suū vel excoriat vel inuadit & occidit vel vedit  
pro voluntate sua, ita homines Christum exco-  
riauerunt siue spoliarunt ab amicis à rebus & vesti-  
bus in cruce denudando. vndè dicere potuit illud  
Iob. 1. Nudus egressus sum de utero matris meæ  
nudus reuertar illuc vt iumentum factus sum apud  
te. Ioan. in cano. sua pulchrè scribit de charitate præ-  
cipuè. 1. Ioan. 4. per totum ca. In hoc apparuit cha-  
ritas Dei in nobis quoniam filiū suū vnigenitū misit  
Deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc est  
charitas non quasi nos prius dilexerimus Deū sed  
quoniam ipse prior dilexit nos & misit filium suum  
propiciationē pro peccatis nostris. O charissimi di-  
ligamus ergo nos inuicem quia charitas ex Deo est.  
Nam si quis dixerit quoniam diligo Deum & fra-  
trem suū oderit mendax est. qui enim non diligit  
fratrem

fratrē suū quē videt Deū quē non videt quomodo potest diligere. & 1. Ioā. 3. Videte qualē charitatem dedit nobis Deus vt filij eius nominemur & simus non enim satis nobis esse debet vt filij Dei nominemur. Multi quippe sunt christiani nomine, sed non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum. Laborabimus ergo proximis charitatis beneficia exhibendo, vt simus realiter filij Dei sicut nos Deus in filios suos elegit & adoptauit & dilexit nos nō verbo neq; lingua tantum sed & corde & opere. Hęc enim est charitas Dei vt mādata eius custodiamus & mādata eius grauiā non sunt. 1. Ioan. 5. & 1. Thi. 1. Finis p̄cepti est charitas de corde, puto conscientia bona & fide non ficta. Super quo verbo ponit Aug. consolatoriū verbum p̄cipuē pro simplicibus non p̄dicit magna scientia dicens. Si non vacas atq; non valeas omnes sacras paginas perscrutari, omnia secreta scripturarum penetrare, tene charitatem vbi pendēt omnia, quia finis est omnium dilectio Dei & proximi.

*¶ Undecimus articulus . ¶ Quatuor signa ardentis amoris Christi erga nos excitantia vt iterum feruenter Christum diligamus & semper deuoti & feruidi corde simus.*

**P**rimū. Adeo ignis amoris in corde Christi exarsit, vt calidū sudorē sanguineū per singula corporis mēbra diffunderet. Lu. 22. Factus est sudor eius quasi guttę sanguinis decurrētis in terrā. Tam abunde sudauit in toto corpore vt dicit Bonā. quod tota tunica fuit madefacta, aliās nō potuisset tam abunde in terrā p̄fluere, & erat ille verus & naturalis sanguis sed modus emittēdi naturalis nō erat, hoc enim nunquam

quã visum est vel auditũ in quantacunq; animi angustia passione aut tormētis q̄s cōstitutus esset vt guttas sanguineas emitteret sudando quas Christus Iesus in agonia cōstitutus in magna multitudine emisit dum præ nimia animi angustia videns præ oculis illã acerbissimã imminentẽ passionẽ suspirijs pfundissimis diceret. Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. i. tristitiã talẽ & afflictionẽ in anima & toto corpore sentio quæ est mortalis & quæ me breuiter deducet ad mortem. Erat tamen continuẽ in illo dolore & agone. 18. horis aut circiter. Huius tristitia vna causa fuit, quia matrẽ iã mœsta in Bethania illa nocte reliquit cuius aĩam doloris gladiº illis duobº diebus pœnetraret, videlicet veneris & sabbati. Secũdò quia perpendebat se à proprio discipulo traditũ cui tot beneficia exhibuit atq; à suo populo Iudæorum tradendũ ad mortem, suosq; discipulos omnes illa nocte scandalizandos & tanquã oues percusso pastore dispergendos. Tertiò secundũ glo. quia perpendebat & præuidit quòd mors illa tam amara in plurimis perdita esset nullum in eis habitura effectum eorum culpa qui de ea grati non essent, imò denuò ipsum crucifigerẽt. Secundum, quia valde sitiuit: homo enim inflammatus & fatigatus consuevit esse sitibundus. Ioan. 19. In cruce pendens dixit alta voce, Sitio, & hoc duplici siti. vna erat corporalis, quia omnino exinanitus & exhaustus erat & adustus in igne crucis. Aruit enim tanq̄ testa virtus eius. secunda erat sitis principalior spiritualis qua sitiuit ardens desiderando salutem nostram. vnde Bernard. Sitio ait Christus non doleo. O domine quid sitis? fidem vestram, salutem & gaudium. Plus  
ani-

animarum uestrarum fitis quàm corporis mei cruciatus me tenet. Tertium, quia totus in corpore rubuit quasi in sanguine tinctus. O deuota anima si frigescas, si tepiditas insurgat accede ignem hunc sponsum sanguinum animæ tuæ & amplexando eum, dic ardenti animo. Dilectus meus candidus in natiuitate, sed iam rubicundus in passione, electus ex milibus. Canti. 5. Quartum, quia præ nimio calore nudus in cruce pependit sicut nudus mundum intrauit iacens in præsepio in medio duorum animalium, ac si factò diceret, tanto charitatis igne erga vos ardeo quòd vestes ferre non valeo, sicuti homo multum calefactus vestes exiit. Hoc significatū est. 2. Reg. 6. vbi dicitur quòd Dauid nudus ludebat, saliendo ante archam Domini per quam significatur crux Christi in qua multa profunda mysteria & thesauri continentur coram quæ Christus lusit, quia voluntariè & libens crucem sustinuit & nudus eam ascendit cum feruenti desiderio diu eam concupiscens, vt ea mediante tanquam clauē cælum fere. 6. milibus annorū clausum referaret & portas inferni confringendo captiuos liberaret. O frigida corda hoc igne amoris incendamini aliàs ignem infernalem æternum euadere est impossibile. Audite quæso ardentem vocem Christi Iesu in cruce indies ad nos clamantis in hunc modum teste Aug. li. contra hæreses. O homo cogita qualia & quanta pro te feci cum non esses creauit te, cum oberrares quæsiui te, carnem sumpsi pro te, humeris meis crucem portauit pro te, caput meum spinis pro te coronatū est, manus & pedes clauis obieci, patri meo reddidi te, & tamen tu diuideris à me. & Bernar. Ad te clamo

qui pro te morior, te exhortor qui in cruce patior,  
vide clauos quibus confodior, vide latus quo ape-  
rior, & cum sit tātus dolor interior & exterior, plus  
tamen crucior quòd tam ingratum te reperio.

*¶ Duodecimus, signa quibus scimus verissimiliter  
habere gratiam & amorem Dei.*

**L**icet nemini certitudine euidētiq̄ cōstet an sit deo  
grat<sup>o</sup> eiusq̄; opa meritoria & Deo accepta iuxta  
illud Eccl<sup>i</sup>. 9. Nemo scit an odio vel amore dign<sup>o</sup> sit  
vt su. tamē probabiliter & coniectualiter ex quibus  
dā signis hoc scire possumus & nos esse in statu gra-  
tiæ & habere Dei amorē siue charitatē. Vtrū aut gra-  
tia & charitas sint qualitates realiter distinctæ vt est  
quorundā opinio vel solūm secundū rationē parum  
refert, si namq; distinguantur hoc saltē certū est vnā  
sine altera in nullo existere. Primò probabile signū  
est aliquē in amore Dei stare qui libēs de illo loqui-  
tur & affectuose de eo audit. Nā qui ex Deo est ver-  
ba Dei audit, propterea vos nō auditis quia ex Deo  
nō estis. Ioā. 8. Et ergo à cōtrario sensu p̄babile si-  
gnū est quosdā filios diaboli potius q̄ Dei esse, qui. s.  
verbū Dei contēnunt audire. Secūdo cū q̄s frequen-  
tat locū atq; assiduē cū delectatiōe ibi manet, loqui-  
turq̄; pluries de amico suo signū est habere erga illū  
verā amicitia, sicuti sunt hi qui libēter ecclesias visi-  
tāt magis q̄ tabernas & Deū suis deuotis orationi-  
bus & meditationibus alloquuntur. Tertiò cū q̄s  
tristatur si fiat iniuria verbalis aut realis amico signū  
est eum talē diligere, sic signū est amoris Dei incre-  
pare & inuitē audire iurātes, blasphemātes, & legem  
Dei transgredientes. In reuerētia habere ministros  
& Dei dispensatores: nam qui eos spernit, me sper-  
nit

nit, inquit saluator. Quartū signū est affectio ad pau-  
peres & eis iuxta facultatū exigentiā opera pietatis  
per elemosynas impēdere. Et præcipuē quādo quis  
habet zelū lucrādi aīas Christi sanguine redemptas  
in hoc seculo & liberādi ex purgatorio & exhibere  
alijs opera misericordiæ spiritualia corripēdo, con-  
sulendo, docēdo, remittēdo iniurias, p̄ p̄ximis præ-  
cipuē inimicis orādo. Quintū signū est parū curare  
dicta hoīm, cōtēnere eorū iudicia, gratificatiōes, lau-  
des, & seculi pōpas & diuitias, vitare quoq; mūdano-  
rū locietates & à seculo se abstrahere, religionē in-  
gredi, habere quandā singularē deuotionē & dul-  
cedinē tpe confessionis vel communionis & sic de  
multis alijs q̄ plures in diuerso statu in se percipiūt.

*¶ Fructus diligendi Deum.*

**M**aximus fructus charitatis siue dilectionis Dei  
est habere Deū in se. Quid quæso nō habet qui  
creatorē oīm habet, aut quid est quod nesciat qui  
scientē oīa scit. Iam qui manet in charitate in Deo  
manet & Deus in eo. I. Ioan. 4. O nobile hospitium  
aīæ vbi tam magnus dulcis hospes mansionē habet  
& tale hospitium in vno quoq; cuiuslibet etiā vilissimi  
status secundū præsens seculū esse pōt si vnica hæc  
vestis charitatis adsit qua hospitium animæ ornetur &  
sine qua etiā nemo hunc hospitem recipere potest.  
Ioan. 14. Si quis diues. s. vel pauper doctus indoctus  
nobilis ignobilis non sum personarum acceptor di-  
ligit me sermonē meū seruabit pater meus diligit eū  
& ad eū veniemus (nemo namq; potest ad eū venire  
nisi pater traxerit illū) & nō veniemus momētaneę  
siue modico tpe sed mansionē apud eum faciemus.  
In hoc quod dicitur pluraliter veniem⁹ notatur tri-



nitas personarū. Pater namq; mansionē siue habitationē facit in prima camera. i. potētia aīę. f. in memoria inhabitās ipsam per sui & beneficiorū eius recollectionē, filius in intelligētia illuminās ipsam p verā cognitionē, spiritus sanctus in volūtate inflāmāns ipsam ad amorē. Si ergo tabernaculū & æternā mansionē cum Deo facere volum⁹ & euadere tenebrarū habitationē cū dæmonib⁹ Deū hic tpaliter recipere debemus & ei offerre habitaculū cordis ornati veste charitatis cū tribus eius cameris modo p̄dicto.

*¶ 13. Pulsus Christi ad ostium cordis vt ipsum inhabitet.*

**S**icuti est vna & eadem aīa rationalis in numero in toto corpore & qualibet eius parte habentatē tres potētiās realiter distinctas, ita est idē Deus & vnica diuinitatis essentia in trib⁹ distinctis personis, hęc est aliqualis sed nō omnimoda similitudo, cū ergo simile applaudit suo simili & aīa fit ad imaginē Dei creata vt ipsa beatifica diuina visione ppetuò fruatur, ea propter Deus vnus & trin⁹ aīam nostram nobilem & rationalem creaturam hic per gratiam siue charitatem inhabitare cupit & stat quotidie ante ostium cordis nostri pulsans, dicens illud **Apo. 3.** Ego sto ad ostium conscientię cupiens. f. ingredi & inhabitare & pulso per internam inspirationem, externam prædicationem, plagarum immisionem, & beneficiorum largitionem vt dicitur **Prouerb. 1.** Si quis audierit vocem meam & prædictum quadruplicem pulsum intelligendo. f. & obediendo & aperuerit ianuam impedimentum gratię non præstando introibo ad illum per gratiā iustificāntem & cœnabo cum illo & ipse mecum in refectione spirituali. Tria fercula debet pœnitens in  
*ista*

ista cœna siue refectiōe spirituali Christo aīe spon-  
 so proponere. s. contritionem, confessionem & satis-  
 factionem. Deus autem ponet tria aliā. s. misericor-  
 diam, gratiam & gloriā: de ista cœna dicitur Ioā. 12.  
 Fecerunt ei cœnam Martha & Maria: Lazarus verò  
 erat vnus ex discumbentibus, ibi Criso. per Mar-  
 tham significantur actiui: per Mariam contempla-  
 tiui: per Lazarū de nouo à peccatis resuscitati: cum  
 actiuis igitur Christus cœnat, quia delectatur in eo-  
 rum operatione: cum contemplatiuis cœnat, quia  
 delectatur in eorum deuotione: cum poenitentibus  
 & de nouo conuersis cœnat delectando in eorū con-  
 uersione, omnesq; angeli & cœlestes spiritus in hac  
 gaudiōsa cœna delectantur & nobis suis precibus  
 & interuentione prædictos tres cibos procurant.  
 De ista cœna siue nuptijs spiritualibus dicitur Apo-  
 calip. 19. Gaudeamus & exultemus & demus Deo  
 gloriam, quoniam uenerunt nuptiæ agni & vxor  
 eius præparauit se. Nuptiæ dicuntur ad similitudi-  
 nem corporalium: nam primò iniciantur per fidem  
 in baptismo, ratificantur per uerba de præsentia in  
 præsentia, de his duabus dicitur Osee. 2. Desponsa-  
 bo te mihi in fide quo ad baptismum, in iustitia &  
 iudicio in misericordia & miseratiōibus & hoc quo  
 ad poenitentiam, & debet hæc desponsatio fieri in  
 præsentia: nam matrimonium cōtrahitur solūm per  
 uerba de præsentia, & quia nō potest claudicare requi-  
 ritur consensus utriusq; partis. Requiritur ergo si  
 Christo animæ sponso matrimonialiter coniungi  
 uelimus ut sicut ipse nobis fidem pollicetur & ser-  
 uat ita etiam nos ipsi, & hoc in præsentia tēpore hoc  
 est contra procrastinantes insequentes semper po-

tius vocem coruinam quam christianam, & hi diabolicas nuptias non coelestes cum diabolo eorum spōso tenēt. O christiane ne dicas amico tuo. s. Christo pulsanti assidue & cupienti tecū cōnare atq; nuptias matrimoniales seruare, vade & reuertere cras dabo tibi cum statim posses dare Prouer. 3. Ambro. Si aurū tibi afferā nō dicis cras veniā sed iam exigis, nemo differt, nemo se excusat, redēptio promittitur & nemo festinat. Tertiō consummātur istae nuptiē per gratiā perfectā secundū illud Can. 3. Dilectus meus mihi & ego illi & hoc est praeipue in gloria, ac etiā hic quantū fieri potest in habētibus charitatē perfectā. Sed inter cetera tria sunt praeipua impedimēta quae istas nuptias nō admittūt sed impediūt matrimonium cum Christo contrahendū & dirimūt cōtractū. Primū est seruitus. Ioā. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Secundū est adulteriū cum fidei datione: nā adulteriū cōmittunt qui Christo vero sponso relicto diabolo adherēt. Tertiū est machinatio in mortē cum effectu, qui peccata peccatis accumulāt machinātur in Christi mortē & rursum ipsum crucifigūt. Ego sto ad ostiū, &c. In dicto verbo tangūtur 4. causae ex quibus clarē nobis constare pōt quatenus omnino cupiat in domo consciētiae nostrae manere sicut cum Zachēo Christus aīae nostrae spōsus, & quibus moueri meritō debemus vt ostiū cordis nostri peccatis clausum iam ei aperiamus. Prima sumitur ex consideratiōe psonae pulsantis dicēs. Ego tanq̄ medicus pulso ante ostiū cordis petēs refici, o aīa peccatrix ne terrearis de hac voce & pulsatione. Non enim pulso nec clamovt leo, sicut in die iudicij leo rugiet tūc quis nō timebit Amos. 3. Taceo enim  
nunc

nūc, semp̄ sileo sed tūc sicut parturiēs loq̄. Ela. 42.  
 Quādo emittā illā horribilē tubalē vocem, Surgite  
 mortui venite ad iudiciū, cuius vocis dum sanctif-  
 simus ille Hier. memor erat nō solū aīo cōmoueba-  
 tur, sed toto corpore phorrescebat, & denuo illam  
 magistremendā vocē, Discedite à me maledicti, vt  
 ergo illā horribilē vocē tūc euadere possis & vlula-  
 rum Moab infernalē, audi quæso nūc hāc dilectissi-  
 mā vocē Christi pulsantis. Attende quis sit pulsans.  
 Ego inquit saluator stās ante ostiū cordis pulsans.  
 Primò sum Iesus, id est saluator, ideo pulso ingredi  
 cupiēs in cubiculū cordis tui vt tanq̄ aīæ medicus  
 velim te sanare nō vulnerare aut occidere. Secundò  
 sum Christus. i. cōsolator ideo aperiri cupio cordis  
 ostiū vt omnē mæstitiā deponēs animi consolatio-  
 nem tranquillitatē & securitatē adducam. Tertiò tu  
 tanto tpe ab hostibus obsessus fuisti & in vinculis  
 diaboli detētus, ego sum filius Dei. i. liberator cap-  
 tiuorū. Aperi ergo o peccator ostiū tā multis annis  
 clausum, satis dju pulsando repulsam passus sum.  
 Quartò o anima peccatrix ne formides putās te so-  
 lam ab omnibus derelictā si ostiū cordis aperueris.  
 Ego enim sum Emanuel quod interpretatur nobis  
 cum Deus, non te deserā si me nō deserās sed vobis  
 cū manebo vsq; ad consummationē seculi. Quintò  
 ego sum magni cōsilij angelus qđ est nomē officij.  
 Angelus enim idē est quod nuncius. Ego igitur pul-  
 so nunciās tibi cœlestia quæ deserēdo hęc tēpora-  
 lia cōsequeris. Sum magister ab officio docēdi. tres  
 lectiōes nos Christ⁹ docet teste Aug. vt. s. audiam⁹,  
 timeam⁹, & faciam⁹. Ego sum aduocatus patronus  
 mediator apud Deū patrē interpellās continuè pro

te, ad Hebr. 9. Christus noui testamenti mediator  
est, per proprium sanguinem introiuit in cœlū eter-  
na redemptione inuenta vt appareat vultui Dei pro  
nobis, & Ansel. super illo, Respice in faciem Christi  
tui. Si non, vis ô pater respicere in nos propter nos  
saltem respice in faciem Christi tui propter nos ala-  
pis cœsam sputis illitâ morte pallidam. Deus namq;  
pater in faciem filij sui respiciens & quàm carè Chri-  
stus nos emerit videns in nos respicit & nobis par-  
cit, & hoc consolatorium est pro peccatoribus; ideo  
**¶** inquit Bern. Securum accessum habes ô homo ad  
Deum vbi stat mater ante filium, filius ante pa-  
trem, mater ostendit filio pectus & vbera, filius  
patri cicatrices & vulnera, nulla ergo potest esse re-  
pulsâ vbi tot occurrunt charitatis insignia. Insuper  
angelus sum ab alio officio. s. medicandi qui tanquã  
fidelis medicus in proprio corpore fleubothomiam  
sustinui. Nos multis de causis diuersas egritudines  
incidimus. Primò ex nimia comestione quando. s.  
Adam pomum vetitum comedit. Eccl' i, 37. Propter  
crapulam multi obierunt. Istam infirmitatem sana-  
uit per dietę obseruationem. 40. diebus ieiunando.  
Secundò ex corrupto sanguine luxurię & aliorum  
mortalium, Esai. i. Manus vestrę plenę sunt san-  
guine, hęc egritudinem sanauit per minutionē siue  
fleubothomiam quam passus est in manibus pedi-  
bus cerebro atq; omnibus membris. Tertiò ex ni-  
mia infrigidatione amoris Dei & defectu deuotio-  
nis propter accidiam & tepiditatem, hanc sanauit  
per sudorem sanguineum tam feruenter & deuotè  
orando. Abba mi pater si non potest hic calix tran-  
sire nisi vt bibam illum fiat voluntas tua, & transeat  
hic

hic calix siue virtus passionis à me ad omnes martyres & patientes pro nomine meo afflictionem, vt. f. merito huius passionis detur eis constantia ad sufferendum. hæc est expositio Aug. Quarto egritudines varias incurrimus ex humore peccante superfluo & inordinato, de quo Dauid. Corrupti & abominabiles facti sunt. hæc sanauit hic medicus pulsans per potionis suæ amaræ medicinæ sumptionem quando vinum mirrhatum felle & aceto mixtū probauit. Ex his ergo patet si egritudine aliqua afficimur ex qua tandem in mortem deuenimus non medico sed nobis imputandum est. Nam vt dicitur extra de homicidio casuali & volun. c. Incipit. Mors medico imputari non debet si fecit quod faciendum erat. Et. i. thopico. dicit summus philosophorum Arist. Rhetor non semper persuadebit, neq; medicus semper sanat. Dicitur tamen bonus & diligens medicus quando nihil omittit eorum quæ ad sanandum sunt necessaria aut vtilia. Si enim medicus expertus visitans egrotum dicit se sanitatem introducturum pro certo secundum causas naturales si velit seruare consilia & præcepta sua, videlicet quòd se à vento abstineat, nec anguillas, alleca, &c. comedat, postquam medicus tunc recesserit ipse egrotus insequendo appetitum suum quæcunq; nociua passim sumit etiam prohibita & sibi contraria, si talis moriatur, mors sibi non medico imputari debet. Ita similiter est de peccatoribus qui nō obseruant dietas, consilia & præcepta medici Christi Iesu, sed passim omnia contraria sanitati animæ sumunt insequentes magis appetitum sensitium & naturam corruptam quàm rationem quàm Christi principalis me-

dici & confessorū sacerdotū medicorū animæ confi-  
liū & præcepta. ¶ Secunda causa sumitur ex consi-  
deratiōe situs corporis cum dicitur. Sto paratus. s.  
adiuuare. Stare quidē est pugnātis, iacere quiescētis  
sedere est regnantis. Christus stat in actiuis, iacet in  
contēplatiuis, sed sedet in beatis. ¶ Tertia sumitur  
ex cōsideratiōe loci cōueniētis cū dicitur. Ad ostiū.  
nō enim stat in plateis, quia nō diligit nec quærit cu-  
riosos vicos perābulantes & oīa libidinū prata dis-  
currētes illud dicētes Sap. 2. Nullū sit pratū qđ non  
p̄transeat luxuria nostra, fruamur bonis quę sunt &  
vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter vino  
precioso & vnguētis nos impleamus & non præte-  
reat nos flos tēporis, coronemus nos rosis antequā  
marcescāt, nemo vestrum exors sit luxurię nostrę,  
vbiq; relinquamus signa lætitię nostrę, quoniā hec  
est pars & fors nostra, opprimamus pauperē, circum-  
ueniamus iustū, quoniā inutilis est nobis & contra-  
rius est operib⁹ nostris, grauis est nobis ad videndū  
quia dissimilis est alijs vita illius, &c. O peccatores  
impij qui hoc canticū hic semper canitis aliud eter-  
naliter carmē canetis, de quo Sap. 5. Lassati sumus  
in via iniquitatis & perditionis & ambulauim⁹ vias  
difficiles, viā autē domini ignorauimus. Quid nobis  
profuit superbia aut diuitiarū iactantia quid contu-  
lit nobis, transierūt iam omnia tanq̄ vmbra, turba-  
buntur tunc timore horribili. s. in die iudicij gemen-  
tes præ angustia spiritus pœnitentiā agētes & dicen-  
tes, Hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum &  
in similitudinē impperiij nos insensatiuitā illorū cōsti-  
mabamus infaniā, &c. Nec stat in foro, quia nō quę-  
rit nec diligit negociosos temporaliū sollicitudinib⁹  
semper

femp  
git q  
tion  
rat  
aper  
stabi  
mor  
nā f  
lect  
quar  
natū  
facit  
terū  
corp  
Dec  
nēt  
mu  
¶ N  
con  
pos  
ren  
die  
ris.  
cit  
con  
tia  
stan  
tes.  
Ch  
tes  
Jes  
im

semper implicatos, sed stat ante ostiū cordis, quā diliget quietos qui per ostiū excludūt oēm mētis turbationē & seculi pompā. ¶ Quarta sumitur ex cōsideratione cōiuiij tam excellētis, cū dicitur, Si quis aperuerit mihi, &c. Et dicit notāter cœnabo, nō gustabo. nā is gustare dicitur q̄ solū aliquos bolos siue morsus recipit. Quidā volūt cū Deo gustare & cœnā facere faciētes duos bolos de corde, vnū. s. intellectū dant Deo habentes de cœlestibus cognitionē quandā, sed aliū videlicet affectū per amorē inordinatū & sollicitudinē dāt mundo. Quidā duos bolos faciūt de ætate sua, vnū. s. iuuentutē dāt diabolo, alterū. s. senectutē Deo dare volunt. Quidā de toto corpore, vnū bolū. s. aīam tradunt diabolo, alterū Deo, qui. s. in religione vel seculo in corpore sustinet aduersitates multas sed volūtate & spiritu remurmurāt, mallēt quoq; corporis habere delicias. ¶ Non dicit prandebo: nā post prandiū restat aliud conuiuiū. Illi ergo cum Christo prandiū faciūt qui post pœnitentiā ad peccatū redeunt. Non dicit merendinabo: nam hoc est beatorū vbi (sicut in meridie) est plena lux cognitionis & plenus ardor amoris. Iudica mihi vbi pascas vbi cubes in meridie, dicit aut cœnabo, quia post cœnam nullū restat aliud conuiuiū. Cum illis ergo Christus cœnat qui in gratia & Dei amore perseuerāt. Nam simulantes gustant, prandēt reciduiantes, merendināt triūphantes, sed cœnant perseuerantes. O aīa nobilis regis Christi Iesu sponsa quare obdormis, quare obmutescis, audis ne dilectū tuū pulsantē. Cāt. 5. Vox dilecti mei pulsantis aperi mihi soror mea colūba mea immaculata mea. hoc inquit pulsando ante ostium cordis



cordis iterum atq; iterum clamitat quę diligere debet anima tua. Aperi mihi ostium cordis per contritionem & ardentem Dei amorę, & esto soror mea per voluntatis tuę cum mea conformitatem. columba mea per simplicitatem. & immaculata per mentis puritatem & sinceritatem & feruorem. Rursus clamito ad te amica mea formosa mea expansis manibus amplexari cupiens. Reuertere o sumamitis quod interpretatur misera vel captiua, hostis namq; infernalis vinculis in captiuitate detineris, petulas quęso aures prębe & reuertere primò ad tui creatoris pulsantis cognitionę atq; peccatorum tuorum grauitatem & multitudinem, secundò reuertere per cordis contritionem Dei amorę, & delictorum confessionem, tertio reuertere quęso per satisfactionę & boni operis executionę, quartò reuertere per gratiarũ actionę vt intueamur te hic per ignem amoris atq; gratię, & æternaliter per lumen glorię. Canti. 6. ¶ Nec à reuersione retraheris timens forsan pati repulsam propter perfidiam & inobedientiam. Nam & si fornicata sis cum amatoribus multis Christum sponsum tuum relinquendo reuertere tamen ad me & ego libens suscipiam te. Hier. 3. ¶ Multi sunt pulsantes & clamantes sed ad varios portus deducentes. Nam vt inquit Bernard. Vocat mundus, vocat caro, vocat diabolus, vocat Christus, sed portus & finis mundi est defectio, carnis infectio, diaboli interfectio, sed Christi portus & finis est resectio. vndę Christus tanquam fons asfiduę scaturiens clamat omnes sitientes, venite ad aquas pauperes, diuites, aut cuiusuis alterius conditionis, nec se quisquam excuset dicendo se pecuniam

niam non habere. Qui enim non habetis argentum  
 propteratè emite & comedite, venite non ocio tor-  
 peatis. Emite absq; argento, regnū enim cœlorum  
 vim patitur (quæ sensualitati infertur) non argento  
 comparatur & absq; vlla commutatiōe. Non enim  
 sunt condignæ passiones huius temporis ad futu-  
 ram gloriam. Quid quæso ô bone Iesu liberalissime  
 mercator ememus? Vinum inquit iustitiæ atque  
 misericordiæ & lac dulcis amoris & deuotionis.  
 Esa. 55. 14. ¶ Christus mercator est teste Aug. di-  
 cente. In seculo isto maligno quid abundat nisi nasci,  
 laborare & mori hæc sunt mercimonia regionis  
 & vitæ nostræ. Et ad illas merces emendas merca-  
 tor hic filius Dei de cœlo descendit. Et quia omnis  
 mercator dat & accipit, dat qđ habet & accipit qđ  
 non habet. Filius Dei in hac mercatura dedit & ac-  
 cepit. Accepit namq; quod hic abundat, videlicet  
 nasci, laborare, & mori, pro his renasci, resurgere &  
 in æternum regnare. ¶ Precium quo hic mercator  
 istas merces emit & nostras iniquitates, fuit sanguis  
 eius benedictus. Arram in circumcisione dedit & in  
 mensa crucis saccum corporis totaliter effudit.

¶ Suade ergo tibi ô peccator accede hunc merca-  
 torem, eme ab eo aurum ignitū. s. charitatis & pro-  
 batum vt locuples fias Apoc. 3. Et negociamini dum  
 venio. Lu. 19. Apotheca & locus nundinarum vbi  
 hoc aurum charitatis venditur est mons caluarie,  
 preciū quo cōparatur sunt nostræ propriæ iniquita-  
 tes. Sed quæres forsan qđ mercator iste de precio no-  
 stre iniquitatis factur⁹ sit. Respōdeo iuxta illud Mi-  
 che. 7. Deponet oēs iniquitates vestras, & p̄ijciet in  
 profundum maris omnia peccata vestra. profundi-

tas huius maris est abyssus animæ Christi in passionibus & doloribus acerrimis amaritate. Attende igitur o aīa peccatrix nobilitatē huius precij. Empti enim estis precio magno, glorificate igitur & portate Deū in corpore vestro per hāc vestē charitatis. Nō enim corruptibilib<sup>9</sup> auro vel argēto redēpti estis de vana vestra cōuersatione sed p̄cioso sanguine Christi Iesu agni immaculati. ¶ Liberalis mercator est dices fortē. In contractu emptionis & venditionis vt suprā dixi, debet seruari iustitia & proportionis æqualitas inter precium & merces quæ hic minimē seruatur. Respondeo, mercator hic omnino liberalis est ne dicā totaliter prodigus qui ad eō animæ afficitur vt pro ea sibi cōparanda nullo parcat precio aut thesauro, sed decipi se permittit & spontē vult in venditione & emptione & cōmutatione. ¶ Primō in venditione, quia vendendo nobis regnū cœlorum p̄mittit se decipi infra dimidiū iusti precij. Vēdidit enim ipsum apostolis p̄ rhetib<sup>9</sup> & parua nauicula. Zachēo pro dimidia substātia. viduę pro duob<sup>9</sup> minutis, alijs pro calice aquę frigidę quibusdā pro sola bona volūtate. nam teste Hier. Quæ offerūtur non sui pondere sed offerentiū voluntate pensantur. & Aug. Regnū cœlorum tantū valet quantū habes, nihil vilius cū emitur, nihil carius cū possidetur. ¶ Secundō in emptione dimittit & vult se decipi quia vilia nostra carissimo precio emit. Nam corp<sup>9</sup> emit precio sui sanguinis vt dicitur. I. Cor. 6. Empti estis precio magno, aīam nostrā emit positione aīę suę. I. Ioan. 3. Ille pro nobis aīam suā posuit. res nostras emit ad centuplū. Mat. 19. Centuplū accipietis. penitentiā nostrā modicā & breuē emit regno cœlorū  
perpe-

perpetuò. Mat. 4. Pœnitentiã agite appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Tertiò cõmutatione. Commutat enim nobiscũ aurum suæ gratiæ in lutum nostræ culpæ: cœlũ suæ gloriæ in terrã nostrã temporalis substãtiæ, aceruũ gaudiorũ in semita lachrymarũ, accipit nostra vitia & ea in humeris portando destruit Esa. 44. Deleui vt nubẽ iniquitatem tuã, accipit nostras elemosynas & eas secũ recondit. Mat. 6. Thesaurisate vobis thesauros in cœlo vbi nec erugo nec tinea demolitur, accipit nostras lachrymas & eas corã se ponit. Posuisti, inquit David, lachrymas meas in conspectu tuo, pro his aut dat nobis aurũ gratiæ & cœlũ gloriæ: nam gratiam & gloriam dabit dominus & aceruũ infinitæ letitiæ. Euntes ibant & flebant qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Aug. in li. omelia. Quasi fenestra iectitium cum Deo facis, hic das ibi recipis, hic das res perituras ibi recipis res sine fine mensuras. Venale habeo inquit dominus mercator præfatus liberalissimus. Quid quæso venale habes? Regnum inquit cœlorum. Quo emitur? paupertate regnũ, dolore gaudiũ, labore requies, ignominia gloria, morte vita. ¶ O pauperes peccatores hic datur vobis moneta emẽdi paradysum. Moneta qua emitur regnum est paupertas. Mat. 5. Beati pauperes spiritu quoniam, &c. Moneta qua emitur gaudiũ est dolor & persecutio. Beati qui persecutionẽ patiuntur, &c. Moneta qua emitur requies est labor pœnitentiæ. Mat. 4. Pœnitentiã agite, &c. Moneta qua emitur gloria est ignominia & humilitas profunda. Mat. 18. Nisi cõuerſi fueritis & efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Moneta qua emitur

vita

vita est mors & violentia propter Christū assumpta.  
Mat. 11. Regnum cœlorum vim patitur & violenti  
rapiunt illud. ¶ Decimus quintus. Receptaculum a-  
nimæ pro trinitate personarum. Quia vt supra di-  
ctum est, Anima nostra ad imaginē Dei creata ex-  
stitit vna & eadem numero cum tribus potentijs dis-  
tinctis quam sicut tota trinitas creauit (operationes  
enim trinitatis aut personarum supple ad extra sunt  
indistinctæ, ita omnes tres personæ eam hic inhabi-  
tare & conseruare cupiunt. Quapropter elaboran-  
dum est vt domū conscientiæ pro aduentu & man-  
sione tantorum dominorum debitè præparemus  
vnicuiq; trium personarum determinatam came-  
ram siue animę potentiam coaptantes, quod facien-  
do (ex quo hic peregrini atq; serui sumus non ha-  
bentes manentem ciuitatem) æternam mansionem  
in cœlestibus cum tribus personis & omnibus satis-  
factis obtinebimus. ¶ Camera memoriæ præparatur  
& gratificatur Deo patri per beneficiorum eius af-  
fiduam recordationem quæ fiet certis modis, vt in-  
fratangam ca. 18. ¶ Tria principaliter habebimus  
in memoria ad honorem Dei patris. Primò Dei be-  
neficia gratias & dona ad regratiandum. Secundò  
peccata nostra ad dolendum. Tertiò quatuor nouis-  
sima ad præuidendum. Deute. 32. Vtinam saperent  
.i. cum sapore cognoscerent Dei beneficia, & intel-  
ligerent sua peccata atq; nouissima prouiderent. Su-  
per quo verbo Bernar. nouem pulchra puncta tra-  
dit recordanda. Vtinam saperent, inquit, tria præte-  
rita, scilicet bonorum omissionē, malorum commis-  
sionem, temporis amissionem. Vtinam intelligerēt  
tria præsentia, vitæ breuitatem, saluandi difficulta-  
tem,

rem, saluandorum paucitatem. Vtinam prouiderēt  
 tria futura, mortē qua nihil miserabilius, iudicium  
 extremum quo nihil horribilius, æternum suppli-  
 cium quo nihil intolerabilius. ¶ In camera intelli-  
 gentiæ habitat filius per fidem veram & sapientiam  
 diuinam. oportet ergo ab hac mansione excludere  
 sapientiam diabolicam quæ est animæ mors. Ro. 8.  
 Sapiētia carnis mors est. & Hiere. 4. Sapientes sunt  
 vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Hæc  
 fortitur triplex nomen secundū triplex genus con-  
 cupiscibilem, de quibus. 1. Ioan. 2. Omne quod est  
 in mundo aut est concupiscentia oculorū, aut con-  
 cupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Secundū con-  
 cupiscibile oculorum dicitur sapientia terrena, car-  
 nis & sic dicitur animalis, superbiæ vitæ & secundū  
 hoc dicitur diabolica, & hæc non vera prudētia est  
 quia stultitia est apud Deum sapientia huius mūdi,  
 dicentes enim se esse sapientes hac scientia stulti fa-  
 cti sunt. Rom. 1. ¶ Quia ergo quàm plurimi hac  
 scientia magis quàm diuina gaudent quæ de sursum est  
 pudica, pacifica, modesta, suasibilis, bonis consen-  
 tiens, plena misericordia & fructibus bonis, vt dicitur  
 Iaco. 3. Ideo multorum corda filius Dei nō in-  
 habitat nec eorum intellectus illuminat. Hinc acci-  
 dit quòd pleriq; etiam qui doctissimi censentur &  
 qui varijs gratiarum donis atq; prærogatiuis præ-  
 diti sunt alias in diuersis facultatibus gratu atq; sta-  
 tu præcellentes ex sacris literis atq; alijs scripturis  
 non vinum dulcedinis sed acetum potius amaritu-  
 dinis hauriunt, & aliquotiens non sanū sensum nec  
 verum intellectum ex scriptura capiunt, quam ex-  
 tortē & perperā exponunt atq; glosam quandā au-  
 relianen-

reliantem potius textum corrumpentem quam  
illuminantem tradunt. Qui suis scientijs paruum aut  
nullum fructum in ecclesia Dei afferunt quin po-  
tius se & alios ad perditionem & tenebras ignoran-  
tiæ deducunt. Scientia namq; sine conscientia gla-  
dius est in manu furiosi. ¶ Horum tres præcipuas  
puto causas existere, vna quia tales nimium suæ inmi-  
tuntur prudentiæ, atq; etiã nimis afficiuntur vni parti  
siue opinioni. Continent enim spiritum sanctum alioq;  
peritiores cõsulere in rebus arduis & casib; cõscien-  
tiæ dubijs faciles sunt in resoluendo. Hi minimè in se  
quuntur consiliũ notabile & memorandũ regis Iosa-  
phat. 2. Par. 20. Cũ ignoram' inq; qd agere debea-  
mus, hoc solum residui habemus vt oculo nostros  
ad te dirigamus. Secunda ratio est quia adeo sunt  
implicati terrenis obnubilati affectionibus & desi-  
derijs carnis vt aciem intellectus ad cœlestia, ve-  
rumq; sensum literarum flectere nequeat. nam oēs  
teste Ouid. declinat ad eam scientiã quæ lucra mini-  
strat vt quod sciãt discunt pauci, plures vt abundet.  
omnes enim quæ sua sunt quærunt nõ quæ Iesu Chri-  
sti. A maiori vsq; ad minimũ omnes auaritię studet.  
Tertia causa est quia vt inquit cõsolatorius ille do-  
ctor Gerson in sermone dominicę. 19. post Penthe.  
Sunt pleriq; nostrates doctores qui summo labore  
& ætate multa dies & ingenia sua inutiliter conterunt  
in materijs & quæstionibus subtilibus ad diuersas  
peregrinas scientias se transferentes ad veritatẽ non  
peruenientes. Nõ itaq; subtilibus sed vtilib; & plus  
prodesse q̃ admirari studendũ est. Mineruę enim (q̃  
sapientiæ deã fingunt) inuisę & odiosę sunt arraneæ.  
¶ Quintuplex namq; est modus atq; genus studen-  
tium

tiū teste Bern. Quidā discūt vt sciāt, & hoc turpis cu-  
 riositatis est. quidā vt sciātur, & hoc inanis vanitatis  
 est: vndē dicūt. Scire tuum nihil est nisi te scire hoc  
 sciat alter. Quidā vt sciētā vendāt, & hoc turpis quę-  
 stus est. Quidā vt alios edificēt, & hoc charitatis est.  
 Quidā discūt vt ipsi ædificentur & proficiāt, & hoc  
 prudētię est. Relictis ergo vanis atq; peregrinis sciē-  
 tijs & refutatis trib<sup>9</sup> modis studij, amplectere quę-  
 so veras & vtilēs sciētias atq; duos vltimos modos  
 veri studij. Et quę tibi præcipit Deus illa cogita sem-  
 per, & in multis operibus eius non fueris curiosus.  
 Altiora te ne quæsieris, quę. s. capacitatem tuā exce-  
 dunt. Quanto magnus es humilia te in omnibus &  
 coram Deo inuenies gratiā, & verā Dei atq; sacra-  
 rum scripturarū notitiā. Eccle. 3. Vani enim, inquit  
 sapiens, sunt in quibus non est sciētia Dei. Sap. 3. &  
 26. q. 2. Qui sine saluatore vult salutem habere & si-  
 ne vera prudentia æstimat se prudentem fieri posse  
 non prudens sed stultus est. Omnes igitur studētes  
 exoratos & monitos velim vt hæc duo subsequen-  
 tia saluberrima consilia & documenta non asper-  
 nentur quę admodū conferunt pro vera Dei scien-  
 tia atq; mandatorū eius notitia & sana literarum sa-  
 crarum intelligentia adipiscenda. Primū ponit ille  
 gloriosus Paulus lumē præclarū ecclesię & omniū  
 doctorum maximus ad Ephe. 3. vt scilicet cum vni-  
 uersitatē causa studij accedimus aut materiā aliquā  
 resolvere volumus & planē intelligere flectamus  
 genua mentis ad patrē domini nostri Iesu Christi  
 vt det nobis cum omnibus sanctis scire quę sit longi-  
 tudo, latitudo, sublimitas, & profundū iuxta cōsiliū  
 regis Iosaphat prius tactum. ¶ Secundum ponit



sentétialiter beat<sup>o</sup> Greg. 1. mora c. 26. Ea, inquit, que  
perscrutari in nobis nitimur sæpè melius orando  
quàm inuestigando penetramus, vt enim pulli auiù  
facilius à matre reficiuntur qui in nido iacentes ca-  
pita altius leuant & os spaciosus dilatant, Ita omnes  
studijs literarum dediti tantò à Christo vberiori no-  
titia recreantur quantò per orationis instantiam  
Deum deuotius depræcantur, dicente Psal. Dilata  
ostuum per suspiria & deuotas orationes ad haben-  
dum Dei & agendorum veram scientiam, & imple-  
bo illud lumine intelligentiæ & veræ notitiæ. Il-  
lorum namq; facies non confundentur, qui spiritu  
sapientiæ & intellectus illuminati fuerint. Eccel'. 24.  
Qui me audit non confundetur, & qui operan-  
tur in me non peccabunt. Et Psal. 118. Tunc non  
confundar cum perspexero in omnibus mandatis  
tuis. Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu  
regum & non confundebat. Ego, inquit saluator,  
dabo vobis os & sapientiam cui nop poterunt resi-  
stere nec contradicere oës aduersarij vestri. Lu. 21.  
✠ Vndè sapiens inquit, Si tibi est intellectus responde  
proximò tuo, sin autè sit manus tua super os tuum,  
ne capiaris in verbo indisciplinato & confundaris.  
Et ad Tyt. 3. Iubet Apostolus stultas quæstiones &  
genealogias & contètionés atq; pugnas legis deui-  
tandas. Sunt enim inutiles & vanæ & confundunt  
suos possessores frequenter in hõc seculo sed hor-  
rendæ in futuro, cum tales philosophi & docti scien-  
tia solùm humana atq; diabolica videbũt simplices  
quos hic contempserunt tantò lumine claritatis glo-  
riæ & scientiæ præditos, ad quos dicent, Hi sunt  
quos aliquando habuimus in derisum. Errauimus

à via

à via veritatis iustitiæ lumen non luxit nobis & sol  
 intelligentiæ. s. sacrarum scripturarum non est or-  
 tus nobis. ¶ Filius ergo Dei æterna sapientia non  
 inhabitabit corda illorum in quibus requiescit talis  
 scientia terrena animalis & diabolica. Nam vt dici-  
 tur Sapien. 1. In maliuolam animam non introi-  
 bit sapientia, nec habitabit in corpore subdito pec-  
 catis. ¶ Si ergo filium Dei in camera intellectus tui  
 inhabitare & hospitio recipere velis, aliam sciētiam  
 elige, de qua 2. Thi. 3. Tu verò permane in his quæ  
 didicisti & tradita sunt tibi sciens à quo didiceris.  
 Et hæc dicitur scientia siue sapientia diuina. ¶ Scien-  
 tia diuina quæ de sursum est & dat vitam animæ du-  
 citq; suos possessores ad lumen gloriæ. Hæc secun-  
 dum Aug. consistit principaliter in duobus. s. in co-  
 gnitione Dei & cognitione sui. pro hac obtinenda  
 orabimus illas succinctas orationes de quibus in fi-  
 ne. 1. ca. & ca. 15. quarum vna est beati Aug. in li. so-  
 liloquiorum vbi eum ratio alloquitur dicens, ora  
 quàm breuius potes, & respondit Aug. dicēs. Deus  
 semper idem es nouerim te nouerim me. Quæ ora-  
 tio licet breuissima cōtinet omnia ad salutem neces-  
 saria. Petimus enim primò Deū cognoscere & hoc  
 præcipuè quo ad tria quæ sunt Dei potētia, sapiētia,  
 & bonitas siue misericordia. Cognitio potentiæ ge-  
 nerat timorem. Lucæ. 12. Timete eum qui postquā  
 occiderit habet potestatem mittere in iehennā. Et  
 timor facit vitare peccatum. Prouer. 17. Per timo-  
 rem domini homo declinat à malo. & Eccle. 1. Ti-  
 mor domini expellit peccatum. Cognitio sapiētiæ  
 inducit ad cordis custodiam & peccatorum erubescē-  
 centiam. Eccle. 23. Oculi domini lucidiores sole cir-

cunspicientes omnes vias hominum & profundum  
abissi & hominum corda intuentes. In omni enim  
loco oculi domini contemplantur bonos & malos.  
Cordis custodia & erubescētia retrahit hoīes à pluri  
bus malis & occasionib' peccatorū. Tertiò cognitio  
bonitatis & miā Dei generat spē & amorē, quia enim  
bonus, pius, misericors, & nobis benefic' est Deus,  
ideo excitamur ad eum diligendū & in eo speram'.  
Iam amor retrahit à malo, & sollicitat ad bonū. Nā  
teste Bern. Nunqua est amor Dei ociosus, operatur  
magna si est, si aut' operari rēnuit, iam amor ver' nō  
est. In lege enim Dei stare est retrogradi. In sup' co  
gnitio sui quoad miserā & quia nihil ex nobis ha  
bemus generat humilitatē, quā est custos oīm pre  
dictorū teste Greg. dicēte, Qui sine humilitate vir  
tutes congregat quasi qui in ventū puluerē portat.  
¶ Tertiā camerā volūtatis. s. inhabitare cupit spiri  
tus sanctus qui est charitas ipsa increata per dilectio  
nem Dei & proximi, de qua plura tetigi in princi  
pio huius duodecimi capituli, & aliqua adhuc dicā  
in duobus articulis sequentibus.

¶ *Decimus sextus. Nemo ab hoc præcepto dilectionis  
Dei Christi excusatur.*

**Q**uamuis vt suprā dixerim in principio huius.  
hoc præceptum dilectionis sit arduum & dif  
ficile præcipuē pro hominibus secundum mūdum  
viuentibus, est tamen in se iucundissimum. Quid  
quæso dulcius est quā amare? Est facile præcipuē  
virtuosis in amore operibus bonis exercitatis. Ne  
mo tamen est in quocunq; statu vel conditione fue  
rit quin aliquando Deum super omnia & proximū  
sicut seipsum. i. ad idem bonum videlicet beatitudi  
nis

nis diligere teneatur. Ideo vt suprâ dixit Saluator  
 Ioâ. 14. dicit, Si quis pauper indoctus vel nobis, &c.  
 diligit me, sermonē meū seruabit, & testamentū in  
 vltima cœna omnibus relictū, cūm diceret. Manda-  
 tum do nouū vobis qđ. f. renouat hominē, vt diliga-  
 tis inuicem. nam in hoc præcepto omnis lex pendet  
 & prophetæ. Nemo ergo deobligatur nec excusare  
 se poterit allegando grauitatem aut multitudinem  
 præceptorū Dei. Nam in veteri lege fuerant. 600.  
 præcepta ceremonialia & iudicialia, quorum quæ-  
 dam erant valde difficilia, sicut præceptū de circun-  
 cisione quoad masculos de præsentatione in Hieru-  
 salem ter in anno, &c. & præcepta quæ Ionadab fi-  
 lijs suis mandauit valde difficilia erant, vt. f. vinum  
 non biberent, domum non ædificarent, vineas non  
 plantarent, &c. vndè lex vetus fuit longè grauior le-  
 ge nostra euangelica ex duplici causa secundū Sco-  
 tum dist. 443. q. vlt. f. ex onere imposito, & defectu  
 remedij ad supportandum onus. Nunc enim habe-  
 mus multò plura adiutoria & valde efficacia, videli-  
 cet passionē Christi, sacramenta, sanctorum suffra-  
 gia, gratias multiplices, &c. ¶ Dicet forsan quisquā  
 verū fateor meritò nos Deū debere diligere & hoc  
 facile atq; delectabile esse sed impossibile aut valde  
 difficile est proximos præcipuē inimicos diligere.  
 Respondet Augu. in quodā sermone dicens de di-  
 ligendis inimicis. Fratres charissimi nullus vn-  
 quam in veritate se poterit excusare. Potest mi-  
 hi aliquis dicere. Non possum vigilare aut ieiuna-  
 re, nunquid potest dicere non possum amare. Po-  
 test mihi dicere, non possum res meas totas pau-  
 peribus dare & in monasterio Deo seruire, nūquid

potest dicere non possum diligere? Si dixeris quia non potes à vino vel carnibus abstinere credimus tibi: si autem dixeris quia non possis in te peccantibus indulgere omnino non credimus, quia nullamobis remanet excusatio dum non de cellario sed de corde istam elemosynam implere iubemur vt per viã vitæ ad æternã vitã peruenire mereamur, hæc ille. ¶ Audi insuper Chryso. Non requirit Deus cili-  
ciorum pondus neq; concludi inter angustias cellulæ neq; iubet in obscuris antris sedere, sed hoc solum est quod exposcitur à nobis, vt recordemur mala nostra & ad animam reuocemus & conscientiam gestororum nostrorum habeamus ante oculos vt pro his supplicemus Deo vt iehennã ponam<sup>o</sup> in conspectib<sup>o</sup> nostris. Ponam<sup>o</sup> etiã & illud ante oculos, quãti doloris est excludi ac p̄ijci à regno cœlorũ quod & mihi videtur grauius est pœna iehennali, &c.

¶ *Decimus septimus. Effectus & virtutes charitatis.*

**C**haritas propter singulares effectus operationes atq; virtutes conuenienter comparatur his quinque, quæ sunt, ignis, vestis, vinculum, scala, forma. ¶ Ignis est charitas. Lu. 12. Ignem. s. dilectionis siue charitatis veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur. s. in vobis & non extinguatur sed maneat ardens & conseruetur tripliciter per modum conseruationis ignis materialis, videlicet apponendo ligna siue noua combustibilia bonorũ operum. Secundò occultando sub cineribus per humiliatorem & mortis meditationem. Tertiò sufflando per deuotos gemitus & suspiria cœlestis patriæ. Existēs in charitate habet cor ignitum & inflammatũ adeò quòd sintillæ illius ignis quandoq; redundant in fa-

ciem

ciem & sensualitatem vt suprâ dixi de deuotione. Et sicuti ignis est supremum & nobilissimum elementorum & de natura quodammodo cœlesti quia semper sursum tendit & locus eius naturalis est immediatè sub concauo orbis lunæ. Ita charitas longè antecellit omnes virtutes nedum morales cardinales intellectuales sed & theologicas quæ sunt tres .s. fides, spes, & charitas sed maior horum charitas. 1. Cori. 13. Et per ignem charitatis corda hominum semper sursum tendunt qui cum Apostolo dicunt, Noltra conuersatio in cœlis est. Et sicut per ignem serpentes pelluntur & venenum in ignem missum non nocet sed perit. Ita per ignem charitatis serpentes infernales & eorum tentationes pelluntur & extinguuntur atq; purificatur omne venenû. Et aqua tribulationum & voluptatum per ignem charitatis exsiccatur & deficit. ¶ Oportet ergo si charitatē & Dei amorē super oīa habeas quòd Deū omnibus creaturis anteponas & ardētiori siue intētiori actu Deū diligas q̄ creaturas & non est satis quòd Deū diligas plus hoc est nobiliori actu vel magis extēsiuè, sicuti est tamē opinio quorundā doctōrū, videlicet Aliaco & Holcot q̄ tenēt quòd satis est, & licet mihi diligere Deum ita remissè sicut volo, modò velim ei summum honorem, & licet mihi etiam creaturâ ita intensè diligere sicut volo quorū vtrumq; falsum est. vndè secundum eos quadrupliciter contingit nos vnam rem plus alia diligere. Primò quando perfectiori siue intensiori actu. Secundò quâdo ad maius bonum. Tertiò quando naturalius & firmitus. Quartò vbi ex electione oportet alterius amorem perdere præeligeret perdere amorē minus di-

*Lectio de vestibus*

lecti. iam secundum eos oportet Deum magis diligere quam creaturam solū. 2. & 4. modis. Vestis est & indumentum animæ & hoc ex duplici causa. Primò quia tegit & delet turpitudinem animæ videlicet peccatum quòd turpitudine & fœditate maxime animam maculat. Thren. 4. Denigrata est facies eorum super carbones & non sunt cogniti in plateis, sed adueniente veste charitatis anima fit decora Deo & omnibus angelis grata. 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et Psalm. 31. Beati quorū remissæ sunt iniquitates & quorū tecta sunt peccata. Et Psa. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. s. charitatis. Secūdo sicut vestis protegit corpus à frigore, calore, pluuia, & alijs incommodis, ita vestis charitatis animam protegit ne ignis iræ, aquæ luxuriæ, venti superbiæ, si modicum insurgant non tamen noceant. Et dicitur vestis nuptialis etiam ex duplici causa: primò quia Christus in suis nuptijs eam cõtexuit. nam in vltima cœna & in cruce nuptias fecit sicut Assuerus in. 3. anno regni sui. s. tẽpore gratiæ & legis euāgelicę vbi carnẽ suã pro pane & sanguinẽ pro vino apposuit vt reficeret totam familiam suã (sicut Darius rex persarū cœnã magnã fecit omnib⁹ vernaculis suis ab India vsq; Aethiopiã 127 prouincijs) angelos in cœlo eos reparando, homines in mundo eos redimendo, patres in limbo eos liberando, in istis nuptijs vestem charitatis cõtexuit dum diceret, Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicẽ, nō de pellibus animalium, nō de corticibus arborū vel herbarū, non de interioribus vermiū sed de interioribus suorū viscerū, & hoc quando præter infinita tormenta lateris apertione amor

rem

rem  
stis q  
terit,  
reci  
terro  
sti nō  
calẽ f  
desh  
dus n  
nec v  
erit il  
est &  
go ca  
poter  
mitte  
bitū  
nati.  
rib⁹ q  
væ vo  
Pecc  
tabel  
ijciẽt  
est ch  
porar  
culis  
ritate  
lus. N  
parar  
cut in  
anim  
tio &  
infr

rem cordis patefecit. Secundo dicitur nuptialis vestis quia sine ea nemo in caelestes nuptias intrare poterit, ideo in iudicio tam particulari quod unusquisque recipit in morte quam vniuersali rex faciens nuptias interrogabit peccatores, Amice quomodo huc intrasti non habes vestem nuptialem? O amice per fidem vocalem sed inimice per prauam operationem quomodo audes huc comparere in conspectu tantorum dominorum nunc non habes vestem candidam in baptismo susceptam nec vestem charitatis, &c. At ille obmutescet, quia non erit ibi locus negandi vel appellandi ubi Deus iudex est & testis, & in notorijs non cadit appellatio. Et ergo caretes tunc hac veste nuptiali ligatis manibus. i. potentia operatiua, & pedibus. i. potentia affectiua mittentur in tenebras exteriores, quia extra ambitum gratiae & diuinae misericordiae erunt omnes damnati, hic autem peccator adhuc est in tenebris exterioribus quia est adhuc in spe veniae, ibi erit fletus. Luc. 6. vae vobis qui ridetis quia flebitis. & stridor dentium. Peccator videbit & irascetur dentibus suis fremet & tabescet. glo. Ibi singula membra singulis paenis subiiciuntur, quia hic singulis vitijs seruiuerunt. ¶ Vinculum est charitas quo Deo fortiter coniungimur, incorporamur, vnus spiritus cum Deo efficimur & a vinculis demonum liberamur, quis nos separabit a charitate Dei gladius an fames, &c. quasi dicat apostolus. Nihil est tam forte ut hoc vinculum quod nos a Deo separare possit. Nam fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Cat. 8. glo. Sicut mors separat animam a corpore sic amor Dei a temporali amore. Emulatio & dilectio Dei est dura sicut infernus. i. cruciatus infernalis quia nullis hostium tetametis a nostris salutis cura

cura



cura verba Dei dilectio reuocari potest sed stabilis  
& inuariabilis manet sicut pœna infernalis nullis  
miserorum cruciatibus mitigatur nec à feueritate  
suæ sententiæ mutatur. O anima pone me ergo vt  
signaculum super cor tuū. s. per dilectionem, vt si-  
gnaculum super brachium tuum per virtuosam o-  
perationem. Etiam potest dici fortis vt mors. nam  
sicut videmus quosdam personas sibi inuicem aut  
creaturis adeo amore venereo aut alia inordinata  
cupiditate affectas vt nemo eas nisi mors separare  
valeat, ita nihil nos à Deo separare pōt nisi mors. i.  
mortale peccatū quod dicitur mors aīę. ¶ Scala est  
vnica qua in cœlum ascendimus habens multos gra-  
dus qui ponuntur. i. Cor. 13, vbi multę virtutes atq;  
media resistendi vitijs tangūtur. Caritas enim pa-  
tiens est, omnia suffert, non agit perperā, &c. Ecce  
habemus remedium charitatis contra iram, inui-  
diam, & impatientiam. Non inflatur, non est ambi-  
tiosa. contra superbiam & inanem gloriam. Non  
quærit quæ sua sunt, contra auaritiam & sollicitu-  
dinem temporalium. Benigna est. i. benefaciēs alijs  
per elemosynas & opera pietatis ac misericordiæ  
corporalia & spiritualia. Caritas nunquam exce-  
dit sed manet in gloria contra delectationes in gula  
& luxuria & mundanis rebus quæ solū apparen-  
tes sunt & momentaneæ quæ breuiter excidunt.  
¶ Forma est charitas quæ dat esse & viuere animæ.  
Nam sine charitate nemo viuut vera vita quæ est  
Christus. nam vita peccatorum non est vera vita sed  
mors & peccator est mortuus in anima, quare non  
meretur dici homo vel animal rationale nisi solūm  
quia habet figuram hominis sicut cadauer mortuū

non

non d  
dauen  
ralis s  
recef  
18. ¶  
pecca  
mortu  
defec  
ma de  
ritur  
tur &  
gustu  
tò vu  
prim  
uò lo  
mem  
rioru  
morit  
tra do  
cimo  
liter. I  
color  
sam c  
per co  
deoro  
bo co  
delec  
nient  
doctr  
diceb  
carne  
tem v

non dicitur homo. Mirum ergo quòd deflemus ca-  
daver & corpus à quo recessit forma & vita natu-  
ralis & non deflemus hominem peccatorem à quo  
recessit vera vita spiritualis quæ est per charitatem.

18. ¶ Peccator mortuus est. Eche. 18. Anima quæ  
peccauerit ipsa morietur. Peccator assimulatur  
mortuo triplici de causa, videlicet propter similem  
defectum. Similis enim est processus quando ani-  
ma deficit siue moritur spiritualiter & corpus mo-  
ritur naturaliter. Primò enim corpus distempera-  
tur & discriuiatur. Secundò infirmatur. Tertiò in  
gustu deficit. Quartò est defectio digestionis. Quin-  
tò vultus immutatio. Sextò inquietus somnus. Sep-  
timò fœtoris exaltatio & defectio anhelitus. Octa-  
uò loquelæ amissio. Nonò defectio pulsus. Decimò  
memoriæ & omnium sensuum interiorum & exte-  
riorum obtusio & defectio. Vndecimò peccator  
moritur per consensum. Duodecimò portatur ex-  
tra domum. Decimotertiò sepelitur in terra. De-  
cimoquartò à vermibus comeditur. ¶ Ita spiritua-  
liter. Primò anima distemperatur & indisponitur in  
colore per varias occurrentes tentationes & moro-  
sam cogitationem de peccato. Secundò infirmatur  
per concomitatem delectationē. ¶ Tertiò est gustus  
deordinatio quādo peccatores plus delectātur in cī-  
bo corrupto infecto & ad mortē disponēti, sicut est  
delectatio in carnalib<sup>9</sup> & mūdānis q̄ in sano & cōue-  
niente cibo sicut est panis eucharistiæ, panis sacræ  
doctrinæ & verbi Dei: hoc modo filij Israel Nu. 11.  
dicebāt māna cibo cœlesti spreto, quis dabit nobis  
carnes ad vescendum, recordamur piscium, in men-  
tem veniūt nobis cucumeres, pepones, cepe & allia.

Anima

Anima nostra arida est nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Hoc enim est efficax signū aliquem esse mortuū spiritualiter vel morti valde vicinum quando contemnit aut non delectatur in pane verbi Dei, nec in manna eucharistiæ. Quarto est defectio digestionis quando eger sumptum cibum licet bonū non potest retinere vel retentū digerere, hoc signū est mortis imminētis & ideo accidit ex defectu caloris naturalis & humidi radicalis. Sicut autē prima digestio fit in stomacho, secunda in epate, tertia in membris singulis digestiua virtute per calidū & humidū operante, sic spiritualiter cū deficit calor dilectionis Dei & proximi & humidū contritionis & deuotionis & digestio verbi Dei auditi deficit, signum est mortis spiritualis. Digestio verbi auditi debet esse triplex. Prima in stomacho memoriæ per iugem recordationem. Secunda in epate voluntatis per bonā affectionem ad verbum Dei audiendū & custodiendum. Tertia in membris singulis per debitam actionē atq; virtuosam operationem. Si fructuosē audire velis verbū Dei in principio sermonis Christi crucifixum accedes eum tanquam vicinum & amicum tuum petēdo ab eo tres panes sicut habetur. Luc. 11. In intellectu panē petes illuminationis vt intelligere & capere possis quæ dicentur. Secundō in memoria panem recordationis masticando, & frequenter reuoluēdo quæ à verbi Dei concionatore audieris. Tertiō in voluntate panem operationis vt. s. deinceps vita & operatio tua reguletur secundū sanā doctrinam factam Euangelij. Estote inquit Iaco. 1. factores verbi & non auditores tantū. De his præfatis in quibus deficit

dige

dige  
ferm  
gem  
phe  
da &  
legē  
resh  
res c  
alias  
pecc  
& sta  
riose  
dū &  
os, o  
limē  
quod  
ftia a  
uidi  
mnia  
mide  
biā o  
los in  
& vi  
ocul  
quor  
das h  
freq  
pede  
ad ar  
in vi  
exte  
fomi

digestio dicit Psal. Odisti disciplinam & proiecisti  
 sermones meos retrorsum & Esa. 5. Abiecerunt le-  
 gem domini exercituū & eloquiū sancti Israēl blas-  
 phemauerūt. Et amos 2. Super tribus sceleribus Iu-  
 da & super quartū nō conuertā eo quòd abiecerūt  
 legē domini. Quinto est vultus immuratio vt si na-  
 res habet acutas oculos concauos & caligantes, au-  
 res contractas & frigiditas, similiter pedes frigidus &  
 alias corporis extremitates. Sic spiritualiter primò  
 peccator nares habet acutas, qui relictis his quæ eū  
 & statum eius concernunt aliorū vias & facta cu-  
 riosè perscrutatur & facilius est ad malè suspican-  
 dū & indicandū atq; taxandū defect⁹ aliorū q̄, p̄pri-  
 os, oculos & cōcauatos caligātes habem⁹ quādo ocu-  
 limētis & affectus adeò in istis terrenis sunt defixi  
 quòd de spiritualibus nō cogitamus nec ad cœle-  
 stia aspiramus, luscios & distortos habēt oculos in-  
 uidi qui bona proximorū videre nequeūt & qui om-  
 nia vident⁹ & interpretātur in sinistrā partem, tu-  
 midos habēt oculos atq; elatos qui alios per super-  
 biā contēdunt, rubeos & sanguinolentos habēt ocu-  
 los iracundi qui alios opprimūt sanguinē fundunt  
 & vindictā querūt, infollatos & profundos habēt  
 oculos qui p̄funde cogitāt & querūt diuersa media  
 quomodo p̄ximis noceāt, aures cōtractas & frigi-  
 das habēt q̄ dulcedine spūs Dei aliquotiens tacti &  
 frequēter pulsati modis q̄bus suprā obedire nolūt,  
 pedes etiā frigidus & cōgelatos habēt q̄ pigri sunt  
 ad ambulandū in via mandatorū Dei & de virtute  
 in virtutē, man⁹ rigidas habēt q̄ eas ad pauperes nō  
 extendūt nec opera miæ faciunt. Sexto inquietus  
 somnus & nō congruo tpe sumpt⁹ est signū mortis,  
 dicitur

dicitur namque somnus esse laudabilis quando nec nocte effugit nec die impedit, dormiunt autem non congruo tempore qui die dormiunt & nocte vigiliant & sic noctem vertunt in diem. Ille ergo dormit indubito tempore & in die per quem poenitens vita & tempus poenitentiae designatur qui dum sanus est & in praesenti tempore non cogitat de salute animae & de futura vita. Surge ergo o peccator qui iam dormis & ocio torpes in hoc somno vitiorum, exurge a mortuis per veram poenitentiam & illuminabit te Christus. ad Ephe. 5. & Esa. 29. Sicut somniat esuriens quod comederit cum expergifactus fuerit vacua est anima eius. Ita etiam est de auaritis qui semper de diuitijs somniant siue cogitant, similiter superbi dormiunt somno cupiditatis, honoris, dignitatis, & laudis humanae, gulosi de esca & potu, luxuriosi de venereis somniant, iuuidi de vindicta, &c. Hi expergifacti erunt quando dominus tonabit & pulsabit. O stulte hac nocte morieris & daemones animam tuam repetent & quando emittet illam tubalem vocem. Surgite mortui venite ad iudicium, & discedite a me, &c. Septimo foetoris exaltatio signum est mortis, quando enim foetet egrotus & defoedat se signum est quod corpus resoluitur. Sic spiritualiter diffusio infamiae & impudentia peccandi signum est damnationis. Hiere. 6. dicitur de talibus. Confusi sunt quia abominationem fecerunt quinimo confusione non sunt confusi & erubescere nescuerunt. Nam cum vir honeste vitae & morum non veretur in infirmitate nudari signum est mortis, sic quando peccator non curat de sua infamia pessimum est signum. Prouer. 2. Quorum viae peruerbiae & infames gressus

fus  
dur  
mo  
ru  
q  
tes  
nun  
defe  
mor  
rat p  
men  
boni  
dam  
rebu  
ibi e  
pote  
vt no  
spera  
mine  
amif  
cator  
Eccle  
fiteb  
laus i  
te do  
ex yd  
na: na  
plure  
trista  
suade  
panis  
illis sa

fus eorum. & Ioan. 11. Domine iam foetet. Similiter dum peccator seipsum defedat & alios signum est mortis, quod fit quando turpitudinem scelerum suorum alijs detegit & gloriatur cum malefecerit.

¶ Insuper anhelitus defectio est signum. vnde volentes scire de aliquo an vivat an mortuus sit superponunt plumam ori eius quæ si non moueatur propter defectum anhelitus & inspirationis iudicatur talis mortuus. Ita mortuus est spiritualiter qui non aspirat per desiderium gratiam spiritus sancti & sacramentorum administrationem, nec respirat aërem boni exempli aut sanctorum verborum, sicut quidam egroti nihil loquuntur nisi de diuitijs aut alijs rebus quibus prius in vita occupati fuerunt, & est ibi eorum cor vbi est eorum thesaurus, de his dici potest illud. 4. Reg. 17. Erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus, hoc est peccatum desperationis præcipuè de quo Prouer. 11. Mortuo homine impio non erit vltra spes. ¶ Octauo loquelæ amissio malum signum est. Sicut quando peccator perdit verbum confessionis & diem laudis. Eccl' i. 17. Ante mortem cõfiteri sanus & viuus confiteberis & laudabis Deum, Eccl' i. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Non enim mortui laudabunt te domine. hic notari potest qualiter cognoscitur quis ex ydeomate suo de qua patria sit cœlesti vel terrena: nã ex abundantia cordis os loquitur. Tales sunt plures etiam egroti corporaliter & spiritualiter qui tristantur & se viciniore morti estimant quando eis suadetur à medicis vel amicis confessio facienda & panis viaticus eucharistiæ sumendus, cum tamen illis sacramentis & sacramento extremæ vnctionis

reuerenter susceptis tantò ille robustior atq; magis animatus fit in anima & corpore. Accidit etiam nõnunquam punitione diuina quòd quidam peccatores in infirmitate verè loquelam amittunt & apoplexia vel alio morbo caduco tanguntur quia grauius prius lingua deliquerunt de quo nõ poenitentur detractationibus, blasphemijs, gula, luxuria, &c. & cõsimiliter alij in alijs mēbris quibus abusi sunt puniuntur temporaliter & æternaliter. Nonum signum est cessatio pulsus & defectio tactus. vnde tactus inter omnes sensus est homini maximè necessarius sine quo etiam homo non potest viuere vt dicitur. 2. de anima & est primus in via generationis & vltimus in via resolutionis. sic spiritualiter signum est mortis quantumcunq; quidam verberibus atq; plagis diuersis à Deo percutiuntur, adeò obdurati & excæcati manent quòd nec verbis neq; verberibus corriguntur neq; emendantur sed magis obstinati animi fiunt habentes cor non carneum sed potius lapideum, de talibus potest dici illud. 1. Reg. 25. Indicauit Abigail Nabal oĩa verba quæ audierat à Dauid & emortuū est cor eius intrinsecus & factus est quasi lapis. Pulsus etiã inæqualitas est signum periculofum, Pulsus enim secundū medicos est motus cordis in artereis resultans quæ à corde incipiūt aërem continentes spiritumq; vitalē, & est inæqualis quando percussio variatur siue in quantitate quando. s. modo magnº nũc paruº existit, siue in motu vt nũc velox nũc tardº, spissus vel rarus. Pulsus iste significat affectionē humani cordis, varietas pulsus in constantiã notat, hæc est mulier vaga quietis impatientis, &c. de qua Prou. 7. Hi sunt qui ad tps credūt &

in

in t  
bin  
are  
er  
cor  
pot  
obr  
diu  
de c  
& d  
sum  
sens  
latio  
nec  
uiss  
prau  
con  
vnic  
gatu  
bus  
sepe  
ra ve  
refu  
dine  
Aug  
fit n  
mor  
tauit  
sepu  
ciant  
ficile  
nis e

in tempore tētationis recedunt, isti sunt nebulę tur-  
 binibus agitate, hi radices nō habēt ædificant super  
 arenā maris, hic affectus quietus esse non pōt, nulla  
 enim creatura satiari pōt peccatoris appetitū: nam  
 cor impij est quasi mare feruēs quod quiescere non  
 potest. Esaię 57. Decimum signum est memorię  
 obtusio, sic spiritualiter diuina beneficia obliuiscēs  
 diuina iudicia, diuina pręmia signū est damnatiōis,  
 de quibus Psal. Non est in morte qui memor sit tui,  
 & obliuioi datus sum tanq̄ mortuus à corde, obliu-  
 sunt Deū qui saluauit eos. Similiter defectio aliorū  
 sensuū quando non gustat dulcedinē diuinę conso-  
 lationis, nec audit verbū doctrinę & increpationis,  
 nec videt pericula in quibus existit, neq; futura no-  
 uissima, neq; olfactu discernit inter bonū odorē &  
 prauum. Vndecimō homo moritur per plenum  
 consensum. Duodecimō defertur extra domum  
 vnionem ecclesię & congregationē iustorū & elon-  
 gatur à Deo & omnibus sanctis & etiam ab homini-  
 bus per culpę suę abhominatiōē. Decimotertiō  
 sepelitur per malam consuetudinem, sicut enim ter-  
 ra vel lapis suppositus onerat & opprimit corpus vt  
 resurgere non valeat etiā si possit, ita mala consuetu-  
 dine trahitur & tenetur etiam inuitus animus teste  
 Aug. 8. confes. c. 5. Dum consuetudini nō resistitur  
 fit necessitas. vndē singulariter hoc notat Grego. 4.  
 moraliū. c. 75. quōd Christus tres mortuos resusci-  
 tauit puellā in domo, iuuenem in porta, Lazarū in  
 sepulchro, quartum verò mortuum discipulo nun-  
 ciante cognoscit sed eum non suscitāt, qui aualde dif-  
 ficile est vt is quem post vsum malę consuetudi-  
 nis etiam ad vltimum adulantium linguę excipiunt



à mentis suæ morte reuocetur, de quo etiã bene dicitur Luc. 9. Sinite mortuos sepelire mortuos. Mortui enim mortuos sepeliunt cum peccatores peccatorem fauoribus præmunt. Erat autẽ Lazarus mortuus sed non à mortuis sepultus sed à fidelibus mulieribus. Item sicut nobilibus & diuitibus fiunt sepulchra honestissima de marmore cum tumba sculpta, cum picturis, armis & figuris. &c. & cum solennitate mortui ad sepulchrũ deducuntur, quorum tamen animæ nonnunquam in inferno sepeliuntur, ita istis magnis & potentibus peccatoribus mortuis per peccatum faciunt adulatores sepulchra dealbata & depicta palliantes. s. & ornates, excusantes, imò commendates eorum grauias scelera, & fit quandoque illis peccatoribus honor cum applausu quodã & laude cum aliquod grande nephandum facinus commiserint & nouam adinventionem in opprimendo infantes, excoriando diuersis iniustis exactiõibus subditos & miseros sollerter inuenerint, laudatur peccator in desiderijs animę suę & iniquus benedicatur Psal. 9. Decimo quarto & vltimò corpus mortuum à vermibus cõsumitur Eccl. i. 10. Homo cum mortuus fuerit hæreditabit serpentes, bestias & vermes. & vt dicitur à quibusdam, mortuo homine de cerebro eius nascitur bufo, de renibus serpens, de ventre lumbrici, vermes de carne, de ligna astobabus. Ita mens priuata vita gratiæ à verme conscientiæ qui in æternum non extinguetur desperationis & finalis impœnitentiæ corroditur & mordetur & à serpentibus & vermibus infernalibus horrendæ cruciatur. Hæc puncta si memoriè recordantur conferunt vt non minus mortem animæ

ma  
à p  
ro  
cu  
Qu  
pul  
ris  
mir  
retr  
men  
la fo  
cũm  
erge  
duc  
frã a  
citur  
ex p  
dum  
in co  
per p  
lem  
gidu  
mili  
perb  
odiu  
tidar  
nem  
dera  
mor  
quæ  
catis  
mou

mæ (quæ plus est quàm corpus) horrescamus, & vt à peccatis mortalibus tanquam à veneno mortifero caueamus cum peccatoribus non magis quàm cum cadaueribus mortuis commerciũ habeamus. Quis quæso in lecto hominis mortui, videlicet in se pulchro vbi cadauer alicuius pulcherrimæ mulieris quiescit & horribiliter foetet vna vellet nocte dormire, quare ergo in cubiculo cõcubine tuæ aut meretrices multis noctibus quiescere & cum ea commercium habere non formidas, magis enim iam illa foetet & consimiliter tu secundum animam quàm cum in lecto sepulchri ad decem dies iacuerit. patet ergo ex dictis pũctis (quorum meditatio etiã con- ducit vt mortem naturalem timeamus de qua infra aliqua tangam) quod conuenienter peccator dicitur mortuus aut morti vicinus, & peccatũ mors exprima causa, videlicet propter consimilem modum deficiendi, sic enim intrat in animã sicut mors in corpus. Rom. 5. Peccatum intrat in mundum & per peccatum mors. Secunda causa est propter similem effectum. Mors namq; facit corpus rigidũ, frigidum, horrendum, terreum atq; ponderosum. Similiter peccatum mortale facit animam rigidam, superbam & inobedientem ad Deum, frigidam per odium fraternum & exclusionẽ ignis charitatis, foetidam per luxuriam cum creaturis atq; fornicationem cum dæmonibus, putridam per gulæ immoderantiam, terream per auaritiam, &c. Item sicut mortuus ambulare nequit non gustat neq; videt nõ quærit nisi terram vt ibi hospitetur, sic anima peccatis mortua nõ valet ambulare nec vnum quidem mouere membrum. s. ad merendum vel satisfaciendum

dum tendit ad terrā tenebrosam ubi nullus ordo sed  
sempiternus horror inhabitat quia hic in terra & te-  
nebris vitiorū iacuit. Tertia causa propter similem  
aspectum, quantumcunq; enim fuerit homo formo-  
sus, gracilis, amabilis & delicat<sup>o</sup>, omnibusq; gratus,  
post mortem tamen turpissimus erit horribilis fœ-  
rens abhominabilis à cōmunionē hominū & omni  
societate pristina separandus. Sic aīa quę ex natura  
& creatione sua nobilis & pulchra est creatura &  
veste charitatis ornata longe adhuc magis decora  
Deo, angelis & omnibus sanctis grata. Can. 4. Tota  
pulchra es amica mea formosa mea sponsa & macu-  
la nō est in te, sed per peccatum spoliatur gratuitis &  
vulneratur in naturalibus fit turpissima fœtida &  
abhominabilis, denigrata est facies eorū sup. peccas-  
torum super carbones & non sunt cogniti in plateis  
Thre. 4. Item tandē per peccatū aīa misera Deo &  
omnibus sanctis odibilis separatur diuortio perpe-  
tuo à communionē fidelium ab amicitia Dei & an-  
gelorum Prou. 14. Miseros facit populos peccatum  
& dementes. Fatuissimus enim esset operarius illæ  
qui difficillimis laboribus diuersis periculis se expo-  
nendo se fatigaret, & tamen nihil stipendij in fine re-  
portaret. O quot varijs periculis se exponunt pecca-  
tores laboribus quoq; inexplicabilibus pro modica  
delectatione vanitate & re tēporali consequenda se  
fatigātes. Et qđ qđso erit eorū stipendiū certę mortis  
supplicij & infernale suspendiū ad Ro. 6. Stipendia  
pcti mors sup. æterna, à qua nos p̄seruare dignetur  
qđ vt eam deleret crucis mortē pro nobis sustinuit.

*¶ Decimus nonus, de nocuentis peccati mortalis*  
Gerson in 2. parte operis sui ponit quosdā malos  
effectus

effectus atq; nocumenta peccati mortalis. Primò  
 namq; naturalia vulnerat quod significatur in illo  
 qui descendens ab Hierusalē in Hierico incidit in la-  
 trones Lucæ 10. conuenienter ille homo est Adam  
 & quilibet peccator. Adam enim descendit de Hie-  
 rusalē .i. statu innocentie & peccator de statu gra-  
 tie in statū culpæ & miserie qui expoliatus est veste  
 innocetie & charitatis à latronibus infernalibus &  
 vulneratus in aīa in omnibus eius potentijs in intel-  
 lectu per ignorantia, in voluntate per malitiam, in  
 memoria per obliuionem, & dimiserūt eum sic sub-  
 iectum peccato ferè sex milibus annorū clamando  
 semper in limbo illud Esa. 64. Vtinā dirū peres cœ-  
 lum & venires quousq; tollitis animas nostras, veni  
 domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ.  
 Sana me domine quoniā infirmus sum & valde vul-  
 neratus, & non fuit aliquis medicus nec herba quę  
 posset eum sanare. Venit quidam magnus sacerdos  
 .f. Moyses & non potuit infirmū sanare. Pōst venit  
 Leuita & prophetę qui etiam eum vulneratū & in-  
 firmum reliquerunt. Tertiò in tēpore gratie & le-  
 gis euāgelicę venit Samaritanus qui interpretatur  
 custos. .f. Christus. Nisi enim iste samaritanus siue  
 custos custodierit ciuitatem conscientie frustra vi-  
 gilat qui custodit eam, & per hunc natura humana  
 & nos omnes in Adam per originale & propria vo-  
 luntate per actuale vulnerati sanati sumus. Septē ef-  
 ficaces speciales atq; preciosissimas medicinas, vide-  
 licet. 7. sacramenta ordinauit iste medicus vt hoīem  
 conuenienter sanaret & diuersos morbos atq; pec-  
 catorum radices multiplices extirparet quę medi-  
 cine fluxerūt tanq̄ balsamū nobilissimū ex aperto

torde & benedictis vulneribus Christi Iesu qui in monte caluariæ hoc scaturiens sanguinolentum balneum ordinauit & piscinam probaticam habentem 5. porticus vulnerum per quos fit ingressus ad regnum cœlorum vt omnes paralitici, leprosi, ydropici, cæci, claudi, aridi atq; diuersis morbis infecti ibidem se balnearent (sanguis enim sufficiens est quæ non per guttas sed per vndas effusus) & oēs morbos atq; vitiorū sordes abstergerent. Nam vt dicitur Apo. I. Dilexit nos Christus valde ardentem & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. vbi glo. Sola dilectione sua & non meritis nostris nos lauit à peccatis originalibus & actualibus in sanguine suo quia sacramentum baptismi quo deletur originale, & pœnitentiæ quo deletur actuale, consimiliter & omnia alia sacramenta suam habent efficaciam & virtutem sanandi à passione Christi & per consequens etiã vt suprâ dixi si quæ bona facimus vt nobis meritoria atq; satisfactoria esse possint non à nobis sed à virtute incarnationis & passionis Christi provenire censebimus. Per baptismum originale sanat qui fundatus est & virtutem habet atq; representatur per aquam de latere Christi effluentem. Pœnitentia actualis sanat & est fundata super fletum Christi & eius pœnitentia. Matrimonium sanat carnalem concupiscentiam & representatur per fixationem corporis Christi ad lignum crucis. Vir namque adhæret vxori & sunt vna caro. Representari etiam potest per circumcisionem Christi quæ tamen aptius significat remedium & medicinam contra originale. Extrema vntio veniale sanat & representatur in hoc quod Christus sanguine suo inunctus fuit atq; etiam vnguento

guento à deuotis mulierib<sup>9</sup>. Confirmatio sanat ob-  
 scuritatē & dat robur animæ, & significari potest  
 per alapā illā tyrannicā quā Christus in domo An-  
 næ suscepit quæ tam vehemens erat vt dicit Bona.  
 quod ex dentibus & narib<sup>9</sup> sanguis profluebat, vel  
 representatur in hoc quòd Christus spòtē se obtulit  
 ad crucifigendū. Ordo sanat ignoratiā & figura-  
 tur in coronatione sacerdotis, nam ipsi coronam ha-  
 bent in signū coronatiōis summi sacerdotis Christi  
 Iesu. Sacramentum panis eucharistię sanat esuriē &  
 extinguit sitim atque appetitū terrenorū quod no-  
 tatur sicut & institutū est in vltimā cœna domini, &  
 etiam in potatiōe Christi felle & aceto & sanguinis  
 effusione & iste samaritanus duxit nos in domū suā  
 in ecclesiā. s. militantē vbi simplices reficiuntur pane  
 eucharistię & pane verbi Dei. Et iste samaritanus  
 siue medicus fuit nobis appropians in sua incarna-  
 tione mirifica, & in passione alligauit vulnera pecca-  
 torum nostrorū infundēs oleum misericordię cum  
 vino iustitię, & altera die. s. post resurrectionē suā  
 dedit stabulario, id est, cuilibet apostolo & sacerdoti  
 duos denarios, id est, intelligentiam noui & veteris  
 testamenti, quia aperuit illis sensum vt intelligerent  
 scripturas, & eis ac alijs sacerdotibus curā pœniten-  
 tium commendauit promittēs pro salario vitā æter-  
 nam, vel duos denarios dedit, id est, duas clauēs de  
 quibus suprā. Sacerdos & leuita pertransētes apsq;  
 misericordia sunt ecclesię mali ministri, curantes so-  
 lummodo de leuatione pecunię & non de sanatiōe  
 culpæ. Similiter oēs prælati qui suos subditos exem-  
 plo vitæ & doctrinæ non sanant quinimo perditis  
 suis moribus vulnerāt & occidūt. Patet ergo quo-

modo mortale peccatū vulnerat naturalia. Secundō  
vt inquit Gerson intellectū obscurat in cognitione  
veri & effectum tepescere facit in opere bono. Ter-  
tiō gratuitis spoliat ne tamen aliquod bonū pereat  
bona opera quæ quis peccando mortificat alijs iu-  
xta dispensationē Dei elargientur saluandis si ipse  
non resurgat. Quartō animā maculat, ad poenā eter-  
nam obligat, conscientia amaricat, cor indurat. Itē  
insensibilem quasi reddit hominem exemplo canis  
submergendi qui lapidem in collo suo non sentit  
quādo portatur vt submergatur donec ab eo in fun-  
dum aquæ trahitur, ita multi peccatores nō sentiūt  
molē & onus peccatorū donec in profundū abissi  
infernalis molæ culpæ submersi & detracti fuerint.  
Item animam occidit, quia vita vera quæ Deus est  
priuat, ad alia peccata trahit iuxta verbum Grego.  
Peccatum quod per poenitentia non diluitur mox  
suo pondere ad aliud trahit. Bona q̄ in peccatis sūt  
reddit infructuosa quantū ad meritū & premiū. In-  
fernū facit hoīem: nam in peccatore est ignis auari-  
tiæ, foetor luxuriæ, tenebrę ignorantia, vermis con-  
scientia, sitis concupiscentia, & dæmones per effe-  
ctum, &c. Vacuū reddit hoīem & meritō, quia mun-  
do adhærentes sugunt vbera arida. Fallendo deci-  
pit sicut esca in hamo decipit pisces & laqueus pen-  
natorū aues. Stultū reddit hoīem in hoc quod ser-  
uit peccator illi .i. diabolo qui eum torquere quæ-  
rit congregando supra se fasciculos auaritiæ, luxu-  
riæ & cæterorū vitiorū in quibus tandē æternaliter  
ardebit. Nōne sapientissimus ille Salomon cū in  
senectute cor eius cōcupiscentijs & vitijs depraua-  
rum esset fatuus & bestialis effectus est, adeo quod  
bestias

bestias & lapides adorauit, idola & Deos vxorum suarum. similiter Nabu. & sic de infinitis alijs. Nam stultorū infinitus est numerus. Ecc'l'i. 1. Itē de libero seruū facit. Iob. 8. Qui picium facit seruus est pici. Maledictionē æternā adducit, honorē, famā & oīa bona abducit. Est oppugnatiuū meriti Christi. Pœnitētiæ sacramentalis frustratiuum. Qui enim baptizatur à mortuo & iterū tangit mortuum quid prodest lotio eius, vndē melius esset peccatorib<sup>9</sup> viā iustitiæ nō cognoscere q̄ post agnitionem retrorsum cōuerti. 1. Pet. 2. Plura alia incommoda adduci possent quæ causā breuitatis omitto hic, prædicta sufficiētia sunt quorū quodlibet meritō retrahere nos deberet ne tā faciliter mortale aliq̄d cōmitteremus.

*¶ Vice simus, incitamenta ad amorē proximi. 5. sunt.*

1. ¶ Christi exemplū. Primò nos excitare debet ad proximorū dilectionē. Oīs enim Christi actio nostra est instructio, ipse enim nos omnes cordialiter dilexit etiā inimicos, quia vt dicitur Hieremiæ 12. Dedit dilectam animam suam in manus inimicorum suorum. Et nos omnes cū adhuc inimici essemus dilexit. Quomodo autem & quā ardentē nos dilexit dixi suprā. Diligamus ergo nos inuicē sicut Christus dilexit nos, non verbo neq; lingua sed opere & veritate. Et licet alijs maiores sim<sup>9</sup> & meliores in æstimatione hoīm non tamen proximum despiciamus quem ita charum Christus habuit quòd pro eius redemptione mori voluit.

2. ¶ Scriptura sacra in tam diuersis locis ad dilectionem proximi nos hortatur. Lucæ 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum, & diligetis aduenam quasi vosmetipsos & omnem proximū tuum sicut teipsum



teipsum sicut dicitur Matth. 22. Et hoc fuit speciale  
memoriale & testamentū qđ nobis Christus ab hoc  
seculo decedēs reliquit, dāns videlicet mandatū no  
uū vt diligam<sup>9</sup> inuicē qđ ita ardens ille proximorū  
amator discipulus quē diligebat Iesus cordi semper  
postea impressit, vt patet præcipuē in epistolis primę  
canonicę suę vt nunquā proximū odio habuerit sed  
omnes dilexit & ad charitatē semper hortatus est.  
Vndē cū senectam attigisset & nonaginta annorū  
portatus inter discipulorū suorū manus vix verba  
valens præ debilitate proferre ad quamlibet pausam  
eos ad amorē hortabatur dicēs. Filioli diligite alter  
utrum. Tandem discipulis & alijs qui affectuosē il  
lud verbum præsentēs audierāt, interrogantibus de  
causa tam frequētis eiusdē verbi reiteratiōis respon  
dit hoc vnicū esse saluatoris præceptū in vltimo suo  
testamento ei relictum quos omnibus ad salutē con  
ducit & sufficit. hoc namque præceptū clarū siue lu  
cidum erat ne fortē quis diceret se nō posse capere.  
datum enim erat ab eo qui est lux vera. breue est ne  
quis dicat tēdet me legere. vtile etiā debuit esse hoc  
præceptum illius qui ad hoc venerat vt se totum in  
vtilitatem nostrā expenderet. hinc Hieron. O mirā  
Dei clementiā & amorē præmiū nobis pollicetur si  
nos mutuō diligamus & si nobis ea præstemus inui  
cem quibus inuicē indigemus. Quare ergo nos su  
perbo simul & ingrato animo ei renitimur ei cuius  
imperium beneficiū est. Nemo se ergo ab hoc pcepto  
excuset quia vtile, iocundū & leue est vt suprā dixi.  
Ideo dicit saluator Matth. 11. Iugū meū suauē est &  
onus meum leue. & Deut. 3. Mandatum hoc quod  
ego præcipio tibi hodie non est supra te. ¶ 3. Amor  
aliorum

aliorum animalium præcipuè eiusdem speciei nos excitare debet vt inuicem diligamus ne magis irrationabiles & duriores simus brutis. nam vt dicitur Eccl'i. 13. Omne animal diligit simile sibi. Si lupus lupum non comedat, nec leo leonem deuoret, neq; serpens ac quæuis alia etiam ferocissima animalia suam ferocitatem in alia eiusdem naturæ exercent, quod de hoïe quæso dicemus nisi quòd lupo ferocior est, dracone, leone & serpente crudelior, nam homines seinuicem defraudant, vulnerât, atq; interimunt: cetera autem animantia seinuicem quantum possunt inesse conseruant. 4. ¶ Fraternalitas duplex, naturalis. s. & spiritualis quæ est inter omnes homines excitamentû vt omnes seinuicem diligant. de prima dicit Aug. lib. de doctrina christiana. Si putamus non esse proximos nisi qui de eiusdem parentibus nascuntur. Adam & Euam intendamus & omnes fratres sumus. Malachię. 2. Nunquid non vnus est pater omniû vestrû, quare ergo despicit vnusquisq; vestrum fratrem suum. Voluit quidem Deus vnum hominem primò formare ex quo omnes procederent, vt tanquã fratres omnes homines se amarent. Non sic legimus factum in angelis vel brutis. De secunda. s. spirituali fraternitate dicit Aug. li. de disciplina christiana. Omnes quidẽ fratres secundum quòd homines sumus, quanta magis secundum quòd christiani sumus. Ad id quòd homo es vnus pater fuit Adam, vna mater fuit Eua & terra. Ad id quod christianus vnus pater est Deus, vna mater ecclesia. Hæc fraternitas tantò est melior fraternitate naturali, quantò meliorem habet patrem Deum. nam vt dicitur Matth. 23. Vnus est pater vester

ster qui in cœlis est. Ideo in oratiōe Dominica quæ  
tidie ab omnibus christifidelibus dicenda oramus.  
Pater noster, quæ est oratio inter ceteras maximè  
efficaciæ, & ab omnib<sup>9</sup> præligēda, & hoc ex triplici  
causa secundū Ricar. in 4. di. 15. a. 4. Primò ex auto  
ris dignitate, quia Christus eam confecit & discipu  
los docuit. Matth. 6. Secūdò propter sententiosam  
eius breuitatem. Tertia causa est petitorū utilitas.  
Nam oīa quæ desiderare & orare debemus in hac  
oratione continentur, vide Aug. ad probā licet alia  
verba dicamus orando, nihil aliud tamen dicimus  
quàm quod in hac oratione positum est si rectè &  
congruenter oremus vbi oīa recto & debito ordine  
posita sunt quo petere aliquid debemus vt obtinea  
mus. De illa oratione deuota Dominica & eius in  
tellectu atq; expositione succincta videre poteris in  
quodā libello quē pro simplicibus collegi. Et notan  
ter dicimus in hac oratione, Pater noster non pater  
meus, quia vt inquit Cypria. de oratione Dominica  
pacis & veritatis magister qui est pater omniū voluit  
vt etiam oratio nostra communis sit. & teste Augu.  
monentur hic diuites & nobiles non superbire mi  
noribus. Non enim possunt verè dicere pater no  
ster, nisi fratres, ideo in sermonibus & doctrinis no  
stris omnes excitare & nominare debemus fratres  
nostros, quia veri fratres sumus & æternaliter spe  
ro erimus quantū ad principiū, quia omnes à Deo  
creati, ab Adam descendimus & ex terra venimus,  
quantum ad medium, quia omnes breuis & insta  
bilis vitæ & militiæ est vita omnium nostrum super  
terram atq; peregrinatio quantum ad finem, quia o  
mnes morimur & quasi aqua in terram dilabimur  
quæ

que non reuertitur. 2. Reg. 14. & quantum ad vitæ terminū quia oēs in cinerē reuertemur & post terminū vitæ, oēs enim antetribunal Christi stabimus, recipientes que in corpore gessimus bonavel mala.

5. ¶ Vtilitas sequens ex hac fraterna Christianorū dilectione & damnum quod facit odium fraternum nos ad christianorū amorē incitare debent Eccl' i. 4. Melius est duos esse simul q̄ vnū, habēt enim emolumentum societatis suæ & illa emolumenta sunt plura, vnum est resistentia & victoria inimicorū. vnde subditur. Si quis præualuerit contra vnum duo resistent. Nam vt dicitur prouer. 18. frater qui iuuatur à fratre est quasi ciuitas firma. Secundū bonum est à casu releuatio, ideo dicitur si vnus ceciderit ab altero fulcietur: nā multi p̄ctōres facilius ex casu & fouea vitiorū resurgūt si proximosvt fratres habeāt qui suis deuotis precibus & subsidio eos erigere curant, & quia fratres nostri in imū loci infernalis siue purgatorij tanq̄ captiui & desolati ceciderūt lamentabiliter clamantes ad nos fratres suos. Miseremini mei saltē vos amici & fratres mei. Ideo hortor vos oēs fratres meos vt illorū fratrum nostrorū nō simus immemores sed in missis, sermonibus, elemosynis studijs, & omnibus pijs nostris operibus eos participes efficiamus in vim satisfactiōis quæ dā certa pœnitentiæ opera singulis diebus aut septimanis eis applicando & sic à pœna & cruciatu horribili quæ omnium martyrum & Christi etiā passionē longē antecellit eripiamus, sicuti nobis in simili captiuitatis & miseriæ statu vellem⁹ fieri quemadmodū & nobis etiā ab alijs fiet. De hoc alibi. c. 16. Damnū maximū efficit odiū fraternū. Fit enim diuisio membrorum eiusdem

✠ eiusdem corporis. Saluator tamen multū rogat pro vnitate corporis ecclesiæ. Ioan. 17. Pater ser. ceterua eos in nomine meo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut & nos quantum malum efficiat in ecclesia Dei prælatorum discordia, in monasterijs fraternale ordium, in communitatibus seditio atq; diuersitas, ne mo facile verbis explicare poterit vt oculariter pro nostro quo in nonnullis locis expertus sum & vidi. Qualiter autem proximos præcipuè inimicos diligere tenemur & eis signa rancoris remittere dixi supra in .2. c. de ira. Debemus namq; proximos vt nos ipsos diligere. i. ad idem bonum. s. gratiam in præfenti & gloriam in futuro. Et iterum vt proximis faciamus id quod nobis vellemus fieri, vel tercio eos diligam⁹ sicut nos ipsos. s. in Deo & propter Deum. Modus namq; diligendi proximos esse debet conformis amor sicut Christus dilexit nos.

¶ *Vicesimus primus. Modi amandi proximos quibus  
Christus dilexit nos sunt. 5.*

1. ¶ Amore gratuito primò Christus nos dilexit non præcedentibus meritis nostris. 1. Ioannis. 4. In hoc est charitas Dei non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Non sic faciunt qui nolunt amare nisi eos à quibus se primò cognouerint amari & à quibus commoda consequuntur & dicuntur amici mensæ atque coquinæ, Matt. 5. Si diligatis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis nōne & publicani hoc faciunt.

2. ¶ Amore discreto proximos diligere debemus quo & Christus nos dilexit, quod fit quando personas quis amat & vitia persequitur, nec sic personis condescendit quòd vitij implicetur. ad Roman. 13.

Dilectio proximali non operatur. Audi oro doctum illum philosophum Tullium de amicitia. Nulla inquit est excusatio si amicitiae causa peccaueris. Nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit difficile est amicitiam manere si virtute defeceris. 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille animam suam pro nobis posuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere, debemus etiam amare proximum ut amemus quae ipsius sunt. Deut. 22. Non videbis bouem & ouem fratris errantem & praeteribis sed reduces fratri tuo. 3. ¶ Amore recto dilexit nos Christus non propter utilitatem suam ut a nobis aliquid acciperet, bonorum enim nostrorum non indiget, sed propter utilitatem nostram. nam ut Seneca in epistola quadam testatur, Amicus qui utilitatis causa assumptus est tãdiu placebit quamdiu utilis erit, & Aug. ad macedo. 3. Vera amicitia non pensanda est temporalibus comodis sed amore gratuito portanda. & Ambros. Amicitia virtus est non quaestus. & Hiero. In amicis non res quaeritur sed voluntas. Amor etiam erga proximos rectus esse debet & honestus non carnalis neque sensualis causa delectationis aut libidinis dicimus quidem diligere proximos sed magis mulieres quam viros & hic plerumque non rectus amor sed obliquus & libidinosus existit. 4. ¶ Fructuoso amore diligere debemus inuicem ut proximus realiter aliquem fructum ex nostro erga eum amore percipere possit, hoc suadet autor & praecipuus charitatis amator atque virginis gloriose custos dicens. Filioli non diligamus verbo neque lingua sed opere & veritate. 1. Ioan. 3. nam teste Greg. in morali. Probatio dilectionis est exhibitio

operis, si ergo tempore frigido, tempore belli aut pestis videmus fratrem necessitatē pati licet non extremam aut omnino arctam sed notabilem & magnam miseriam & non curemus eius subleuare inopiam atq; miseriam & necessitati subuenire, quemadmodum in consimili anxietate & periculo nobis constitutis fieri vellemus non est ille fructuosus amor erga proximum nec charitas realis sed solum verbalis, non sic Christus nos dilexit, sed quomodo quæso nos dilexit. Primò quidem verbaliter. scilicet nos vtiliter instruendo. Esa. 48. Ego sum dominus Deus tuus docens te vtilia. Secundò præcordialiter animam suam pro nobis ponendo & cor eius aperiendo ut ibi latitando nos protegere possimus ab umbra siue tentatione accipitris diaboli qui tanquam leo rugiens indies nos circuit quærens quē capiat & deuoret. Tertio ardentem ut supra patuit ex. 4. signis. Quarto realiter bonis omnibus nos ditando. Iaco. 1. Omne datum optimū & omne donū perfectū de sursum est descendens à patre luminū. 5. ¶ Perseueranti amore debemus proximos diligere sicuti & Christus nos dilexit. Ioan. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo vsq; in finē dilexit eos. & Matth. vlti. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi. Sic amare debemus proximum perseueranter. nonnulli proximos quosdam diligunt tempore felicitatis & sanitatis, sed in aduersitatibus tpe infirmitatis atq; post mortem eorū nō recordantur sicuti vulgo dici solent inter scholasticos. *Tempore felici multi numerantur amici, Dum fortuna perit, nullus amicus erit.* Nam omni tēpore diligit qui verus amicus est & frater in angustijs comprobatur. Prouerb. 17.

¶ Cap.

deli  
etiā  
cepi  
que  
arti  
bri  
quæ  
ben  
quin  
& vt  
occu  
rant  
cetta  
didic  
pora  
est m  
suis  
bus  
mor  
mor  
tame  
liber  
aut e  
terre  
mor  
dam  
roga

*De mortis meditatione, timore, atque  
præuidentia. Cap. XIII.*

**Q**uoniam omnium finis per mortem appropinquabit quæ omnium terribilium terribilissimum est & durum diuortium, separatio videlicet animæ à corpore, quæ omnes naturaliter timet etiam sanctissimi: vnde Christus morti appropinquans cepit tædere & pauere & mæstus esse. Summa quoque sit ars scire salubriter mori quæ annexa est alteri arti rectè viuendi, ideo iuxta tenorem tituli huius libri præmissis doctrinis diuersis vt rectè viuamus quæ eadem etiam conferunt ad salubrem mortem habendam aliqua tagam generaliora de morte præcipuè quinq; causas quare mors sit timenda & præuidenda & vt in tempore mori discamus, ne morte subito præoccupati mori nesciamus. Damnati namq; desiderantes mortem quæ fugit ab eis iam mori nesciunt, licet tamen continuè moriantur, quia hic mori non didicerunt. O homo discite ergo mori morte ista temporalis vt euadere posses æternam. O mors quæ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto & cuius viæ directæ sunt in omnibus & adhuc valenti accipere cibum. Eccl' i. 41. Si mortis recordatio tam amara sit, quæ amara ergo erit mortis probatio, quod nemo scit nisi qui accipit. Nō tamen sic timere debemus mortem in quantum. i. per eam liberamur ab hac valle miseriæ & ad Deum redimus, aut quia horremus separari ab amicis, diuitijs, & alijs terrenis quibus nimum afficimur. Nam talis timor mortis peccatum est: nam sic timens timore quodam carnali, nō rectè dicit orationem dominicam. rogamus enim ibi Adueniat regnum tuum, vt. s. cum



Christo æternaliter regnare possimus qui hic in seruitute & labore fuimus, & hoc obtinere non possumus nisi moriendo & terrena ista caduca atq; eorū affectiones relinquendo. Nam talis timor carnalis quo calores, frigora, infirmitates, mortem, ceteraq; corporis atq; vitæ præsentis incommoda timemus nonnunquam est mortale peccatum, quando videlicet est tātus quòd timori Dei antepositur & mandatorum Dei transgressionem adducit. Nolite, inquit saluator Mat. 10. timere eos qui occidunt corpus. s. prædicta aut alia carnis incommoda atq; persecutores, animam autē non possunt occidere. nam iste timor omnino à nobis repellendus est. Rationē assignat Aug. dicens, Timendo mortem carnis tuæ dabis mortē aīæ tuæ, quāta vita est confiteri Christum tanta mors est negare ipsum. 11. q. 3. Non solum. Negatūr autem Christus non solum verbis fidem Christi negando vel se esse christianū sicut Petrus fecit cum timore mortis negauit se esse Christi discipulum, sed etiam factis, secundum illud ad Titum. 1. Confitentur se nosse Deum factis autem negāt. De isto timore mortis ac quouis alio carnali timore conuenienter intelligitur illud Psal. 54. Formido mortis cecidit super me, timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Formido mortis inter cætera carnis & vitæ præsentis incōmoda est præcipua, quia teste Philo. Mors est omnium terribilium vltimum & maximum, timor ab intra quo ad alias pœnas & infirmitates corporales, tremor ab extra in membris qui manifestat interiorē. Et ista sunt peccata quando veniūt super hominem. vndē dicit super me, homo autē est homo  
per

per rationem. Quando igitur timor mortis & quibus alius timor tantus est ut sit super hominem. i. dominetur rationi tunc est mortale, & inde tenebre peccatorum contingunt & obscurant hominem. Sicuti plures adeo timent mortem quia separari debent à delictis huius seculi quod vellent Christo æternaliter relinquere regnum suum si nunquam mori deberent, sed perpetuo in hoc seculo permanere possent. Sed hæc magna cecitas est & grauissimum peccatum. Non tenemur tamen desiderare mortem ut. scilicet. cito moriamur rogando Deum ut nos ab hoc corporis argastulo & mari tempestuoso huius seculi statim liberare velit ut sic ex feruente desiderio cupiamus immediatè esse cum Christo. nam hoc est consilij solum & perfectorum, quorum affectiones in istis fixæ non sunt. Sic propheta David dixit, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Paulus desiderium habuit cupiens dissolui & esse cum Christo. Ipse tamen etiam habuit sicut & cætera omnia animalia timorem quendam naturalem mortis, & ideo dum ad decollandum duceretur, petijt à Plantilla discipula in via stante populum quo oculos tergeret ne ictum gladij videret. Timor ergo talis naturalis non peccatum sed pœna peccati est & passio quædam. Possumus etiam licitè & omnino expedit frequenter cogitare & timere de morte futura, quia. scilicet. nescimus diem neque horam, modum, locum, statum, quale hospitium atque hospitem post vitæ huius terminum habituri sumus. Et ideo frequenter in sacra scriptura hortamur ut viuentes in timore mortis præuidendo vigilemus. Marci 13. Vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit quando dominus veniat sero an

media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico vigilate. Et tanguntur ibi quatuor vigiliæ siue custodiæ custodientium castra quibus nos omnes vigilare debemus, ne inimici nostri castrum animæ obsidentes aliquâ fenestrâ sensuum per nostram incuriâ & somnolentiâ apertam reperientes per eam ingrediantur, & sic animæ castrum debellando diuersis sagittis multarum tentationum victoriam contra nos obtineant. ¶ Pro prima vigilia hortamur vt peccatū nostrum & grauem Dei offensam atq; crimen læsæ maiestatis cognoscamus, vt suprâ dixi de .5. conditionibus veræ poenitentiae. In secunda vigilia hortamur vt peccata cognita & contrita corrigamus. In tertia, vt ad bona agenda & multiplicanda nos cōuertamus. In quarta vt bona quæ habemus perseuerando custodiamus. Possunt etiam hæc vigiliæ magis secundum literam intelligi de quadruplici ætate hominis in qua principaliter peccare potest. ¶ Non dormiamus ergo fratres sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. Nam qui dormiunt nocte dormiūt, & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. I. Thess. 5. Nam beati qui vigilaerint ad me, beatus qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie Prouerbiorum 8. ¶ Vigilare igitur, state in fide, viriliter agite & confortamini, omnia vestra in charitate fiant. I. Corint. 16. Vigilantibus enim & non dormientibus iura subueniūt ex. de elec. & elec. po. c. Cum in cunctis. ¶ Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua. Apocalip. 16. Pastores erant vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregē, Luca 2. & ideo Christi natiuitas

tas eis patuit nō regibus magis aut philosophis dormientibus. Cum pastorib<sup>9</sup> ergo vigilemus vt Christi aduentus & natiuitas in nobis manifestetur, & mane, scilicet in iuuentute surgamus ad Deum laudandum dum lucem habemus antequam tenebræ mortis nos præoccupent, dicētes, Deus deus meus ad te de luce vigilo, sitiuit in te aīa mea, &c. Psal. 62.

¶ Si namq; sciret paterfamiliās qua hora fur veniret vigilaret vtq; & non sineret perfodi domum suam scilicet conscientiæ, cuius quisque paterfamiliās vigilare debet. Et vos ergo estote parati, quia quæ hora non putatis filius hominis veniet. Lucæ 12. Nam dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Sobrij ergo estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs semp nos circuit quærens quē deuoret. 1. Pet. 5. Hæc sacræ scripturæ eloquia adduco q̄ nos ad vigiliā & timorē mortis excitare debēt vt in tenebris mortis cor semper vigilet & lumē rationis non deficiat atque per hoc æternaliter viuere & non mori valeamus. ¶ Quinque sunt præcipua incitamenta vt discamus tempestiuè mori & mortem p̄uidendo timeamus, videlicet mortis necessitas siue ineuitabilitas, facilitas, breuitas, incertitudo & occupabilitas siue occupatio multiplex quæ hominibus in morte occurrit. 1. ¶ **Necessitas.** Hebræorum .9. Statutum est omnibus semel mori. Et hoc statutum generale est à Deo ordinatum & oibus inflicū, quando scilicet dixit Adæ, In quacunq; die comederis ex eo more morieris. Gene. 3. Quis quæso est homo qui viuere & nō videbit mortem. Psal. 88. Nemo est enim qui semp viuat aut qui huius rei habeat fiduciā. Eccle. 9. Omnes morimur

& sicut aqua in terram dilabimur quæ non reuertitur 2. Reg. 14. Non parit mors nobili, diuiti, formosus, atq; seculi rectoribus. Si namq; iudicem fidelem quis eligere velit hic inueniet, non enim acceptrix est mors personarum. Dic quæso, inquit Bernar. de contemptu mundi, vbi sit Salomô olim tam nobilis, vel Sampson? vbi est dux inuincibilis, vel pulcher Absalon vultu mirabilis, vel dulcis Ionathas multum amabilis? quo Cæsar abijt celsus imperio vel diues splendidus totus in prandio. Dic vbi Tullius clarus eloquio, vel Aristotiles summus ingenio? Tot clari proceres, tot retro spacia, tot ora præfulum, tot regum fortia, tot mundi principes tanta potentia, in ictu oculi clauduntur omnia. Audi insuper prophetam Baruch. 3. Vbi sunt principes gentium & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram. i. super homines bestialiter & terreno modo viuentes, qui in auibus cæli ludunt. i. in superbis & ambiciosus qui argentum thesaurifant & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Et respondet propheta sibi ipsi docente experientia quotidiana. Exterminati sunt. i. extra terminos mundi missi sunt per mortem & ad inferos descenderunt & alij loco eorum exsurrexerunt. ¶ O reges, duces omnes, potentatus & principes interrogo vos, dicite quæso vbi est potentia & dominium Assueri, qui regnavit super. 120. prouincias. Vbi victoriæ celebres & triumphus Alexandri magni, vbi diuitiæ Salomonis, fortitudo Herculis, vbi pulchritudo Helenæ vel Absolonis, vbi lasciuia Cleopatræ & Amonis, vbi quæso est gloria Iulij Cæsaris vel Octauiani Imperatoris vbi sciëntia Aristotilis, Pitagoræ, Socratis,

&c

& omnium philosophorū, vbi eloquētia Demosthe-  
 nis. Exterminati sunt & ad inferos descenderunt  
 inquit propheta. Vbi sunt pontifices, reges, & du-  
 ces nostri seculi quos in vita cognouim⁹, morte ex-  
 terminati sunt. Non diuitiæ, potentia, nobilitas, cæ-  
 teraq; id genus à morte eos liberare poterant, sed  
 cuncti hanc choream insequi debent. 2. ¶ Facilitas.  
 Mors facillimè ex varijs causis & multis modis in-  
 uadit hominē. Nam vt inquit prosper ferro, peste,  
 fame, vinclis, algore, calore, mille modis miseros  
 mors capit vna homines. Quæ namq; est vita nostra  
 vapor ad modicum parens & deinde exterminabi-  
 tur. Iaco. 4. Est quasi tela araneæ quæ ad modicum  
 venti flatū rampitur. Tertiò vita hominis est quasi  
 umbra Psal. 143 Homo vanitati similis factus est. i.  
 mutabilitati. Dies eius sicut umbra prætereūt, quan-  
 tò quis magis insequitur umbrā suā tantò ipsa ma-  
 gis fugit & inperceptibiliter umbra deficit. Quar-  
 tò vita & caro nostra est tanquam fenum. Esaiæ. 4.  
 Clama dixit dominus Esaiæ, qui respondit. Quid  
 clamabo? Cui dominus, Omnis caro fenum & ois  
 gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fenum &  
 cecidit flos, quia spiritus domini insufflauit in eo.  
 Verè homo & vita eius fenum est. Sicut enim fenū  
 nascitur viridè & paulatim crescit, superueniente ca-  
 lore arefcit & per falcem de terra euellitur & à bru-  
 tis comeditur, flos primū ex herba producitur pul-  
 cher aspectu & amabilis, sed paulò pòst decidit, mar-  
 cescit & pro nihilo habetur. Ita homo de muliere  
 nascitur vt fenum de terra habens viriditatem viua-  
 citatis in iuuentute & tanquam flos in florida ætate  
 coram alijs floret speciosus & aspectu amabilis, sed


adueniente calore ignis pestilentialis, febrilis aut al-  
terius infirmitatis & calore naturali paulatim consu-  
mente humidū radicale senescit, decidit, induratur  
& arefcit, & per falcem mortis de agro mundi tolli-  
tur & vermibus corpus comedendū traditur. Aīa  
verò si mori non didicit sed seculi vitā atq; amorem  
secū deferat à bestijs inferni deuoratur. Quintò ne-  
bula est, sicut enim nebula de terra vel aqua exit &  
paulatim in aēra ascendit, sed citò apparente solis ra-  
dio dissoluitur & in aquam vel terrā imperceptibili-  
ter resoluitur. Ita homo apparet aliquantulū in mun-  
do sed adueniente calore aliqui naturæ nociuo citò  
dissoluitur & in terram resoluitur. ¶ O homo qua-  
re tam temerariè confidis ergo in tua iuuentute &  
cōplexionis fortitudine. Nōne vides mortem ho-  
mines etiam in iuuenili etate & fortissimos inua-  
dere & eos faciliter in terram deijcere. Vnicus  
morsus canis rabidi, nōne vitā hoīs quantūuis ro-  
busti adimit? Apuleus in sup̄ scorpionis visus basilici  
vt aiūt, sibilus quoq; serpentū, pūctura vnus acus  
febris modica prosternit fortissimos. Quidā ex ni-  
mia tristitia, alij verò præ nimio gaudio nonnunq̄  
moriūtur, sicut narrat Valerius Maxim⁹ de quadā  
muliere quę primò audiuit eius filium in bello occi-  
sum & credidit, postmodū intelligens non verū esse  
sed filiū videns præ gaudio subito expirauit. Discere  
ergo mori, nescis enim finē tuū. Nā sicut pisces ha-  
mo, ita homines capiuntur in tpe malo. Piscis enim  
videns escam sibi placitam sed non aculeum in ea  
abscōsum auidē capit & ab ea esca capitur adama-  
ta. Sic homines currunt atque natant per aquas  
mundanarum deliciarum, & dum eis occurrit ali-  
quod

quod delectabile vnde credunt refici & multum  
 delectari, inde eis mors paratur non videntes mor-  
 tis aculeum. Non solum in cibis toxicatis sed etiam  
 in alijs delicatis dum excessiue aut alio immodera-  
 to modo, vt supra de Gula dixi sumunt vnde infir-  
 mantur & moriuntur. Similiter in delectationibus  
 venereis. Propter crapulam enim multi perierunt,  
 & multos exterminauit vinum. Eccl. i. 31. Bre-  
 uitas vitæ humanæ & mortis velocitas nos excitât  
 vt mori discamus atque mortem præuidendo ti-  
 meamus. nam dies nostri velociores sunt cursore.  
 Job. 9. Nam cursor alicuius regis quantumcunque  
 in currendo velox fuerit, quandoque tamen à mo-  
 tu quiescit comedendo & dormiendo, sed siue co-  
 medamus bibamus dormiamus aut aliud quicquã  
 faciamus, semper ad mortem tendimus, & quanto  
 diutius viuimus tantò morti viciniore sumus. Ne  
 tardes ergo cõuertere ad dominũ & ne differas de die  
 in diem. Subitò enim venit ira illius & in tempore  
 vindictæ disperdet te. Eccl. i. 5. O stulte ne in diui-  
 tiarum abundantia aut vitæ longitudine confidas,  
 hac nocte forsan mors ante fenestras tuas pulsabit &  
 animam tuam à te dæmones repetent, quæ aut tam  
 sollicitè cõgregasti vt eis deliciosè multis annis frui  
 posses, cuius quæso erunt? Cum enim dixeris pax  
 & securitas, tunc repentinus super te eueniet inte-  
 ritus sicut dolor in vtero habentis, & non poteris  
 tunc effugere. i. Thess. 5. Qui vtuntur ergo hoc mun-  
 do sint tanquam non vtentes. i. non multũ istis mun-  
 danis per amorem inhæretes. Præterit enim figura  
 mundi huius. i. Corinth. 7. Substantia namq; mudi,  
 scilicet ipsius cœli elementorum & hominum non  
 præ-



præterit, sed stat in æternum, præterit autem figura  
id est apparentia mundi & eorum qui pulchra, sua-  
uia, & preciosa in mundo apparent, quæ citò prætereat  
atque pereat figura huius mundi & delectatio mun-  
danorū, patet Iob. 20. Gaudium ypocrite ad instar  
puncti. Verè mundanorū vita atque mūdus iste ypo-  
crita nominatur, qui secundum apparentiam exte-  
riorem videtur bonus & suavis sed secundum rei  
veritatem malus amarus & plenus miserijs est: Gau-  
dium autem & omnis mundi delectatio est ad in-  
star puncti qui est indiuisibile quoddā. nam de præ-  
teritis delectationibus nihil iam habes sicut nec de  
tempore præterito nisi reatum, de futuro nihil obti-  
nes, solū ergo instans indiuisibile nunc habes quod  
ictu oculi citius transit. Ducunt inquit idem Iob in  
bonis dies suos. s. mundani & spem in vita hac mun-  
dana ponentes de morte non cogitantes & in pun-  
cto ad inferna descendunt. Et Greg. in quadā ome.  
Ecce mundus qui diligitur fugit & quia labentem  
mundum retinere non possumus necesse est ut cum  
ipso labamur. & Bernar. Ois huius mundi delecta-  
tio vniuersaque eius gloria & quidquid in eo concu-  
piscitur prorsus modicū est in illius fœlicitatis & glo-  
riæ comparatione si tamen modicū dici debet & nō  
potius nihil. vndè tribus breuibus vocabulis omne  
nostrū breue tps exprimitur, videlicet. Olim, nūc,  
& tūc. Olim significat tps præteritū quod iam perdi-  
dim⁹, nec recuperabile est. Ad præteritū enim nō est  
potētia. Iob 17. Dies mei transferūt, cogitatiōes meę  
dissipatę sunt, &c. & Iob 7. Dies mei cōsumpti sunt  
absq; vlla spe. O peccator qui tēpustam infructuose  
transire finis in agone constitutus quotiens profun-  
dis

dis suspirijs cogitabis de tempore præterito irrecu-  
perabili quod tam ociosè & inutiliter deduxisti &  
optabis vtinam adhuc vno anno, mense vel die sanus  
essem tam fideliter Deo seruire & in austeritate pœ-  
nitentiæ tempus deducerem. O si damnati atque  
etiam in purgatorio captiui detenti tempore caren-  
tes modicum obtinere possent pœnitentiæ tempus  
quod nobis tam abundè conceditur in cinere & cili-  
cio in pane & aqua, in sanguineis lachrymis atq; au-  
sterissimâ pœnitentiâ illud fructuosè sine gaudio per-  
agerent. ¶ Nunc significat tempus præsens quod  
valde breue & cito transibile est. audi quæso verbû  
notabile beati Aug. in li. ome. dicentis. Tota vita hu-  
mana ab infantia vsq; ad decrepitâ senectutè breuis  
est & subdit. Si adhuc Adam viueret & hodie mo-  
reretur, quid illi vitæ longitudo profuisset. Mirabe-  
ris fortè quare breuis sit & periculosa hominis vita  
sed causam perpende & non miraberis. dependet e-  
nim hois vita à cordis sintilla q̄ citò illa sintilla siue  
calor cordis extinguitur homo moritur. Itè depen-  
det à minimo vento siue flatu: nam quando spiritus  
siue hominis anhelitus impeditur statim homo suf-  
focatur. Insuper à minimo pulsu, deficiète enim pul-  
su vita deficit, & ex varijs alijs causis vt statim dixi  
facilè vita hominis interimitur. ¶ Hortor itaq; vos  
fratres si tempus præteritum inutiliter atq; ocio-  
sè deductum sit in hoc saltem modico præsentem tem-  
pore in vinea domini laborare non pigeat, quia Ec-  
ce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis,  
2. Corin. 6. Nunc tempus aptum ingrediendi para-  
disum est, namq; tempus passionis Christi per quam  
caelum multis milibus annorum clausum apertum  
est.

est. Est tempus gratiæ. Nunc vita euangelica declaratur & vita sanctorum demonstratur. Hortatur igitur nos Apostolus vt fratres, ne in hoc præsentì tempore gratiam Dei in vacuum recipiamus, quia teste Ansel. in lib. meditationum, exigetur à nobis vsq; ad ietum oculi omne tempus nobis abundè impensum qualiter fuerit expensum. Et Matt. 12. Omne verbum ociosum quod loquuti fuerint homines reddent rationem Deo in die iudicij. Et idè Ansel. in orationibus suis. Terret me tota vita mea quæ diligenter discussa apparet mihi totaliter aut vanitas aut sterilitas. Bone Deus si vir tam sanctus dubitabat de statu suo & dicebat bonum quod fecerat mixtum multis vanitatibus. Et patientissimus ille Iob verebatur omnia opera sua. Quid miseri peccatores dicemus & quam fiduciam in nostris operibus habere poterimus, quæ si forsan in oculis nostris & hominum bona videantur, nescimus an à Deo tanquã iusta acceptentur. Computemus quæso totum tempus nobis impensum qualiter ipsum expendimus.  Multos annos in puerili ætate sine fructu deduximus, perpende tempus dormitionis, comestionis, commestationis, collocutiõis, ambulationis, recreationis, studij, mercationis. Insuper tempus diuini seruitij, & reperies maximam temporis partè ociosè deductam & minimum tēporis in diuino obsequio pijs operibus & lucro animarū impensum. ¶ Tunc significat tempus futurum quod est nobis valde incertum. Multi nostrum præsentì hoc tempore gaudent qui futuro carebunt & intra annum esca vermiū erūt, varia reperiuntur tunc in sacra scriptura quæ timorè mortis atq; temporis futuri prouidentiam nobis

nob  
Lu.  
Sec  
Tu  
bilis  
dem  
gète  
ad e  
Tur  
tunc  
iust  
Tur  
res o  
tunc  
mur  
nob  
sequ  
tem  
que  
min  
mitu  
& gl  
in ho  
Gala  
ua te  
rand  
¶ S  
tio v  
fecti  
prop  
cessa  
meru

nobis insinuât. ¶ Primū est tūc tremendæ visionis. Lu. 21. Tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube. &c. Secundū est tūc lamētabilis deploratiōis. Matt. 24. Tunc plangent se oēs tribus terræ. Tertiū tunc flebilis congregatiōis. Mat. 25. Tunc sedebit super sedem maiestatis suę & congregabūtur ante eum oēs gētes. Quartū durissimę locutionis. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Quintū tūc mirabilis separationis. Tunc separabuntur mali de medio iustorū. Sextum tunc formidabilis accusatiōis. Sap. 5. Tunc stabūt iusti, &c. Septimum tūc horrendæ damnationis. Tunc ibunt hi in supplicium æternum. O peccatores qui viuitis nunc, sitis quandoq; memores illorū tunc. Sed octauū iucundissimū est tūc. s. æternę remunerationis. Tunc ibunt hi in vitam æternā. Deus nobis omnibus concedat nūc, vt tandem letē consequamur illud amenissimū tunc. ¶ Potest adhuc tempus quadrupliciter cōsiderari. In mundo namque de tempore est sufficiētia, in vna enim hora aut minima temporis parte potest se peccator cum gemitu cordis veræ contritiōis ad Deum cōuertere & gloriā mereri de congruo. Vtatur ergo tēpore in hoc mundo. primò ad bonū operandū, vt dicitur Gala. 6. secundo ad malū vitandū. Eccl' i. 4. Conserua tempus & deuita malum. tertiò ad salutē procurandam. 2. Corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. ¶ Secundò in iudicio erit de tempore districta ratio vt statim dixi. ¶ Tertiò in cœlo erit tēporis perfectio plena & abundantia (non erit tamen tempus propriè captū. Nā in die iudicij cessante motu cœli cessabit omne tps. Tempus enim ppriè captū est numerus siue mēsurā primi mobilis. 4 Phis) Deut. 33. Adesse

Adesse festinant tempora scilicet ad perfectionem. Modò est tempus præteritum, modò præsens, modò futurum, tunc verò nullum erit tempus præteritum, nullum futurum, nulla ebdomada, annus vel mensis, aut temporis variatio, sed tantùm vna dies. Zachariæ 14. Erit dies vnaquæ nota est domino nulla nox. Et ille dies valde longus erit quia perpetuus. Erit vnus dies apud dominũ sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies. 2. Pet. 3.

¶ Quartò in inferno erit de tempore magna caristia. Apocalip. 10. Angelus iurauit per viuentem quòd tempus amplius non erit, scilicet ad pœnitendum.

4. ¶ Incertitudo, propter incertitudinẽ & dubietatem de tẽpore & modo mortis parabimus nos semper & timebimus circa mortis aduentum. Est enim nobis incertum in quò tempore vt suprà deduxi diẽ claudemus extremum, quia nescimus diem neque horam. Secundò incertum est de loco, an in aqua submergemur, an igne consumemur, an in nemore suffocabimur, an in mensa sedendo, in lecto iacendo, vel alio loco &c. nam teste Sene. Mors nobis insidiatur in omni loco, tu ergo in omni loco securus expecta. Tertiò quantũ ad statum non potest quis certus esse in quò statu morietur gratiæ vel dãnationis. Eccl'i. 9. Sunt iusti atq; sapientes & opera eorum in manu Dei sunt, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Per quẽdam tamen signa prius posita potest quis probabiliter scire an in statu gratiæ decessurus sit, sed principalissimũ signum est salubris mortis bona præcedens vita. Quartò quantum ad modum siue genus mortis incertum est

est vtrum morte naturali aut violenta, peste, febre, aut casu subito, an subitanea vel præuisa morte, an cum confessione, eucharistiæ, & extremæ vnctionis sumptione, &c. Non tamen curandum est quo genere mortis quis moriatur modo bene vixerit. nam teste Aug. Mala mors dicenda nõ est cuius bona præcessit vita. Et sapiẽ. 4. Iustus quacunq; morte præuentus fuerit in refrigerio erit, & iustitia eius non auferetur ab eo. Hoc consolatorium dictum est pro multis iustis deuotis personis, quas pluries vidimus sine confessione subito decedere. Non ergo querendum est vt tamen homines communiter querunt de his qui subitanea morte percutiuntur an inuncti sunt, an testamentum condiderint, an confessi sint, vel eucharistiam sumpserint, quæ tamen maximè conferunt vt salubriter quis moriatur, sed potius querendum atq; inspiciendum est si rectè vixerint. In timore & via mandatorum Dei ambulauerint, tales enim licet dispositione diuina & in exemplum aliorum subitanea morte præueniantur & ratione priuentur, vt de quibusdam doctissimis & viris sanctissimis expertus sum, à Deo tamen non derelinquantur. Nam sicut teste Hiero. vt suprâ dixi de centum milibus quorum mala fuit vita, vix reperiatur vnus qui in morte diuinam mereatur obtinere indulgentiam, ita de mille milibus nõ reperiatur vnus, qui si bene vixerit male moriatur. ¶ Iusti ergo non timent mortem secundum rationem nisi quodam generali timore secundum quem dicimus. Beatus homo qui semper est pavidus, licet tamè sensualitas semper horreat mortem vt patuit in Christo qui cœpit pauere, &c. Apostoli enim ibant gaudetes à con-

l      spectu

spec̄tu consilij, quoniam digni habiti sunt pro no-  
mine Iesu contumeliam pati. Et martyres oēs gau-  
denter mortē pro Christo expectauerunt & susti-  
nuerūt. Et Paulus nō solū ligari sed & mori para-  
tus erat & maximū desiderū habuit circa mortem.  
Heliās sedens sub iunipero quē persequebatur Ie-  
sabel petijt vt moreretur. 3. Reg. 19. Thobias iustus  
desiderabat mortē. Præcipe, inquit, in pace deponi  
spiritū meū. Thob. 3. Et Symeon dum Christum in  
vlnis susceperat atq; viderat, mori desiderabat, di-  
cens. Nunc dimittis seruū tuū domine, &c. Hoc ip-  
sum dicimus nos sacerdotes vtinā tam corde quā  
ore post communionē & sumptionē corporis & san-  
guinis domini quando Christū Iesum in vlnis cor-  
dis nostri suscepimus & vidimus, vtinā tam deside-  
rāter sicuti Symeon. 5 ¶ Occupabilitas distractio  
atq; varia occupatio qua agonizantes in extremis  
molestantur atq; in graui morbo constituti incita-  
mentū quoddā est quo hortamur vt tempestiuē dū  
sani sumus mori discamus, & de conscientia de te-  
stamento cæterisq; omnibus tunc disponam⁹. ¶ Pri-  
mò namq; mors præoccupat hominē & grauius illa  
infirmitas impedit actus oīm potētiarum, pedibus  
potestātē ambulandi, linguæ loquendi, memoriæ  
recordandi, intellectus intelligēdi, & sic de alijs etiā  
sensibus interioribus & exterioribus. Hierē. 9. As-  
cendit mors per fenestras. s. sensuū, ingressa est do-  
mos nostras. s. eam occupās. vndē teste Greg. Tana-  
ta est ibi vis doloris quòd alibi nō possit ferri cogi-  
tationis impetus. ¶ Secundò tunc homo maximē  
occupatur propter dæmonum infestationem vt su-  
prā dixi super illo verbo Lucæ. 19. Dies venient. s.

mor  
hoc  
min  
con  
qua  
legi  
cio  
vidi  
in m  
piet  
cessi  
ius &  
mos  
dei &  
Nō  
ter f  
resp  
diu  
delit  
qd h  
de fi  
relig  
tum  
est D  
hom  
curis  
nis o  
licti  
nobi  
rena  
labor  
runt

mortis & circumdabūt te inimici tui vallo, &c. Ad eod  
hoc est omnibus generale dēmones occurrere & ho  
mines in extremis multū tētare in separatione aīæ à  
corpore, vt etiā sanctīssimos hoīes aggrediantur &  
quādoq; in corpore aliquo assumpto vidētur, sicut  
legim<sup>9</sup> de sctō Martino cū esset in extremis in cili  
cio sup terrā nudā iacēs oculis in cœlū semp intētis  
vidit diabolū & ait. Quid hic stas cruēta bestia, nihil  
in me funestū reperies, sed sinus Abrahæ me susci  
piet, qui cōfusus disparuit. Etiā Christū in cruce ac  
cessit sicut dicitur Io. aī 4. Venit princeps mūdi hu  
ius & in me nō habet quicq̄. Et specialiter tūc infir  
mos aggreditur, vt tentare eos possit de articulis fi  
dei & sic ad desperationē & damnationē inducat.  
Nō enim immittit moriēti vel saltē nō tam frequen  
ter suggestionē diuitiarū honorū vel delitiarū, q̄a  
respōdere possēt eger morti vicinus. Ad quid mihi  
diuitiæ, q̄a eas mecū portare non possum. Ad quid  
delitiæ, quia statim erit corpus meū esca vermiū. Ad  
quid honores, q̄a statim in puluerē redigar. Ideo autē  
de fide tētat q̄ est fundamentū salutis & christianæ  
religiōis atq; oīs meriti vt destructo fundamēto to  
tum ēdificiū aīæ corruat: nam sine fide impossibile  
est Deo Placere. ¶ Tertia occupatio quæ plærumq;  
homines in extremis agitatur, præcipuē qui multis  
curis sollicitudinib<sup>9</sup>, officijs, mercātijs, alijsq; terre  
nis occupationibus prius occupati fuerunt est dere  
lictio omniū, quia. s. præ oculis vidēt vxorem, filios,  
nobilitatē, diuitias, vestes, libros, cæteraq; oīa ter  
rena oīa quibus tātūm afficiebātur, atq; cū summo  
labore vigilijs, curis, periculis, anxietatib<sup>9</sup> acquisie  
runt, & tanto tpe affectuosē possederūt atq; vsi sunt



iam ea omnia relinquere debent, nec aliquis amicos  
rum aut bonorū erit tunc comes itineris eorū tam  
tenebrosi incogniti & periculosi, sed sola misericor  
dia est comes defunctorum. Ideo vt inquit Crysoft.  
in sermone quodam de patientia, moriens vale di  
cit omnibus hoc modo. Valetē oēs amici mei pater  
meus, vxor, filij, diuitiæ, omniaq; terrena. Iter enim  
pergo extraneum quod nunquam perambulauī in  
regionem longinquam quā nunq̄ vidi, in seculum  
alterū vnde nullus vnquam egreditur, in mansiones  
metuendas ad quas nullus me comitatur, ad iudi  
cem terribilem, vbi nescio quid mihi continget, hos  
pitium atq; hospitem futurum ignoro. Quæro ad  
iutorem & non est qui me eripiat, quæro qui comi  
tetur & nullus mihi compatitur, nec de gentibus est  
vir mecū. Vale dico ergo omnibus. *Aduhet moet  
gheschedden sijn. Och scheidē bitter scheidē.*  
O durum est hoc diuortium animæ à corpore &  
corporis ab omnibus amicis & terrenis, sed durissi  
mum inter omnia est illud tremendum diuortium  
animæ à Deo suo creatore per peccatū mortale atq;  
super omnia adhuc magis horrendum est illud di  
uortium quo reprobis à Deo & omnibus sanctis.  
In iudicio particulari mortis & vniuersali oīm ex  
tremo separabitur audiens illam tremendā vocem,  
Discedite à me maledicti in ignem æternum. ¶ O q̄  
angustæ erunt tūc viæ reprobis, superius erit iudex  
iratus, inferius horrendum chaos, à dextris peccata  
accusantia omnibus manifesta, à sinistris infinita dæ  
monia ad supplicium trahentia, intus conscientia vs  
rens vermis mordens, foris totus mundus ardens,  
&c. Hæc Greg. Quid sum miser tūc dicturus quem

patro

patronum rogaturus quando iudex est venturus  
 cūcta stricte discussurus, discite ergo mori. ¶ O quan-  
 tus erit tibi pavor misera anima, inquit Berna. cum  
 dimissis omnibus quorum tam iocunda præsentia,  
 tam gratus aspectus, tam familiaris habitatio, alie-  
 nam pœnitens regionem ingrediens cateruatum in-  
 finita dæmonia ad te exire videbis. Nam tunc malig-  
 ni spiritus ab anima egrediente opera requirunt  
 mala quæ suaserunt replicant vt animam secū cum  
 malis ad pœnam trahant, ¶ Quartò varijs intensi-  
 sissimis doloribus in morte anima occupatur adeò  
 quòd meritò dicere potest Circudederunt me ge-  
 mitus atq; dolores mortis. Nouem magni dolores  
 communiter in morte animam amaritudine replēt,  
 videlicet tres magni, tres maiores, tres maximi. Pri-  
 mus est dolor cogitationis. Nam varię cogitationes  
 mentem morientis cruciant, videlicet pœnalitatis,  
 infirmitatis, amoris, timoris, & spei. Secundus est  
 priuationis. Nam quatuor præcipuè priuatur mori-  
 riens. Mundana gloria, delitijs carnis, temporalibus  
 diuitijs, & proprijs amicis. Tertius magn⁹ dolor est  
 dubitationis, quia locum nescit quo tendat. ¶ Circa  
 maioritatem doloris nota etiam tres dolores. Pri-  
 mus est temporis amissionis. Secundus diuinæ of-  
 fensionis. Tertius ad iudicium citationis. ¶ Tertio  
 tres dolores maximi. Primus est dolor præsentatio-  
 nis ante districtum iudicē. Secundus examinatio-  
 nis de quinq; .s. de bonis naturalibus, de bonis spi-  
 ritualibus, de temporalibus, de malis commissis, &  
 de bonis omisissis. Tertius maximus dolor est dam-  
 nationis, horum punctorum declarationem causa  
 breuitatis omitto, facile quilibet capere potest quid

velim & verbi Dei concionatores latius extendere  
possunt. ¶ O homo iterū atq; iterū rogo disce mori  
& sanum consilium accipe vt tempore infirmitatis  
omnia terrena & sollicitudines à mente remoueas  
& ad cœlestia tendas spontè te relinquens & com-  
mittens diuinæ voluntati dicens cum sancto Mar-  
tino, Mori non timeo, viuere non recuso, si adhuc  
populo tuo sum necessarius non recuso laborem.  
Nam tunc Deus pro vxore quam relinquis dabit  
sponsam virginem Mariam, pro amicis & filijs quos  
sic spontè propter Deum deseris dabit angelorum  
societatem, pro diuitijs terrenis momentaneisq; que  
honoribus cœlestes tribuet immarcescibiles hono-  
res atque diuitias.

¶ *Mortis meditatio ad quinque conducit.*

1. ¶ Ad humiliati onem. Quid superbis, inquit Sa-  
piens, terra & cinis. Ecclesi. 10. Quasi dicat, ex mors  
te habes causam humiliandi te. De quo suprâ in ter-  
tia parte primi capituli. Pavo & si pennis & plumis  
suis pulchris visis eas extendat & hincinde legerat  
de earum pulchritudine superbienda, ad pedes ta-  
men turpes aspiciens eas ad terram deflectit. Sic  
homo quantumuis formosus, diues, nobilis, & cæt.  
ad finem vitæ aspiciens facilè humiliabitur.

2. ¶ Mundi contemptus. Eccl. i. 11. Si multis annis  
vixerit homo & in his omnibus lætus fuerit memi-  
nisse debet tenebrosi temporis scilicet mortis, quod  
cùm venerit vanitatis arguentur præterita. Et Hie-  
ronymus ad Pau. 3. Facilè contemnit omnia qui se  
semper cogitat moriturum. 5. ¶ Adhuc sunt reme-  
dia vt amorem mundanorum & voluptatem huius  
seculi contemnamus. Primum est vitæ breuitas &

mun-

mundanorum defectibilitas. Eccl'i. 8. Mundus cum  
 suis rebus & amatoribus continuè deficit. 2. Thi. 3.  
 Omnes in corruptione fumus breues dies homi-  
 nis sunt, de hoc plura suprâ. Secundum amaritudo,  
 dolor atque miseria quibus mundus iste plenus est,  
 vide quantacunque apparens in istis carnalibus  
 & mundanis videatur delectatio & gloria, semper  
 tamen subsequitur, aut est quædam amaritudo ad-  
 mixta, cuius figuram habem<sup>9</sup> 2. Reg. 13. Nam post-  
 quam Amon filius Dauid ardentè adamans Tha-  
 mar sororem suam, & tandem fingens se infirmum  
 vt soror ei seruiret eam amplexando cognouit, qua  
 libidine expleta eam maiori odio odiuit quàm prius  
 amore dilexisset proiecit eam extra nolens eam am-  
 plius videre & deinde alia sequebatur amaritudo  
 maior, quia à fratre suo Absolon occidebatur Amō.  
 Amon est liberum arbitrium & voluntas quæ vio-  
 lant finderesim. Sensualitas instigat ad amorem  
 inordinatum. Rex Dauid est Deus, qui videns om-  
 nia permittit. Absolon in statu gratiæ qui facit  
 huius rei rationem & vindictam significat Chri-  
 stum, sed Absolon pendens per crines in statu pec-  
 cati est diabolus, vel Absolon tribus lanceis per-  
 foratus significat quemlibet peccatorem qui est tri-  
 bus lanceis & grauissimis vulneribus vulneratus,  
 quæ sunt secundum glo. triplices, concupiscentiæ  
 scilicet, superbiæ vitæ, carnis & oculorum, vel pec-  
 catum oris cordis & operis, vel tertio tres lanceæ  
 possunt dici peccatū originale, actuale, & veniale, &  
 ad vulnera illis tribus lanceis illata sanāda Christus  
 fidus medicus in se triplicē seubothomiā & vulnus  
 in corpore suscepit, vulnus in corde cōtra originale

in manibus contra actuale, in pedibus contra veniale. Vel quartò tres lanceæ quibus communiter corda hominum vulnerantur sunt ingratitude, & obliuio beneficiorum Dei in vna parte cordis, scilicet in memoria in intellectu ignorantia & cæcitas, in voluntate amor inordinatus & affectio terrenorum. ¶ Tertium reddens nobis mundum atq; eius amorem contemptibilem est periculum multiplex huius maris tempestuosi, hoc namq; mare magnum & spaciosum illic reptilia quorum nō est numerus. nam teste Ber. In magno mari marfilie de quadringentis nauibus transeuntibus vix periclitatur vna, in hoc autem mari contrarium accidit de quatuor imò de decem vix euadit vnus de periculo submersiōnis. Multi enim sunt vocati, sed pauci electi, messis multa operarij autem pauci. Qui nauigant hoc mare, sciunt & enarrant pericula eius. Eccl' i. 43. & Ambro. Facilius repperi qui innocentiam seruauerunt quàm qui veram pœnitentiã peregerūt de pe. di. 3. c. 3. Qui ergo fluctuamus inter huius maris periculosi vndas ne submergamur figamus & mittamus anchoram spei in profunda vulnera Christi Iesu, & si nauis pœnitentiæ sic anchorata fuerit nō facile submergetur. Quartum est mundi & eorū quæ sunt in mundo vilitas. Quid quæso vilius stercore? Omnia, inquit apostolus, arbitratus sum vt stercora vt Christum lucrifaciam Phil. 4. & Iohe. 1. Compu truerunt iumenta in stercore suo, quod exponens Greg. dicit hoc est mūdi amatores in luxuriæ foetore vitam finire. hinc dicitur Eccl' i. 9. Omnis mulier fornicaria vt stercus conculcabitur. & 1. Machab. 2. Gloria eius stercus & vermis. Quid sunt aurum, ar-

gen-

gentum & alia metalla in quibus præcipuè consistūt diuitiæ & honores huius seculi nisi fex terræ. Quid fericum nisi stercus vermium. Panis, vinū, fructus omnes nōne ex terra nascuntur quę pinguescit ex stercore animalium & sumpta in stercus & vrinam conuertuntur, aut alimentum tale conuertitur in substantiam aliti, & illud alitum tandem fit esca vermīū & vilius stercore. O superbe & seculi amator vide quid sis quo ad materiam, nihil namq; es nisi sperma foetidum, saccus stercoreum & cibus vermium, inquit Ber. Excecata ergo est hominum dementia qui corpus vas stercoreum cingulis aureis & gemmis preciosis adornant & muniunt ne feces effluant vbi tam enasa vinorū etiam preciosissimorum solūm ligneis, vinculis, siue circulis ligāt. Quintum est nullitas, falsitas, & duplicitas: omnia enim hæc mundana apparentia solūm & falsa sunt, quia quicquid in mudo est, aut est præteritum & iam nō est, aut futurum & incertum est, aut præsens & momentaneum atq; instabile est. Hier. 16. Verū mendacium possederunt patres nostri. & Hierem. 9. Si mūdus cultello veritatis aperiretur nihil in eo aliud quàm falsitas appareret. Ille namq; duplex est qui aliud quàm intendat & faciat promittit, mundus huiusmodi est: promittit enim amatoribus suis longevitatem, facietatem, & suauitatē: sed reddit breuitatem, vacuitatem, & acerbitatē vt suprā deduxi super verbo diuitis. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, bibe & comede, requiesce & epulare, &c. Luc. 12. 3. ¶ Repressio delectationum carnis & aliorum vitiorum. vndè teste Greg. Nil est quo poteris carnem tam citò domare,

mors tua qualis erit quàm semper præmeditari. O formose amabilis adolescens, ô domicella pulcherrima delitijs affluens inspice speculum mortis, quid namq; magis fœtidum corpore tuo post mortẽ erit cuius erat in vita gratissimus amplexus fit in morte horribilis aspectus, quid quæso tibi tunc proderunt diuitiæ, quid delitiæ, quid honores: diuitiæ te non liberabunt à morte, non delitiæ à verme, non honores à fœtore. Qui modò sedebas diues & gloriosus in throno, inquit Bern. iam iaces pauper in tumulo, qui delitijs fruebaris nunc à vermibus cõsumeris. Memorare ergo nouissima tua & in æternũ non peccabis. 4. ¶ Ad pœnitentiam inducit sincera mortis meditatio sicut patet Ionę. 3. Cũ rex Niniue & totus populus audissent à Iona propheta, Adhuc. 40. dies & Niniuen subuertetur, omnesq; moriemini, indutus est rex sacco, cineribus caput sparsit, ieiunijs & operibus pœnitentiæ totus populus vsq; ad iumenta ad Deum clamauerunt. Similiter idem patet de rege Ezechia de quo Esaia 38.

5. ¶ Ad pietatẽ puocat & ad opera misericordiæ. Quando namq; cogitamus quòd nudi hunc mundum ingressi sumus & nudi egrediemur nihil nobiscũ deferẽtes quot seculi diuitijs, officijs, atq; delitijs hic repleti fuerimus non immeritò nostra pauperibus & pijs locis erogabimus faciendo amicos de mammona iniquitatis, quia vt suprã dixi verbũ Ambrosij notabile est. Non sunt hominis bona quę secum ferre non possunt. Sola misericordia comes est defunctorũ. Legitur de quodã quod vel similia in mediũ nonnunq; sed rarò adduco, non tanq; autentica sed simplices mouentia qui fieri fecit feretrũ quod-

quoddam ponens illud in loco vbi frequenter ab eo videretur vt sic prouocaretur ad opera misericordie & in die animarum semper illud replebat panibus quos pauperibus dabat dicens. Ecce citò moriar, & quis postea memorabitur mei. Disce igitur mori & memorare nouissima tua. Nam teste Gre. 13. mora. Qui considerat qualis erit in morte semper fit timidus in operatione. Nihil quod transeat appetit, cum etis presentis vitæ desiderijs contradicit & pœnè se mortuū considerat, quia se moriturū minimè ignorat. Misera igitur es vita, ô quātos decipisti vita quæ mors potius es quàm vita, quia multos ad mortem deducis, quantos seduxisti, inquit Aug. quæ dum videris vmbra es, dum exaltaris fumus es, dum extolleris nihil es, dulcis es stultis, amara es sapientibus. Valet etiam mortis meditatio atq; ars moriendi ad tribulationum huius seculi patientem tollerantiam. Nam cum in morte omnes passiones atq; huius seculi aduersitates deficiant & tempus vitæ nostræ vt dixi breue est, quoniam mors in fenestris est, ideo ex hoc confortatur homo ad patienter sustinendum, quia parum & breuiter affligitur, sed æternaliter in refrigerio erit. 1. Pet. 1. Modicum nunc oportet contristari in varijs tentationibus vt probatio vestre fidei multò preciosior sit auro quod per ignem probatur. O homo disce ergo mori & sic rectè studeas viuere vt salubriter possis mori. Iuxta huius libri titulum, quoniam hæc est ars artium rectè viuere & salubriter mori, quam vt discamus labores hos non subterfugi hunc librum & prædicta documenta tradendo tanquam spiritus sancti instrumentum. Et vt in pace quietudine mentis atque statu



statu salutis diē claudamus extremū, maximē con-  
ducit recta vita & mandatorū Dei obseruantia, vt-  
que testamentū in vita nō in extremū mortis articu-  
lum differendo condamus. Nam ille est cois error  
periculosissimus etiā doctissimorū virorū plures ad  
laqueū æterni interitus deducens vt solū in peri-  
culis mortis constituti de rebus & bonis suis testa-  
mentum condendo disponant aut saltem disponere  
cupiant: nam plærumq; tales præcipuē ecclesiastici  
patrimonio Christi & bonis pauperum ditati, lo-  
quelam admittendo peste aut alia impreuisa morte  
præuenti, intestati decedunt, & quod prius in vita  
nō dederūt Christo hoc iam capit fiscus, & qui pōt  
rapere ab oī parte rapere non cessat. Hęc namq; est  
quorundā delira mēs atq; summa stultitia q̄ se putāt  
morti viciniore si testamentū condiderint & sacra  
mēta sumpserint. Vt ergo hanc mētis stultitiā amo-  
uēdo salubriterq; moriendo, testamentū atq; extre-  
mæ voluntatis dispositionem rectē in vita ordine-  
mus, ponā de hoc in capite sequēti causa breuitatis  
solū aliquas propositiones & doctrinas resolutio-  
rias argumentorum multiplicationibus varijsq; iu-  
rium allegationibus prætermisissis, quę nonnunquā  
magis confusionem quā resolutionem & ædifica-  
tionē adducunt. Non tamen sine lege loqui censerī  
debet qui legi non contrauenit & veritati atque ra-  
tioni innititur, licet leges aut iura varia non alleget.

*De testamentis. Cap. XIII. Prima propositio.*

**T**Ametsi testamentum sit nullum propter de-  
fectum alicuius solennitatis aut conditionis  
ad essentiam testamenti iuris canonici vel ci-  
uilis dispositione requisite, abnoxius est nihilomi-

nus

nus hæres in foro animæ legata nedum ad pias causas verum & quæuis alia atq; debita legitima exoluere modo hæreditatē adeat siue acceptet, nisi contrarium constaret de voluntate testatoris. Ratio huius propositionis est, quia solennitates iuris de institutione hæredis, de septē testibus assumendis scdm antiqua iura vel quinq; , aut de consuetudine duobus coram notario aut presbytero parochiali & similes solum inductæ fuerunt ad falsitatē tellendam vbi ergo cōstat hæredi de intentione & extrema testatoris voluntate & quòd nulla interuenerit falsitas debet cessare dispositio legis & seruari æquitas atq; obligatio naturalis quæ oritur ex donatione & dispositione bonorum ipsius testatoris siue expresserit illam vltimam voluntatem coram duobus testibus, aut vno aut etiam nullo sed per cedula manu sua scriptā vel viua voce hæredibus constiterit aut alio certo modo. Non consulo tamen quòd quis nudo scripto vel viuo vocis oraculo voluntatem extremā aut testamentum siue bonorum suorum dispositionem filijs aut hæredibus suis committat notario nō vocato neq; testibus, quia quamuis omnes solennitates iuris adhibeantur sunt nihilominus hæredes plerumq; adhuc negligentes & sic multò magis testatoris vltimam voluntatem non exequerētur nisi iure scirent se obligatos & iuridicè possent cogi ad testamenti executionem.

*¶ Secunda propositio de testamentis beneficiariorum.*

**C**lerici siue beneficiati de fructibus beneficij siue intuitu ecclesiæ ipsis prouenientibus licet de iure testari non possunt, de illis tamen ratione consuetudinis per modum codicilli donationis causa mortis

tis atq; donatione inter viuos, aut iure cuiuslibet al-  
terius extremæ voluntatis disponere possunt, non  
modò ad pias causas verùm & consanguineis ami-  
cis ac benefactoribus de eisdem moderatè prou-  
idendo maximè si indigeant, nò autem ad pompam  
atq; vt ditètur & in ocio viuant licet consanguineis  
bona ecclesiastica relinquere. Patet hæc propositio,  
quia beneficiati illorum fructuum quos intuitu ec-  
clesiæ & pro seruitio diuino labore & officio impen-  
so recipiunt sunt veri domini vt iam iuxta commu-  
nem probabiliorem doctorum sententiam presup-  
pono & ergo alienare & donare possunt illa bona  
consumere atq; expendere modò non prodigè ex-  
pendant, si tamen prodigè expendant licet grauiter  
peccent non tamen ex hoc tenentur ad restitutio-  
nem. Secus esset de his bonis ecclesiæ sicut sunt bo-  
na hospitalium vel certa alia ad ornatum ecclesiæ  
vel vsum pauperum specialiter deputata, quorum  
episcopi aut alij sacerdotes sunt solù dispensatores.  
Quod ergo ecclesiastici de fructib<sup>9</sup> beneficiorù tes-  
tamentù condere nò possunt quos tamè alijs do-  
nare possunt & consumere, est ppter solà prohibi-  
tionè iuris in diuersis ca. de testamentis videlicet in  
ca. Quia nos c. Relatù. 2. cum cæteris. Fundamentù  
tamè illorù & aliorù cap. atq; iuristarù videtur esse,  
quia beneficiati nò sunt veri domini sed solù dispen-  
satores ecclesiasticorù bonorù, quod verù nò puto  
nisi intelligantur de bonis suprà dictis specialiter vs-  
sui pauperum vel ecclesiæ deputatis. Cessante ergo  
dispositione & prohibitione iuris possent eque de  
fructibus beneficiorum testamentaliter disponere  
sicut & donatione inter viuos. Et si non existentes  
in lo-

in loco privilegiato licentiam testandi à Papa vel ordinario. s. ep̄o illius diocesis obtineat, sicut in dies fieri videmus, indubiè illorū testamta valida sunt.

*¶ Tertia propositio de foundationibus & suffragiis.*


**I**mprudenter agunt diuites, caduca bona cōtinuè accumulantes & thesaurizantes, licet tamen firma animi destinatione ad honorē Dei & proximorum vtilitatem in missis, bursis studentium, aut elemosynis perpetuis ea in testamento relinquunt per suos hères aut executores disponēda & eroganda. Prodest tamen ei qui testamentaliter disponit post eius mortem aliqua pauperibus vel ad pium vsum distribuenda plus quàm si eo non ordinante eadem opera fierēt. Hæc notabilis doctrina siue propositio quo ad priorē eius partē vtinā multorum diuitum cordibus esset impressa, quæ dicit incomparabiliter melius esse Deo magis gratū atq; nobis magis meritoriu & satisfactoriu de t̄p̄alibus nostris bonis disponere in vita quàm in morte p̄pter vsum & deletionem quā plures in pecunijs suis habēt. Patet istud triplici ratione. Primò si diuites in vita elemosynas largas pauperibus darent aut saltem redditus suis pecunijs quibus abundant cōpararent pro pijs foundationibus præter remissionem maioris pœnæ esset eis magis meritorium gratiæ & gloriæ. Plus enim longè meretur effectualiter dās elemosynam quàm tantum dare ordinans, habet enim voluntatem magis firmā qui cum effectu prosequitur propositū & voluntatē quæ si solū habeat propositū ceteris parib⁹. Secūdo magis satisfacit & plus pœnæ ei remittitur quæ sic effectualiter missas celebrari facit in vita, aut pauperibus subuenit quæ si eadē eius tamen  
insti-

institutione fierent post mortem quando bona retinere non potest & sua non sunt, nam tunc dat non quasi suū sed quasi alienum. Tertio quia testatorum executores amici & heredes raro fideles inveniuntur, iam qui in vita exequitur certus est de suffragio, incertus autem est si committat suis: nam experientia teste vt supra dixi frequētes transit defunctorum memoria cum sonitu, & procul ab oculis fit procul à memoria cordis, perrarum est etiam quòd defunctorum ordinationes eo modo ad executionem deducuntur sicuti ab eis ordinatum est, aut enim omnino negliguntur aut alio modo vel tardè nimis implentur. Ultima pars propositionis patet etiam dupliciter. Primo quia ex ipso actu ordinationis sic ex gratia procedente cōsequitur premium essenziale augmentum. s. gratiæ & gloriæ quæ non consequeretur per ordinationem hæredū vel aliorum quamuis etiam de bonis per eum relictis. Secundo quia ordinans sic in charitate suffragium pro se fieri post mortem consequitur remissionem pœnæ existēs in purgatorio quando fit executio illius suæ ordinationis sine fiat per existentes in charitate siue non. Si verò non ordinasset ipse, & executio elemosynarum vel peregrinationum aut aliorum operum fieret per existentes in statu mortalis culpæ nihil sibi proficeret, quia tunc exequutores essent principales actores & in eis deest radix meriti. s. charitas, sine qua nemo meretur nec p se nec pro alijs. Si tamen hæres vel executor defuncti existens in charitate ordinet aliquas missas fieri pro anima parentis sui defuncti licet sacerdos celebrans sit extra statū gratiæ proderunt tamen in satisfactionem &

factionē & diminutionē pœnæ purgatorij defuncto  
 tales missæ licet ei plus prodesent, videlicet ratione  
 etiam operis operantis si ipse celebrans sit in chari-  
 tate. ¶ Quæstio, An plus prosint suffragia multipli-  
 cata quàm per longū tempus continuata, hoc est an  
 tantum valeant. 30. missæ dictæ per 30. dies quantū  
 valent 30. aliæ dictæ in vno vel duobus diebus di-  
 uersis. Respondeo post Palude & Gabrielem qui  
 in canone missæ hanc materiam de suffragijs & an-  
 niuersarijs fundandis pluresq; alias vtilis materias  
 ad longum perpulchrè deducit, quòd ad celeriorē  
 liberationē à purgatorio & ad citius videndū Deū  
 in gloria plus valet accelerata multiplicatio missarū  
 vigiliarum, elemosynarum, & aliorū quorumcun-  
 que suffragiorum ac piorum operum. Quia sacra-  
 mentum habitum tantum in proposito nunquam  
 tantum valet ad pœnæ remissionem ex opere ope-  
 rato quantum ad actum exercitum. Et fortè ille  
 pro quo fiunt missæ multis annis in purgatorio non  
 est tam diu mansurus sicut durant illæ missæ per an-  
 niuersaria vel tricenaria. Sunt ergo duo vtilia docu-  
 menta vt quis purgatorium non intret vel saltem  
 non diu ibidem in tam horribili pœna permaneat.  
 ¶ Primū est vt in vita p̄curet specialiter p̄ se celebra-  
 ri missas, det elemosynas, ieiunet, oret, & alia pœ-  
 nitentiæ opera spontè tēpore sanitatis vel ex iniun-  
 cto confessoris assumat & intendat illa facere prin-  
 cipaliter ad Dei honorem & satisfactionem pecca-  
 torum atq; pœnæ purga. diminutionem, nam in cha-  
 ritate Christi existens per quodcunq; opus bonum  
 licet etiam in se sit indifferens quod tali intentione  
 satisfaciendi pro se vel animabus in purgatorio ex-  
 m plet,

plet, consequitur semper aliquam pœnæ purgatorij  
diminutionem vel pro seipso aut alio cui applicare  
intendit. Secundum consilium siue documentū est  
quòd ante mortem in lecto saltem egritudinis dispo  
nat talis per fideles amicos celebrādas diuersas mis  
sas, atq; elemosynas siue distributiones, religiosi,  
pauperibus & pijs locis procuret fieri sicut in qui  
busdā locis cōsuetudo est vt pro diuitibus tempore  
grauis egritudinis trahatur campana cuius pulsus  
populū excitare possit vt Deus illius infirmi mise  
reatur. Nam per celebratiōes missarū elemosynarū  
largitiōes & similia pia opa quibus egētibus subue  
nitur longè efficaciores & seruētiores procurantur  
orationes q̄ per campanæ pulsum. Et per illa pia o  
pera quæ tunc dispositione eius pro eo fiunt semper  
acquiret remissionem pœnæ purgatorij maiorem  
quàm si eadem opera post mortem fierent etiā illius  
dispositione & tunc certus est de expletione. Et ve  
risimiliter tot poterūt tūc fieri missæ & elemosynæ  
quòd euolabit nec purgatoriū intrabit. Tertiuū do  
cumentum est vt testator aut æger iuxta facultates  
suas in diuersis monasterijs atq; ab alijs sacerdotib⁹  
specialiter ad missas tūc nō obligatis procuret fieri  
multas missas statim tempore exequiarum vel post  
mortem continuè ad aliquot dies non curando an  
vocetur tricenarium vel centenariū petendo vt spe  
cialiter in vim satisfactionis & pœnæ purgatorij di  
minutionis pro eo illæ missæ aut alia pia opera ap  
plicentur & secundum hoc satis pro qualibet missa,  
videlicet duos stuferos vel amplius iuxta consuetu  
dinē loci relinquat. Nectalis volens pro se solūm  
vel specialiter in vim satisfactionis illas missas fieri  
agit

agi  
ter  
tuis  
etia  
tati  
fati  
mis  
à po  
tant  
fatis  
sæ a  
fibil  
fact  
tutē  
de e  
si de  
hab  
solu  
ergo  
conf  
resti  
diue  
cit P  
solu  
anni  
nec i  
sito c  
sing  
tibus  
lia su  
tamē  
tionē

agit cōtra charitatē proximi quæ in hoc principali-  
 ter consistit vt velimus proximo dilectionē Dei gra-  
 tuitā & donū gratiæ atq; gloriæ. Nec tūc proximus  
 etiā excluditur sed participat ratione virtutis chari-  
 tatis vnientis membra ecclesiæ, sed perit vt in vim  
 satisfactionis & expiationis pœnæ specialiter sibi  
 missæ applicentur vt citius sic possit Deū videre &  
 à pœna liberari. nam suffragia facta pro multis non  
 tantū profunt singulis sicut si specialiter eis in vim  
 satisfactionis applicarētur. vndē licet sacrificiū mis-  
 sæ aut aliud opus satisfactorium sit vnum & indiui-  
 sibile secundū partes vel quantitatem est tamē satis-  
 factoriū applicabile multis & diuisibile secundū vir-  
 tutē & valorē & cū ipsum sit finitū quantō plures  
 de eius valore participāt tātō minus recipiūt. Sicut  
 si dē denariū valentē 20. stuferos. 20. hoibus quisq;  
 habebit valorē vnus stuferi, si dem decē pauperib;  
 solū quilibet eorū habiturus est duos stuferos. Et   
 ergo vt suprā aliquo modo tetigi in 2. parte 7. capit. de  
 confes. auaritiæ. Peccant sacerdotes & tenentur ad  
 restitutionē nec satisfaciūt celebrādo vnā missam p  
 diuersis quibus specialiter sunt obligati. nam vt di-  
 cit Palude tales nō liberātur à toto sed à tanto quia  
 soluūt quidē sed minus q̄ debēt. sicut promittēs Io-  
 anni vnā librā & Petro vnā nō totaliter liberatur  
 nec satisfacit offerendo duobus vnā, sic est in propo-  
 sito quia missa celebrata pro multis non tantū valet  
 singulis. Alijs tamē animabus in purgatorio existen-  
 tibus pro quibus specialiter non applicātur licet ta-  
 lia suffragia nō p̄sint quantū ad liberationē à pœna  
 tamē quantū ad congratulationē & interiorē cōsola-  
 tionē scđm quod vnus in charitate existens gaudet



de bonis alterius sic valent talia suffragia omnibus  
in charitate existentibus & plus ei qui est in maiori  
charitate. nam vt dicit Ricar. Suffragia pro vno in  
purgatorio specialiter facta omnibus alijs innotef-  
cunt diuina prouidente misericordia, & quia sese di-  
ligunt ex charitate nec sibi inuicem inuident in ali-  
quo omnes gaudēt quando aliqua anima liberatur  
ex purgatorio vel pœna eius diminuitur pro qua  
specialiter suffragia fiunt. Et per hoc etiam aliqua-  
liter potest fieri diminutio pœnæ aliorum inquan-  
tum per illud gaudium reddantur minus dispositi  
ad pœnam contristantem. Redeundo ad quæstionis  
vltiorem solutionem dico quòd quantū ad me-  
ritum & præmium essentialia tantum vel plus valet  
continuata successio & fundatio perpetua missarū  
quàm si eadem vel tanta pecunia relinqueretur pro  
multis missis statim celebrandis. Et ideo laudabilis  
est consuetudo vt communiter parrochiani suis cu-  
ratis aut ecclesiæ relinquunt certum perpetuū red-  
ditum pro anniuersarijs perpetuis futuris temporibus  
pro ipsis & eorum parentibus celebrandis aut  
alias pias fundaciones pro collegijs & subsidio stu-  
dentum (quod vt supra dixi inter cætera est maxi-  
mi meriti quod in vniuersali ecclesia magnum ad-  
ducit fructum) aut perpetuas quasdam distributio-  
nes certis diebus quolibet anno pauperibus dome-  
sticis aut alijs egentibus ordinent, & præcipuè in il-  
lis locis vbi ratione beneficij aut officij bona illa ac-  
quisita sunt. Nam regulariter talis plus meretur res-  
linquens fundaciones perpetuas respiciendo prin-  
cipaliter ad Dei honorem & ampliationem diuini  
cultus vniuersalis ecclesiæ ac reipub. vtilitatem pro-  
ximo-

xi  
fi  
po  
pa  
.l.  
tu  
di  
ti  
ma  
sic

T  
fru  
frag  
tur  
ope  
ue  
din  
fen  
fite  
lect  
stra  
ope  
fiæ  
fiæ  
mil  
Na  
Pra  
cipi  
imp

ximorum ædificationem & animarum salutē quā  
 si intendat pro peccatis proprijs satisfactionem &  
 pœnæ purgatorij diminutionem. Tamen ex altera  
 parte possit esse æquale meritum in isto vt in alio, si  
 .f. vtrobiq; sit charitas æquē intensa & idem cona-  
 tus voluntatis & cetera sint paria vt. f. per multitu-  
 dinem missarum simul dicendarum Deus istius ci-  
 tius misereatur & ne diutius torqueatur & à Deo  
 maneat separatus ad quem venire statim desiderat  
 sicut ceruus ad fontes aquarum.

*Quarta propositio de suffragiorum efficacia  
 & negligentia.*

**T**estator ordinās suffragia aut alia pia opera post  
 mortem impendēda nullum inde effectum aut  
 fructum consequetur ex opere operato si talia suf-  
 fragia negligentur aut nimis differantur, conseque-  
 tur tamen illorum efficaciam correspondentē operi  
 operantis, videlicet augmentum gratiæ & gloriæ si-  
 ue ipsa impleantur siue nō modò in charitate ea or-  
 dinauerit, vel si extra charitatem per ratificantē con-  
 sensum in fine vitę ea renouauerit. Patet hæc propo-  
 sitio præcipuè quo ad primam eius partē, quia neg-  
 lecto suffragio nullum est opus operatū & sic fru-  
 stratur eius effectum quem consequeretur ex opere  
 operato quantum ad orationes ministrorum eccle-  
 siæ tam earum quas facturi erant ex persona eccle-  
 siæ quàm ex persona sua & personali deuotione, si-  
 militer & pauperum qui recepturi erant legatum.  
 Nam non impleto suffragio nihil operari potest.  
 Præterea dum ministri ecclesiæ & pauperes nō sus-  
 cipiunt legatum non tenentur ad speciale suffragiū  
 impositum legato, nec grati esse possunt de benefi-

cio qui beneficium nō receperat, & sic similiter frustratur ille effectū liberationis à pœna purgatorij correspondēte suffragio ex opere operato dum suffragium negligitur. Hinc dicit Ricar. Si quis mittat pauperi elemosynam per seruū qui ex malignitate eam sibi retinet vel prodigè expendit quamuis non minuitur meritū mittentis quantū ad impetrationē gratiæ, tamē minuitur quantū ad remissionē pœnæ maximè quia si ille pauper elemosynā recepisset feruētius oraret & teneretur orare pro illo. Sic similiter in proposito. Ex quo elicio quòd stat quempia fraudari bonis etiam spiritualib⁹ ex culpa alterius, quia in casu dictæ propositionis fundator siue testator fraudatur effectū suffragiorū per ipsum ordinatōrū propter negligentia executorū, hoc aut verum dicit beatus Tho. in temporalibus vt in liberatione à pœnis purgatorij, sed quo ad æternam retributionem nullus fraudari potest nisi per culpam propriā & sic filius non portabit etiā iniquitatem patris. Et in quæstione sua quotlibetica. 6. dicit quòd negligentia vnus non reputatur alteri ad pœnam, potest tamen redundare in alterum quantum ad defectū remedij quo vnus homo ab alio iuari potest. Patet ergo quantum ad meritum elemosynæ nullum detrimentum patitur defunctus ex omisione, tarditate vel negligentia hæredū vel executorū sed quantum ad effectum elemosynæ patitur detrimentum. Non quidem vt pro huiusmodi tarditate puniatur, sed quia remedium ei non adhibetur dum suffragia dimittuntur vel differantur ex quibus iuaretur. ¶ Stat etiam quòd testator in gratia decedens pœnitus frustratur effectū suffragiorum quantum ad

ad opus operatum quamuis etiam fiant. Patet in casu quo suffragia intantum differantur quòd prius is pro quo fiunt purgatus est, sic namq; suffragia post eius liberationem impensa non profunt ad eius liberationem & remissionem pœnæ iam factæ. Et similiter contingit ordinantē in testamēto vel codicillo suffragia post mortē agenda, si illa nō fiāt frustrari efficacitā suffragiorū correspondente operi operātis principalis agentis, quātum ad præmiū aliquod accidentale quod est pœnæ alleuiatio & detentionis in purgatorio abbreviatio. Consequetur tamen efficacitā illorum suffragiorum correspondentem operi operantis principalis agentis, videlicet quo ad meritum & præmiū essentialē, videlicet augmentū gratiæ & gloriæ, siue talia suffragia omittantur vel ad effectum deducātur, vt dicit Tho. in 4. dist. 45. q. 5. art. 2. Nam talis efficacitā siue effectus correspondet bono motui animi quē elicit ex charitate ordinando huiusmodi suffragia in finē debitū & vltimū qui est Deus, vt. s. citius Deo iungatur eiusq; consortio cœlestium spirituum. Istæ namq; actus boni motus ipsius ordinantis iam perfectus est, nec dependet à suffragio post futuro quantum ad meritum. ¶ Dixi autem notanter in propositione, si ordinans fuerit in charitate, quia si non fuit in charitate dum ordinavit nihil per suam ordinationem siue testamentariam dispositionem meretur, etiam si ordinata fiant quantum est ex opere operantis siue postea recuperet charitatem siue non, nisi per nouum actum recuperata charitate ordinationem prius in mortali factā renouet eam ratihabēdo, quia tunc ex illo nouo actu in gratia elicitō sortitur efficacitā,

& ei coram Deo reputabuntur illa prius in mortali  
ordinata ac si nunc de nouo per eum fuerint ordi-  
nata. Ideo pro huius materiæ breui cōclusionē sunt  
duæ doctrinæ vtilēs ipsius Gabrielis. Prima doctri-  
na est. Quicumq; testamentum condere voluerit &  
pro se aut defunctis alijs, suffragia ordinare, bene-  
ficia, collegia, bursas, distributiōes aut alia ad diuini  
cultus augmentum instituere, studeat primò Dei  
reconciliationem & gratiam obtinere, confitendo,  
de peccatis dolendo, & propositum firmum concipi-  
endo vt de cætero à peccatis velit abstinere & pec-  
catorum occasiōes vitare. Sic præter meritum præ-  
mij essentialis quod statim ordinando consequitur  
omnia ordinata proficient ad animæ medelam, re-  
frigerium & liberationem à pœna purgatorij totali  
vel partiali. Secunda doctrina. In lecto egritudinis  
detentus aut in extremis laborans induci debet per  
curatum confessorem aut alium fidelem eius ami-  
cum vt omnia prius per eum testamētāliter vel alio  
modo ad Dei honorem & pium vsum ordinata tūc  
ratificet quando confitetur & sacramentum eucha-  
ristiæ sumere intendit quando verissimiliter scit &  
sperat se esse in statu gratiæ. nam per illum ratifican-  
tem consensum prius fortè in statu mortalis culpæ  
per eum ordinata & sic non meritoria neq; satisfa-  
ctoria coram Deo reputabuntur ac si in charitate  
fuisent ordinata vel quasi de nouo nūc per eum or-  
dinarentur. nam ibi est consensus complacentiæ de  
quo suprā per quem quis meretur & demeretur. Si  
enim malum prius per me intentum & operatū per  
aliquem mihi ad memoriam reducat vel memo-  
riæ occurrat de quo complacentiam nouam habeo,  
iam

iam de nouo pecco. Sic similiter est in bono quo ad nouum meritum, & ergo valde expediens est vt viri docti ad egrotos vocentur & consulantur in testamentarijs dispositionibus & vltimis voluntatibus vt de his & similibus egrotos instruunt & rectè consulant vt testamenta condant, non solùm hæredes ditando qui exultabunt de morte testatorum, sed Christum vnum ex hæredibus instituant vt suprâ dixi in 2. parte. 7. ca. & vt magnam partem suorum bonorum pauperibus vel ad alium pium vsum relinquunt. Et vt hæc omnia atq; testamentariam dispositionem pertinenter cum bonis discretis clausulis tempestiuè ante mortis vel grauis instantis infirmitatis periculū ordinent dum sani fuerint. quod si fortè quis suam extremam voluntatem & testamentum ex certis causis non velit alijs notificari, scribat ergo ipsemet et si scribere nesciat per suum confessorum vel alium integerrimum secretum amicum scribi faciat testamentariam suam dispositionem quibus literis clausis & manu atq; signeto cōsueto sub signatis præsentet eas suo curato vel notario in præsentia duorum testium ad minus exponens quatenus inibi descripta & contenta sint de eius extrema voluntate & testamentaria dispositione volēs ea robur firmitatis in omnibus suis clausulis habere cum potestate addendi, diminuendi, alterandi, &c. & easdem literas per notarium in dorso signatas poterit apud se retinere, & si tunc fortuito euentu morte præueniatur testamentum illud clausum aut nuncupatum vel quocunq; alio nomine baptizetur habebit semper suam efficaciam. Si etiam præuisam mortem expectet postquam prius de temporalibus sic

aut alio modo conuenienter disposuerit tempore  
egritudinis magis aptus erit & minus distractus vt  
de Deo & salute animæ suæ cogitet quod nonnun-  
quã impeditur per testamentariã in extremis aut  
tempore infirmitatis ordinationem. Qui secus fa-  
ciunt & testamentum apud se non semper paratum  
habent licet docti sint, prudentes tamen se esse mini-  
mè ostendunt quod tamen quia plurimi nõ faciunt,  
ideo stultorũ siue imprudentũ infinitus est numerus.

*¶ Quinta propositio de executoribus.*

**T**estamentorũ executores (qui laici, clerici, etiã  
religiosi esse possunt) licet iure compelli nõ pos-  
sint infra annum voluntatem defuncti exequi, iure  
tamen diuino & naturæ obligantur quàm totius  
subuenire miseris captiuis in pœnis clamantibus,  
Miseremini mei, &c. Et ad statim legata præcipuè  
ad pias causas exoluere modò bona sufficientia in  
promptu adsint, aliàs egentium necatores censentur  
vt dicitur 13. q. 2. Qui oblationes. Patet hæc pro-  
positio quo ad principaliorẽ partẽ, videlicet quòd  
iure naturæ, &c. quia executores amici & hære-  
des qui sine rationali causã suffragiorum executio-  
nem differunt contra proximi charitatem agunt,  
nec defuncto fidem seruant quem sua negligenti  
dilatione pœnis acerrimis miserabiliter cruciant  
quem commissa exequendo ab illis pœnis liberare  
potuissent. Nam quantotius ecclesiæ & pauperes  
quibus legatum factum est recipiunt legatum tantò  
citius & feruentius pro aia defuncti orant & orare  
tenentur. Acceleratio autem feruentium orationum  
& suffragiorum realis adimpletio pro anima defun-  
cti multũ valèt ad pœnæ alleuiationẽ. Videant ergo  
qui

qui passim quascunq; etiam maximorum execu-  
 tiones acceptant quantis periculis se exponant qui  
 raro diligētiā debitam (sicuti in negotijs proprijs)  
 faciunt & nonnunquā bona defunctorū apud se re-  
 tinent & multis annis eis ad quēstū vtuntur, pro-  
 les suas aut amicos inde ditando & exaltādo & tan-  
 dem in morte eandē executionē quā nondū adhuc  
 expleuerūt & bonorum iniustē detentorum tanto  
 tempore restitutionem suis prolibus & hæredibus  
 committunt, qui etiam regulariter simili modo fa-  
 ciūt, patrē namq; sequitur sua proles, & sic per illas  
 maledictas terrenas diuitias quā plures vsq; ad ter-  
 tiam vel quartā generationē damnantur & diuitias  
 cœlestes amittūt. Et licet testator specificet annū vel  
 certum tempus quo impleri velit suum testamentū  
 & tunc executor ante illud tempus compelli nō pos-  
 sit ad citius implendū tamen conscientia eius equi-  
 tas & ratio naturalis eum ad hoc compellere debe-  
 ret vt quantotius commodē posset volūtatem de-  
 functi præcipuē ad debita & pias causas exequatur.  
 Et etiā supponendū aut præsumendū est voluntatē  
 defuncti fuisse vt illo modo & eo tpe impleret quo  
 posset & esset aiæ suę expedientius. Ex causa tamen  
 posset ad tps executio differri sicut nonnunq̄ fieri  
 debet propter diuersa debita atq; credita ipsius te-  
 statoris & quia bona sufficientia in promptu nō ha-  
 bentur. Et sic dicit beatus Tho. in quot. 6. Si execu-  
 tor differat parū executionē vt res defuncti melius  
 vendantur, & sic largiores possint fieri elemosynæ,  
 sic in mora modici temporis non videtur esse ma-  
 gnū periculū, si verò permultū & notabile tps diffe-  
 reat elemosynas distribuere vt non multò ampliores ele-



elemosynas faciat non videtur esse absq; culpa, quia  
fortè defunctus à purgatorio liberaretur in quo ex-  
istenti remedium suffragiorum maximè necessariū  
esset, hoc autem requirit prudentis executoris exa-  
men vt. f. consideratis dilatione temporis & condi-  
tione personæ quæ creditur citius vel tardius libe-  
randa, & etiam quantitate augmenti elemosyna-  
rum faciat quod vi debitor expedire defuncto. Con-  
sulo ergo vnicuiq; vt sui testamenti quod tempore  
sanitatis maturè ordinauerit executores eligat vi-  
ros timoratos, iustos, diligētes, & bonæ consciētīę.  
Non semper enim maiores & doctiores sunt dili-  
gētiore executores. Et executor potest esse laicus,  
clericus, secularis, & etiā religiosus, dūmodo à suo  
superiori licentiam habeat exequendi, vt patet in. c.  
reli. de test. li. 6. Excipiuntur minores quibus pro-  
hibitum est in cle. Exiui de vers. quia minor nō po-  
test esse contractor pecuniarum & vëditor rerum,  
potest tamen esse consultor & declarator in execu-  
tione testamenti & sic differunt consultor & execu-  
tor testamenti. Seruus surdus, mutus, prodigus,  
furiosus non potest esse executor. Secundum quos-  
dam doctores mulier potest etiam deputari pro exe-  
cutione testamenti, consuetudo tamē communiter  
non habet hoc, & etiam dicit Panor. in c. tua nobis.  
quòd aliàs consultum fuit quòd non. Tempus exe-  
cutionis de iure. In legatis ad pias causas tenentur  
executores infra. 6. menses voluntatē defuncti exe-  
qui de iure ciuili vltra quod tempus si protraxerint  
tenentur ipsi executores vel hæredes soluere cum  
omni emolimento & interesse. Et debet computari  
illud tempus sex mensium ab insinuatione vel publi-  
catio

atione testamenti, vt in aut. de ec. ti. l. si autem legatum. Sed secundum canones sicut habet etiam communis consuetudo quæ vim legis obrinet, non videtur executor infra annū posse cogi ad executionem, vt patet in cap. Nos quidē de test. Et episcopi per statuta sua nunc communiter disponunt vt curat annus à die mortis admonēdo generaliter quoscunq;. Et potest episcopus tales executores compellere ad testamenti executionem nedum cū actio est intentata per legatarios cōtra executores sed ex officio suo. Post annum ergo deuoluitur executio ad episcopum intelligendo in die mortis & scientiæ & aditæ hæreditatis.

*De quibusdā deuotionalibus & de oratione. Cap. XV.*  
 ¶ Occupatio, utilis oratio, & deuota contemplatio de septuplici sanguinis Christi Iesu effusione, quæ singulis diebus fieri potest vel per septem dies septimanae, ad habendum septem singulares virtutes & remedia contra septem mortalia peccata.

**A**Ve nobilissime sanguis de toto corpore Christi abundē in mōte Oliueti emanās, vbi Christus Iesus præ nimia animi angustia & consideratione acerbissimæ ignominiosæ passionis de proximo imminentis in agonia constitutus cœpit pauere, tēdere, & mœstus esse, dicens, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. & totam illam noctem infornem in vigilia & oratione deduxit. Oro te ô bone Iesu, vt in illo benedicto sudore sanguineo animam meam paralyticam & diuersis morbis infectam lauare atq; purgare digneris ab omnibus peccatis quæ per accidiam pluries commisi, à delictis ignorantia, negligentia, & iuuentutis. A peccatis alienis  
 Ab

Ab omni ocio & inutili temporis deductiōe. Et humiliter supplico vt virtute illius calidissimi sanguinis diligentiam atq; feruorem deuotionis mihi largiri digneris. Intellectum illuminando, Affectum inflammando, vt de cætero studiosè attentè & deuotè valeam missas, horas, atq; aliud diuinū officium persoluere, & studio aut alia occupatione honesta pijs quoq; operibus valeā tempus deducere. Et reuolue ibi cum mentis feruore & deuota contemplatiōe quasi ibidē in orto Oliueti p̄sens esses in quanto animi dolore non ociosè illam noctem deduxit. Et sic consequenter procedas in alijs effusionibus, quæ omnes 7. illa nocte & die passionis factę sunt & factalē vel similē orationē secundū tuā deuotionem in qualibet effusione legendo Pater noster. Ave Maria petendo & orando deletionem certi mortalis & consecutionē virtutis oppositæ. ¶ Prima ergo sanguinis effusio in orto Oliueti est contra accidiā, ad obtinendum deuotionē. 2. ¶ In flagellatiōe contra irā mansuetudo. 3. ¶ In coronatione contra superbiam humilitas. 4. ¶ In vestitū vulneribus adherentium extractiōe cōtra auaritiā. Paupertas spiritus. 5. ¶ In crucis baiulatiōe dum vino mirrhato potaretur, contra gulā sobrietas. 6. ¶ In crucifixione & crucis eleuatione cum pro inimicis orabat contra inuidiam charitas. 7. ¶ In lateris benedicti apertione contra luxuriam castitatis.

¶ *Septem dies septimane.*

Vade & lauare septies in Iordane & mundaberis 4. Reg. 5.

**I**sta deuota contemplatio & occupatio utilis magis quā in altis speculatio conuenienter fieri potest

test  
mus  
Don  
die  
liue  
plan  
las g  
furg  
curr  
ad v  
ocio  
sic f  
hod  
nor  
in m  
sang  
ager  
rum  
rant  
uent  
dus  
uot  
de g  
fum  
lial  
cere  
in ge  
torij  
tis e  
mor  
rect  
atq;

rest per 7. dies septimanæ, vt sic semper virtualiter si-  
 mus cum Christo occupati & cruci eius cōfixi. Die  
 Dominico memor ero primæ effusionis & toto illo  
 die præsens esse volo secundum spiritum in orto Oli-  
 ueti cum Christo, eleuans Christum iacentem ibi  
 planū in terra & suscipiendo in pixide cordis mei il-  
 las guttas sanguineas. Cū nocte vigil sum, mane  
 surgo. Cū tædiū de t̄pis vel boni op̄is p̄lixitate oc-  
 currit, vel alia tētatio accidit semper recurrā in ortū  
 ad vigilantissimū sponsum animæ meæ qui nunquā  
 ociosus extitit. Et intentio in principio huius diei  
 sic formari debet. O pie diligentissime Iesu quicquid  
 hodie acturus sum intendo principaliter ad Dei ho-  
 norē, animarū salutē, proximorū ædificationē, &  
 in memoriā atq; gratiarū actionē de illa abundanti  
 sanguinistui p̄ciosi in mōte Oliueti effusione per-  
 agere pro remissione & satisfactione oīm peccato-  
 rum meorum quæ per accidiam, negligētiam, igno-  
 rantiam & ocium commisi, & vt virtute illius ser-  
 uentis benedicti sudoris fiam deinceps magis seruis-  
 dus in Dei & proximi amore & obsequij diuini de-  
 uotiōe. & cōsimiliter illo die Dominico memor ero  
 de gaudio immenso cœlestis gloriæ ad quā creatus  
 sum & firmiter spero peruenire, & similiter singu-  
 lis alijs diebus fiet. & sic faciliter potest quis satisfacere  
 hic pro peccatis suis, specialem de singulis saltē  
 in genere habendo contritionē vt pœnam purga-  
 torij euadere possit. Et in talib⁹ exercitatis (ex mul-  
 tis enim actibus generatur habitus) nō erit difficilē  
 mortalia vitare, & est verus modus Deo placendi  
 rectē viuendi & in quietudine mentis Deo seruiēdi  
 atq; salubriter moriendi.

¶ 2. fe. de secunda effusione contra iram & ad obtinendum animi mansuetudinem & de morte.

¶ 3. fe. de. 3. effusione, &c. De Dei beneficijs.

¶ 4. fe. de. 4. effusione. De iudicio extremo.

¶ 5. fe. de. 5. effusione. De pœnis inferni.

¶ 6. fe. de. 6. effusione. De passiõe Christi.

¶ 7. fe. de. 7. effusione. De pœtis in generali.

¶ *De cessione bonorum.*

**D**Octrina hæc deuota & vtilis est tradita à Gerfone doctore consolatorio præcipuè contra desperationem & mentis pusillanimitatem quæ multis laqueum damnationis immittit perpendentibus magnitudinem beneficiorum & donorum Dei quæ receperunt & indies à Deo percipiunt & defectû propriæ virtutis & gratiarum actionem & satisfactionem pro illis Deo impendendam. ¶ Cum mihi in mentem venit atq; recordor beneficiorum Dei infinitorum, videlicet incarnationis, passionis, creationis, redemptionis, & aliorû de quibus in cap. sequenti. Itè quòd debitor sum virgini Mariæ, angelo meo bono & omnibus sanctis quorû præsidio & Deo speciali bonitate à morte æterna & temporali subitanea diuersisq; periculis corporis & animæ multotiès præseruatus sum. Item debitor sum in multis parentibus meis viuis & defunctis, fundatoribus, benefactoribus. Insuper & proximis meis multa debeo præcipuè lapsis in peccatum pernicie mali exempli aut consilij mei eis exhibiti quibus obnoxius sum ad reparationem, quod nonnunquam difficilius est rectè soluere quàm mille ducatos. Consimiliter & his obligor quibus bonum nomen & famâ per detractionem quouis modo abstuli, Etiam in temporalibus

ralibus multis modis proximos meos damnificaui  
 de quibus suprâ, quibus omnibus debitor sum. O  
 pie Iesu multa debeo & pauca habeo, illis ergo debi  
 tis ex vna parte attentis & ex altera parte attendens  
 meam ingratitudinem, & pro omnibus satisfaciendi  
 meam imbecillitatem tunc laudabiliter & merito  
 riè cedam bonis. sicut in foro exteriori cum quis se  
 videt ære alieno grauatum nec posse omnibus sol  
 uere, cedit bonis, dimittens domum & quæ habet,  
 vt oïa pportionabiliter applicetur ipsis creditorib<sup>o</sup>  
 postquâ vendita fuerint. Sic similiter cum omnes  
 prædicti creditores & diuersæ exactiones me præ  
 mût & quodâmodo suffocât dicentes, Redde quod  
 debes, & non video me satisfacere posse, oës enim  
 iustitiæ meæ tanquâ pannus menstruatae, dicam, O  
 Domine vim patior respõde pro me cedo bonis tu  
 es fideiussor meus factus responde p me qd habeo  
 trado ad manus tuas perforatas, & quia tam libera  
 lis & potens es sciens & volens subleuare tuorum  
 filiorum inopiam, præcipuè cum id cordialiter re  
 quirant, suppleas quæso pijsime Iesu virtute tui be  
 nedicti sanguinis quod deest ex parte mei. nam illū  
 copiosè effudisti nō per guttas sed per vndas & vna  
 gutta sufficiens est ad satisfaciendum pro debitis to  
 tius mundi & decem milium si essent. Iuua ergo me  
 in forti arbore crucis in qua delicta omnium baiu  
 lasti portare debita mea. Tu qui precium nostrū es  
 nostra iustitia, nostra copiosa redemptio, redde cre  
 ditoribus meis quomodo vis & scis. Iterum atq; ite  
 rum cedo omnibus bonis meis factis & futuris, tan  
 tummodo vita gratiæ in hac paupertate me susten  
 tes miserum vermen virtute & merito tuæ amarif  
 n  
 simæ

simæ passionis, benedictæ incarnationis, acceptare digneris in solutū quicquid in hunc diē egi, & de cætero acturus sum, vt missæ, horæ, studiū, labor, ieiunium, elemosynā, cæteraq; oīa sint ad Dei gloriam mihi profint ad meritū, satisfactionē, & gratiæ augmentū. Deinde his p̄sint quib⁹ specialiter obligatus sum & quibus opa mea bona applico & cōico eo gradu, ordine, & modo sicut tu iustissim⁹ distributor & iudex noueris cōgruere ad eorū vtilitatem & pœnæ satisfactionem & meam à debito liberationē. Amen.

*¶ Modus deuotè orandi & eleuandi mentē in Deū.*

**C**VM deuotè, reuerenter, fructuosè, atq; meritorie legere velis horas canonicas, atq; alias orationes fundere sine rēdio, mentemq; ab istis terrenis trahēdo ad cœlestia velis eleuare, & habere feruorē spiritus, sum opere conducit ad hoc doctrina subsequens quam virtualiter etiam tradit Gerson, vt videlicet secundum spiritū constituas te in aliquo certo loco quasi ibidē p̄sēs essēs vbi Christus redemptor tuus aliqua præclara redemptionis opera per incarnationē, prædicationem, circuncisionem, passionem operatus est, & sic orabis spiritu & mente, corde & corpore, & clamabis ad Deum toto corde. In corde namq; sunt duo, scilicet intellectus & affectus. Tunc ergo oras cum propheta in toto corde, quādo est attentio in intellectu, & deuotio in affectu, quæ si defuerint in oratiōe tua nō exaudieris, quia de numero illorū es qui Deum labijs solūm honorant, cor autē eorū lōgè est à Deo. Mat. 15. vndè talis oratio solūm vocalis sine modulatiōe & feruore spiritus teste Aug. est tanq̄ vox picarū & mugitus bouū. ¶ Matutinas legendo quiesce in Bethania cum Magdale-

na &  
Iou  
noct  
dē i  
fede  
habe  
enim  
bat o  
Iuda  
ligar  
stum  
tum  
latur  
Pilat  
dam  
& sic  
& de  
uotæ  
Cru  
Chri  
sexta  
cruci  
matri  
ritū e  
nedic  
gine M  
dio p  
¶ Ad  
sepul  
conte  
in stat  
sens e

na & virgine Maria dolorosa quam Christus nocte  
 Iouis sancta ibidē in mœrore reliquit, deinde in alio  
 nocturno ambula de Bethania in Hierusalē, & ibi-  
 dē in vltima cœna cū Christo & apostolis in mensa  
 sede. Intertio nocturno requiesce in orto nec tediū  
 habeas si nocturnū & longum officiū legas, Christus  
 enim factus in agonia prolixius orabat & pernocta-  
 bat orando. Ad laudes surge cum Christo obuiādo  
 Iudæ traditori & Iudæis Christum tanq̄ maleficum  
 ligantibus & capientibus. ¶ Ad primā sequere Chri-  
 stum ambulātem & confusibiliter ductū atq; liga-  
 tum de domo Annæ ad Chayphā, de Caypha ad Pi-  
 latum, de Pilato ad Herodem, de Herode iterū ad  
 Pilatū, & quiesce in domo Pilati videns illā horren-  
 dam Christi sponsi tui flagellationē & coronationē,  
 & sic consequenter vti canunt horæ de sancta cruce  
 & de doloribus beatæ Marię virginis, quę valde de-  
 votæ horæ sunt. ¶ Ad tertiā audi Iudæos clamantes  
 Crucifige, non habemus regē nisi Cēsarē & sequere  
 Christū crucē baiulantē vsq; montē Caluariæ. ¶ Ad  
 sextā siste in mōte Caluariæ & memor sis illius diræ  
 crucifixiōis manū & pedū clavis grossis in p̄sentia  
 matris. ¶ Ad nonā audi Christum voce magna spi-  
 ritū emittentē pro crucifixorib⁹ orantē & septē be-  
 nedicta verba proferentē. ¶ Ad vesp̄as sede cū vir-  
 gine Maria sub cruce & suscipe inter vlnas & in me-  
 dio pectoris tui sponsum sanguinū Christū Iesum.  
 ¶ Ad completorium vade & quiesce cum Maria ad  
 sepulchrum. ¶ In alijs etiam studijs, orationibus,  
 contemplationibus & occupationibus tuis (quisque  
 in statu suo) siste quandoque in Bethleem quasi præ-  
 sens esses vbi rex regum nudus in stabulo iacet in



præsepio, in medio brutorū iacet cibus angelorum  
&c. Pergendo sis memor fugę Christi cum Maria &  
Ioseph in Aegyptū. ¶ Sis memor de Ioseph iuvene  
formoso & elegantissimo Genes. 37. qui venditus  
fuit. 30. argenteis suggerente Iuda fratre suo & tra-  
ditus in manibus Hysmaelitarum ex zelo inuidiæ  
ne fratribus suis dominaretur, quibus tamen con-  
trarium accidit, quia exaltatus est super eos & vo-  
catus saluator mundi. Ita & Iesus speciosus forma  
præ filijs hominum post venditionē à proprio di-  
scipulo pro 30. argenteis & traditionē in manibus  
Iudæorum & gentilium pater eius exaltauit eum &  
dedit ei nomen quod est super omne nomen. Iesus  
enim interpretatur saluator. O deuota anima in-  
terroga hunc speciosum iuuenem Christum Iesum  
in diuersis locis multipliciter postquā venit de valle  
Hebron in Sychen quærentem fratres suos quid  
quærat, & respondebit cum Ioseph, Fratres meos  
quæro. Vide quæso hominem quærentem centesi-  
mam ouem. s. naturā humanā, relictis nouē ordini-  
bus angelorū, denariū in super decimū siue dragmā  
& filium prodigum deperditum de quibus Luc. 15.  
Ad hanc enim ouem perditam quærendam, dena-  
rium, & filium perditum recuperandum filius ho-  
minis in desertum huius mundi descendit primò in  
uterum virginis, secundò ex utero in præsepium,  
tertiò ex præsepio in synagogā vt reciperet circunci-  
sionē, ex synagoga venit ad diuersoriū, à diuersorio  
iuit ad templū, quadragesimo die à templo iuit ad  
Aegyptū septē annis exul factus. Si quandoq; ab-  
straxeris te à consortio hominū mundanorū nō pu-  
tes nouum esse, Christus enim solus cum matre &  
Ioseph

Ioseph  
tus f  
Aeg  
Hi  
cum  
vide  
fratr  
atqu  
intra  
tate i  
post  
do &  
anim  
defe  
tate  
causa  
nien  
ince  
tis vi  
tion  
rere  
Cay  
tatis  
in h  
cal  
deu  
uot  
tua  
bus  
qua  
an  
in a

Ioseph tanquam exul à suis & propria patria relega-  
 tus fugit in Aegyptum ibidem. 7. annis manens, ab  
 Aegypto redijt in Nazareth. à Nazareth ascendit  
 Hierosolymã cum esset annorũ 12. à Hierosolyma  
 cum parètibus descēdit & erat subditus illis. Demũ  
 vide eum venientem ad Iordanem ad quærendum  
 fratres suos, animam peccatricem ouẽ deperditam  
 atque filium prodigum & nondum adhuc inueniẽs  
 intrauit desertum in ieiunio & pœnitentiæ austeri-  
 tate ibidem quærens 40. diebus ouem perditam.  
 post 40. dies circuibat per villas & castra prædican-  
 do & oves pascendo. deinde lapsis aliquot annis vt  
 animam perditam tandem inueniret, postquam in  
 deserto & villis eam non repperit ingressus est ciui-  
 tatem Hierusalem flens super illam vt suprã fletus  
 causam declarauit, sed adhuc in ciuitate non inue-  
 niens elongauit se & venit ad ortum Oliueti & ibi  
 incepit ouem perditam & filium prodigum à remo-  
 tis videre, quam cum vidisset quia tempus redemp-  
 tionis & liberationis tũc propè erat, continuè quæ-  
 rere non cessauit eundo velociter ad domũ Annæ,  
 Cayphæ, Pilati, Herodis, & per diuersos vicos ciui-  
 tatis Hierosolymæ, donec ouem perditã inuentam  
 in humeris baiulans super crucis lignũ ad montem  
 caluariæ deferret & ibidem patri suo offerret. ¶ O  
 deuota anima vt non modò nomine sed re ipsa de-  
 uota dicaris hæc meditare & menti imprime, & in  
 tua contemplatione hanc vitam Christi sub breui-  
 bus verbis recitatam atq; multiplicem eius modum  
 quærendi animam tuam ouem deperditam deuoto  
 animo cum laude gratiarum actione reuoluas. Et  
 in aliquo dictorum locorum cum deuotè orare, ve-

lis ad tempus pijs contemplationibus quiesce & non sine fructu orabis.

*¶ Modus alius deuotè orandi vt exaudiamur  
traditur nobis à saluatore, Matth. 6.*

**P**rimò quòd non intrabimus ecclesiam, non orabimus, nec diuinũ officium cantando vel legèdo persoluemus propter inanem gloriam, complacentiam, laudem, vel honorè aut iudicia hominũ inderquærendo. Inquit enim saluator. Cũ oratis non eritis sicut ypocrytæ qui amãt in synagogis & in angulis platearum stantes orare vt videãtur ab hoibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suã. ¶ Secundo si deuotè cum animi feruore atq; hilaritate orare velis manebis in cubiculo vel in loco aliquo abstracto, aut in ecclesia (quæ est domus orationis & vbi cæteris paribus orans plus meretur orando, quia est domus Dei & præcipuè tẽpore diuini officij in præsentia corporis Christi) capies aliquem angulum, vel tempore diuini officij maximè non ambulabis nec oculos ad mulieres aut viros, sed ad terram deslectes. Ideo subdit saluator, Tu autem cum oraueris intra in cubiculũ tuum quod verbum (licet veritatem etiam habeat iuxta sensum literalem iam expositum) principaliter tamè intelligitur de cubiculo conscientix ante quod Christus animæ nostræ sponus continuè pulsatur, vt suprã deduxi, & in quo requiescere concupiscit quod pro tam specioso sponso & rege in quem desiderant angeli aspicere pulchrè ornari debet tapetis deuotarũ orationum & imaginum per passionis Christi & sanctorũ meritorum recordationem & fulciri floribus, rosa. s. rubra charitatis, lilijs albis puritatis, & viola humili  
tatis.

tatis. Ostium conscientiæ debet præcipuè tempore orationis esse clausum ne intrent aut saltè nõ pernoctent neq; diu permaneant lubricæ, aut aliæ cogitationes de temporalibus prauæ, ostium etiam oculorum & aliorum sensuum clausum esse debet. Et sic claudendo potentias animæ, intellectū, voluntatem & memoriam, aliosq; sensus, orabis patrem tuū in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi sup. quod piè, vtiliter & perseueranter petieris. Si quid enim quantumuis etiam arduum sic à patre petieritis reddet vobis. Petite ergo prædictis modis & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

*¶ Dispositio corporis in orando.*

**I**n ecclesia & loco publico orando seruabis ritum ecclesiæ & communem honestum vsum, videlicet genibus flexis, coniunctis manibus, oculis ad terrā vel ad sacramentū, ad imaginem crucifixi aut aliorum sanctorum quibus specialiter afficeris deflexis. Dico notāter de honesto vsu aut consuetudine, quia in nonnullis ecclesijs mos viget pessimus & reprobus vt videlicet tempore diuini officij (quasi in foro aut theatro essent) plurimi garrulando oculos impudicos in mulieres iaciendo totam ecclesiam continuè perambulant tanquam impij in circuitu vitiorum, qui sicut Sampson excæcati sunt & trahunt in circuitu molendinū, hi de domo Dei & oratiōis speluncā latronū faciūt suo curioso habitu, impudico oculo, verbis lasciuis, sermonibus detractorijs plures aīas interficiūt. Templū Salomonis olim in maxima habebatur reuerētia. O quantam ergo irreuerentiam sacramentis atq; Deo maximā ignominia

inferunt templum Dei violâtes, incêndentes, cloacam atq; stabulum brutorum inde conficientes vbi non sanguis hircorum aut vitulorum offertur, sed agni immaculati Christi Iesu sacratissimus sanguis quotidie pro nobis immolatur. In domo ergo Dei cum maxima reuerentia nos habere debemus. Primò propter præsentiam corporis Dominici, secundo propter persolutionem diuini officij & exemplum Christi Iesu atq; omnium sanctorum qui in summo honore templum Dei semper habuerunt. ¶ Ibi tamen non debet quis aliquem extraneum aut inconsuetum modum aut gestus singulares corporis in orando coram alijs ostendere, sed in cubiculo oratorio & loco priuato multum confert ad excitandam deuotionem & mentis feruorem seruare & quandoq; alterare subsequentes Christi & sanctorum gestus corporis & modos in orando. ¶ Eleuabis quandoq; manus in altum cum Moyse & Aaron & apostolis in ascensione domini. Flecte quandoq; genua reuerenter cum Salomone & cum virgine Maria, quæ vt legitur & piè creditur, quotiens Christum natum voluit in manus accipere aut contractare lactando, balneando, lintheis inuoluendo, aut alia materna officia explendo, totiès genibus flexis ad orationem præmisit. In cuius memoriam sacerdotes reuerentiam flexis genibus sacramento eucharistiæ faciunt, Deum adorando quotiès corpus Christi tãgere & manibus tractare volût. Prosterne te planè ad terram, sicut Christus in orto orando procidit in faciem suam, sicuti etiam plures religiosi in suis recollectionibus & deuotionibus faciunt.

¶ Osculare quandoq; extensis brachijs terram remi-

nif.

niscēdo quòd cinis es. Sta quandoq; sub cruce cum Maria & Ioanne & cum Magdalena procide ad pedem crucis amplexando sponsum sanguinū quem diligit anima tua. Sedeas etiā cum Christo qui docendo & prædicando frequenter sedere solet. In lecto iacendo si infirmitate vel alia mentis cura impediaris à somno orabis recordando quomodo Christus resupin<sup>o</sup> in lecto crucis quieuit præ lassitudine & pœnarū acerbitate dormire non valens. Extende frequenter brachia per modum crucis ad notabile aliquod tempus vt aliqualiter dolorem illum quem Christus expansis manibus in cruce pro te sustinuit concipere, non dico sentire valeas. Tunde pectus exemplo sanctissimi Hieronymi suspirijs & feruentibus lachrymis funde preces & dic cum eodem Hieronymo existēti in solitudine vbi reputabat se Romanis interesse delitijs, quotidie gemit<sup>o</sup> quotidie lachrymę. Coniūge manus ante te cōmemorando quomodo Christus ligatis manibus nudus in monte Caluarię sedebat expectans crucifixionem. Manus in dorso habendo sis memor quomodo ad columnam fuit ligatus & in captiuitate. Manus in humeris habendo recordare quomodo grauis illa trabs siue lignum crucis quindecim cubitus habens in longitudine, decem in latitudine vt fertur, quieuit in humeris Christi ibi maximam aperturam & vulnus profundum vsq; ad ossa faciens. ¶ Caput pectendo, faciem atq; corpus ornando, sis memor quomodo benedictum caput Christi spinea corona ornatum fuit & facies decora sanguine perfusa atq; omnibus vestibus suis tandem orbat<sup>o</sup> & sicut nudus mundum ingressus est, ita exiuit. ¶ Oculos

quandoq; in cœlum leua exemplo Christi qui cūm  
aliquod præclarum singulare opus aut miraculum  
faciebat, oculos in cœlum leuare solebat, sicut quan  
do satiauit quinq; milia hominum quinq; panibus  
& duobus piscibus, sanando surdum & mutū, con  
secrando in vltima cœna, &c. Cūm ergo orare sit sin  
gularis actus & Deo gratissimus est enim actus la  
trix & inter cæteras partes pœnitentiæ siue satisfac  
tionis præcipua. Ideo meritò oculos quandoque  
corporales & semper mentis orando leuabimus in  
cœlum ad Dominum, recordando quòd omne do  
num de sursum est, & dicendo cum propheta Ad te  
leuauit oculos meos qui habitas in cœlis. & Leuauit  
oculos meos in mōtes pro auxilio, &c. Ne simus de  
numero illorū ingratorū oculos affectus cum por  
cis semper habentes defixos ad terrā, de quibus di  
cit Propheta. Oculos suos statuerunt declinare in  
terram. Et apostolus. 1. Cori. 2. Animalis homo non  
sapit ea quæ Dei sunt. ¶ Ideo namque Christus in  
alto suspendi voluit in medio mundi & elementorū  
vt homo inspiciendo hoc exemplar & serpentē eneū  
eleuaret oculos mētis ad cœlestia. Nostra enim con  
uersatio in cœlis esse debet, quia scđm aīam ratio  
nalem à qua hoīes & rationales dicimur non à cor  
pore, terrena vel bruta animalia. A principaliori e  
nim fit denominatio, cœlestes sumus creaturæ. Iam  
sicut omne leue naturaliter tendit sursum, ita meri  
tò oculis mentis & omni affectu ad cœlestia tendere  
debemus. Ideoq; laudabiliter in cunctis christiano  
rum ecclesijs crux Christi tanq̄ eorū speculū in me  
dio tēpli erigitur & liber laicorū. Nam quod doctis  
& legentibus scriptura, hoc ideotis cernētibus præ  
stat

stat pictura, vt in ipsa legant qui literas nesciunt. de  
 consecra. dist. 3. perlatū. ¶ Intrans ergo ecclesiam  
 ad deuotē orandū inspiciemus Christū crucifixum  
 in ecclesia vel in orarijs nostris cum suspirijs dicen-  
 do & gratiarum actione. O quā ignominiosē & crude-  
 liter lacerata est illa vestis deitatis & in sanguine tin-  
 cta sicut tunica Ioseph. ¶ Oculos orando commu-  
 niter deflectes ad terram ex humilitate reminiscen-  
 do quòd cinis es & in cinerē reuerteris & quòd in-  
 dignus sis oculos tuos peccaminosos in cœlum aut  
 sacramentū eucharistiæ leuare, dicendo cum publi-  
 cano Deus propitius esto mihi peccatori, & quia di-  
 gnus nō sum oculos peccaminosos ad te leuare, de-  
 flecte oculos lucidiores sole tuæ misericordiæ super  
 me miserum peccatorem abstergendo tenebras vi-  
 tiorum & lumine gratiæ atq; diuinorum mandato-  
 rum intelligentiæ oculos mentis illuminare digne-  
 ris, vt tenebras exteriores deuitans lumine gloriæ  
 æternaliter non caream. Amen.

¶ *Orationes quædam deuotæ & succinctæ ex sacra  
 scriptura collectæ.*

**O** Domine Deus op̄s patrū nostrorū, Abraham  
 Isaac, & Iacob, qui fecisti cœlū & terrā cum o-  
 mni ornatu eorū, immensa & inuestigabilis est mise-  
 ricordia promissionis tuæ quoniam tu es Dominus  
 Deus altissimus sup̄ oēm terrā longanimis & multū  
 misericors & pœnitens super malitiam hominum.  
 Peccaui super numerū arenę maris, iam nō sum di-  
 gn⁹ videre altitudinē cœli præ multitudinē iniquitatis  
 meę, nūc flecto genua cordis mei precās à te bonita-  
 tē. O domine peccaui, domine peccaui & iniquitatē  
 meā agnosco, peto rogā te domine remitte mihi ne  
 simul



simul perdas me cum iniquitatibus meis neq; in æ-  
ternum reserues mala mihi, quia indignum salua-  
bis me secundum magnam misericordiam tuam, &  
laudabo te semper omnibus diebus vitæ meę, quo-  
niam te laudat omnis virtus cœlorum & tibi est glo-  
ria in secula seculorum Amen. Hęc fuit oratio Ma-  
nasses regis Iuda in captiuitate detenti in Babylone  
z. Paral. vlti. ¶ Hęc est quædam deuota & utilis o-  
ratio, præcipuè ab his dicenda qui in aliqua captiui-  
tate, aduersitate, vel animi amaritudine sunt consti-  
tuti. Ac etiam ab omnibus nobis in carcere corpo-  
ris & tædiosa hac terra Babylonica huius mundi in  
captiuitate detētis à terra promissionis cœlestis glo-  
riæ multum distantibus. O pater peccaui in cœlum  
& coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus,  
oratio filij prodigi. Luc. 17. O Deus propicius esto  
mihi peccatori. oratio publicani. O Iesu fili Dauid  
miserere mei & fac vt videam. oratio hæc est cæci.  
Mar. 10. Frequenter hanc orationē orabimus, quia  
cæci sumus & tenebris vitiorū atq; ignoratię men-  
tis obscurati, omnis enim malus ignorans. Peccata  
enim ab apostolo. Rom. 13. dicuntur opera tenebra-  
rum. Primò quia oculos mentis excæcant ne peri-  
culum damnationis videant. secundò quia in tene-  
bris plerumq; sunt, quę homines coram vilissimo  
etiam ribaldo horrerent quandoq; perpetrare. ter-  
tiò quia ducūt homines in perpetuas tenebras exte-  
riores. Orabimus ergo à Christo saluatore nos fre-  
quenter prætereunte petendo ab eo non aurum, ho-  
nores, delicias, neq; aliqua temporalia, sed cum cę-  
co petemus habere visum, illuminationem, intelle-  
ctum, atq; cognitionem, vt scilicet videamus illa no-  
uem

uem puncta de quibus suprà super illo verbo. Vtinam saperent, &c. O Iesu insuper peto fac vt videã siue cognoscam grauitatem, foeditatem, prolixitatem atq; scelerum meorum multitudinẽ. Quid per peccatum amiserim & quam pœnam demeruerim, quã vicinus multis periculis etiam æternæ damnationis pluries extiterim. O Iesu concede vt videã quatuor nouissima, vt videã delicta iuuetutis mee, ignorãtias atq; peccata aliena. Illumina quæso oculos meos ne vnquẽ obdormiã in morte nequando dicat tunc inimicus meus præualui aduersus eum. Audiã semper quid loquatur in me Dominus. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. A pœtis alienis parce seruo tuo. O Iesu præceptor miserere nostri. oratio leproforum. quã merito orare debemus, quia omnis peccator leprosus est ex triplici causa vt suprà. Miserere mei Domine fili David, filia mea. s. anima malè à dæmonio vexatur. fuit oratio deuotæ mulieris chananeæ. Mat. 15. Dominus meus & Deus meus. Ioan. 20. quæ inter ceteras licet breuissima, est tamen efficacissima, includens totum mysterium trinitatis & incarnationis. dictas namq; vna in tribus personis innuitur in hoc verbo Deus, humanitas in hoc verbo Dominus & vnio illarum naturarum in vnitæte suppositi notatur in ly quod est coniunctio copulatiua. O amantissime Iesu, ô benignissime Iesu, compatiētissime, dulcissime, excellentissime, fidelissime, gloriosissime, humilissime, charissime, liberalissime, mitissime, nobilissime, omnipotētissime, placabilissime, quietissime, reētissime, sufficientissime, tutissime, utilissime, christianissime Deus pater creator & saluator  
qui

qui me creasti & redemisti miserere mei vt scis &  
vis Gerson.

*¶ Breuitas in orando.*

**Q**uia prolixitas apud nonnullos fastidium generat, ideo in missis, sermonibus, orationibus, & diuino officio non semper expedit nimis prolixum esse, sed valde vtile est prædictas aut alias breues orationes cum attentione & mentis deuotione legere. Nam vt dicit Aug. ad Proban. Multum loqui in oratione est rem necessariam superfluis agere verbis. Cum plerumq; hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agatur. Non enim deest multa precatio si feruens perseuerat intentio. Et Grego. in mora. Veraciter orare est amarus compunctionis gemitus & non composita verba resonare. nam teste Isidoro Deum moribus stimulat qui populum vocibus mulcet. Attendant hoc qui suo cantu curioso & ludis populum ad vnitatem potius quam ad deuotionem excitant, & qui suis subtilibus sermonibus facientes & obscuritate verborum, de arduis extraneisque materijs prædicantes, euangelia & Dei præcepta postponentes, simplicium animos magis obnubilant & excæcant quam illuminent vel inflamment. Hoc nos prædicatores Christus veritatis doctor & amator non docuit, qui pauca nobis præcepta & facilia reliquit & simplices doctrinas semper tradidit. Phariseis tamen & alijs legis subtilibus doctoribus qui nonnunquam ad eum capiendum venerant subtiliter iuxta qualitatem personarum & temporis exigentiam respondit. Clamabis ergo prædicando & orando in toto corde vtilia cum animi feruore. nam teste Aug. Quoties quisquis est sanctior & sancti desiderij plenior tanto fit eius in oratione fletus vberior. ¶ Non est

estes  
tupes  
subti  
uotio  
fulm  
occu  
nibu  
esset  
reue  
reue  
ad q  
no a  
pecc  
lent  
Aug  
inter  
& cu  
& ta  
cogi  
Deo  
mem  
Aug  
rum,  
mug  
Hier  
ter. C  
tur n  
accip  
aliud  
ac si  
riū se  
rex il

est ergo quorundā mos approbatus quin potius vituperandus qui psalteriū, multa rosaria ac alias lōgas subtiles oratiōes cōtinuè legūt sine attētionē & deuotione sed solū ex quadā cōsuetudine, sed lōgē cōsultius & magis meritoriū esset præcipuè tpe missæ occupare se in deuotis passionis Christi meditationibus, vt suprâ dixi in 2. parte 6. ca. Imò consultius esset nihil legere quàm inaduertēter sine attētionē, reuerētia, & deuotione Deū regē gloriæ oratiōe irreuerēter alloqui, loquor non de lectione horarum ad quas quis est quotidie obligatus, quas tamen si nō attentē, studiosē, & deuotē quis legerit grauitèr peccat. Nec satisfacit præcepto ecclesiæ iuxta ca. dolentes de cel. missæ. Audi desup nō me sed diuū illū Aug. Ecce qd iniurię inqt Deo facis si aliquē iudicē interpellas & subito cū loqueris ad eū illū dimittis & cum alio fabulari incipias, quomodo te tollerabit & tamē tollerat Deus corda precantiū diuersas res cogitantiū. ¶ Et Cyprianus. Quomodo audiri te à Deo postulas cū teipsum non audias, Deum tui memorem esse vis cū tui memor nō sis. Nam teste Aug. Sicut vox sine modulatione est quasi vox picarum, sic oratio sine attentione & deuotione est quasi mugitus bouū. ¶ In affirmatione dictorū est verbum Hiero. & habetur de consecra. dist. 5. Nō mediocriter. Cū pro cūctis aīabus Psalmus vel missa dicitur nihil min⁹ q̄ si pro vnoquoque ipsorū diceretur accipitur, qđ tamē dictū nō intelligitur q̄ si missa vel aliud suffragiū factū pro multis tantūm prodesset ac si specialiter p̄ singulis fieret, q̄ prius dixi cōtrariū sed vt dicit glo. hoc referendū est ad casum in quo rex ibi loquitur. s. quòd nō min⁹ valet vna missa cū  
hila-

hilaritate mentis & deuotione dicta pro pluribus quod si pro quolibet ipsorum specialiter diceretur cum anxietate & tædio, vel posset dici quod hoc veritatem habet quantum ad meritum facientis non quantum ad vtilitatem eius pro quo fit. Vnde tantum vel maius meritum habet quis celebrando, orando, elemosynam dando, aut aliud opus pium faciēdo pro omnibus animabus in purgatorio detentis vel pro omnibus his maximè quibus non applicantur aliqua specialia suffragia per hæredes vel amicos (quia fortè intestati decesserūt in paupertate mortui sunt & sic missas & alia suffragia fundare nequiverunt, nec sunt aliqui eorum hæredes vel amici superstites qui eorū memores sint, sed perijt memoria eorum cum sonitu) quàm si solùm pro vno vel certis in purgatorio detentis idem opus fieret.

*¶ Doctrina pro celebrantibus.*

**Q**ui ergo deuotè, meritoriè, & vtiliter vt sibi & fundatoribus parentibus atque animabus in purgatorio proffit celebrare velit, præmittet peccatorum suorum detestationem & confessionē cum firmo proposito abstinendi in futurū, omnes quoque mundanorum superfluas curas, animi rancorem & terrenorum affectiones, cæteraque negotia postponendo & à mente quantum possibile est remouendo, vt sic libera mente cum hilaritate animi & deuotione cordis tantum sacrificium dignè perficere & reuerenter atque salubriter Deo offerre possit in salutem suam & meritum atque in satisfactionem eorum pro quibus specialiter obnoxius est orare, quibus in memento eo gradu ordine & modo applicabit in vim satisfactionis sicuti Deus nouerit cum

eum obligatum. ¶ Nec etiã expedit nimis prolixum esse in officio missæ præcipuè in duplici memento, propter diuersas distraçiones & tentationes quæ quibusdam præcipuè scrupulosis & prolixis in celebrando occurrere solent, populus etiã tædio afficitur nimia prolixitate: Præeligerent enim quæ plurimi etiã cum maiori deuotione duas mediocres missas audire quàm vnã nimium prolixam. Et ideo consulit Gerson, vt in præparatione ante missam faciat homo recollectionem siue memento illorũ pro quibus specialiter intendit sacrificium missæ offerre, & tunc memento sufficit memoriam illorum habere in cõmuni, orando vt Deus hoc sacrificiũ virtute & meritò suæ benedictæ passiõis acceptare dignetur vt prosit ipsi celebranti primũ, atque alijs viuuis quorum prius fecit memoriã ad emendationem vitæ, augmentum gratiæ, & ad vitam æternam. & in secundo memento vt prosit illis defunçtis quorum fecit prius memoriam ad & pro quibus specialiter orare tenetur in satisfactionem & diminutionẽ peccatæ & accelerationem glorię, si in purgatorio adhuc existant, sin autem, alijs magis egëtibus prosit. ¶ Et similiter deuotionalia quædam & contemplationes præcipuè circa mysterium incarnationis & passiõnis Christi præmitti debêt in præparatione, vel post officium missæ tractari, non multa præcipuè in canone admiscendo extranea, geniculando tamen & tractando corpus Domini vt deuotè, & reuerenter hoc fiat, præcipuè ante sumptionem eucharistiæ potest sacerdos dicere saltẽ mêtaliter, Dominus meus & Deus meus. Vndè hoc mihi vt veniat Dominus meus ad me. O domine non sum dignus vt intres

o sub

sub rectum meum. Adoro & diligo te Deum crea-  
torem meum, cordialiter doleo de tam multiplici of-  
fensa diuinæ maiestatis, propono firmiter in futurū  
abstinere. Tu quis es quis sum ego. Aue salus mūdi,  
verbum patris, hostia sacra, vera viua caro, deitas in-  
tegra, verus homo. Domine Iesu Christe fili Dei vi-  
ui, &c. vt̄ in missali habetur. Et potest ibi ante sump-  
tionem fieri quædā succincta meditatio certorum  
articulorum passionis Christi vt̄ Christus virtute il-  
lius præciosissimi sanguinis quem non per guttas  
sed vndas effudit mentem eius inflammare digne-  
tur, vt̄ dignè & salubriter cōmunicare possit. ¶ Vn-  
dè magna requiritur reuerentia & præparatio cir-  
ca hoc sacramentum dignè tractandum, præcipuè  
triplex probatio præmittenda est ante celebrationē  
vt̄ virtualiter dicit glosa. I. Corin. II. super illo verbo  
Probet seipsum homo & sic de pane illo edat & de  
calice bibat. ¶ Primò namq; sacerdos & quilibet dis-  
gnè volēs celebrare aut cōmunicare debet se pbare  
conscientiā diligenter discutiendo sicut in re ardua  
esset facturus pro integra cōfessione facienda. ¶ Se-  
cundò probet se an sincere doleat de offensa diuinæ  
maiestatis ex timore non seruili sed filiali & amore  
paterno. ¶ Tertiò probet & examinet se si sit firmi-  
ppositi, deinceps peccata & eorum occasiões vitan-  
di & sic id est fructuosè & salubriter potest hoc sa-  
cramentum sumere. ¶ Vndè ante prandium sacer-  
dos totis viribus se præparare debet vt̄ non ex con-  
suetudine aut causa lucri sed reuerenter cum deuo-  
tione & timore sicut plures laici circa festum Pas-  
chæ faciunt, accedat ad sancta sanctorum & men-  
sam Domini sumpturus non manna corruptibile,  
sed

sed p  
defe  
licè  
bit,  
pori  
com  
tera  
erit v  
dime  
dige  
p̄ m  
ximā  
sump  
in ora  
pleta  
nostr  
ristiæ  
debit  
prand  
quam  
uertat  
glo. L  
minu  
accipi  
perful  
vitā cō  
quæ e

O Ra  
di  
multip  
catione

sed panem viuum & cibum angelorū qui de cælo descendit, quem si quis manducauerit & biberit calicē Domini indignè iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini, & reus erit corporis & sanguinis Domini glo. i. cōsimile peccatum committit sicut hi qui Christum crucifixerunt. Altera parte diei post sumptionē curabit & sollicitus erit vt toto illo die absteineat à nocumēto atq; impedimentis quæ impediūt huius præciosi deliciosi cibi digestionē in mente sicut est venenū mortiferū culpe mortalis, vt sic toto illo die vel tempore vsq; proximā celebrationē vel communionem virtute cibi sumpti roborari, sustentari & nutriri valeat. Et ideo in oratione Dominica ante prandiū & etiā post cōpleta refectione corporali & spiritali petim⁹ panē nostrū quotidianū siue supersubstantialē. s. eucharistiæ dari nobis à Deo, vt. s. ante prandiū detur & debitè sumatur tanquā cibus nutritiuus aīæ & post prandiū referuetur & in nutrimentū (spirituale inquam) comedentis, non autem in detrimentū conuertatur, & dicitur panis ille quotidianus secundū glo. Luc. 5. quia quotidie consecratur & ipsum sumimus per ministros ecclesiæ qui hoc sacramētum accipiunt pro se & tota communitate & dicitur supersubstantialis secundū glosam, quia transcendit vitā corporalem & dat nutrimentū & vitā æternam quæ est supra oēm aliam vitā, de hoc plura in ca. 18.

*¶ Multiplicatio verborum in orando.*

**O** Rantes nolite multum loqui. Super hoc verbo dicit Lyra, quod duplici de causa possunt verba multiplicari in oratiōe. vna vt p̄ prolationē & significationē atq; attentionē verborū deuotorū diuersorū



vel etiam eorundem frequenter repetitorū animus  
eleuetur in Deum. alia causa vt in Deum eleuetur  
non solum mente sed etiā corporalivoce, secundum  
illud Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in  
Deum viuum. Non potest tamen ibi dari regula  
vniuersalis & certa, sed debet homo talibus verbis  
vti in oratione & tanta prolixitate scđm quod per-  
cipit quod talia verba faciant ad deuotionis excita-  
tionem. Si autem contrariō percipiat quod multi-  
tudo verborum distrahat mentem sicut in multis fa-  
cit frequenter debet cessare à verbis & orare Deum  
affectibus mentis, hoc tamen intelligendū est in ora-  
tione priuata & quæ non est sub præcepto, quia ora-  
tio publica debet esse in verbis vt possit percipi ab  
alijs. Ex dicto tamen verbo saluatoris, Mat. 6. Ora-  
tes nolite multum loqui, & ex his quæ dixi de bre-  
uitate in orando non habetur quod prolixitas in o-  
rando semper & cuiuslibet sit vituperanda, nec salua-  
tor prohibet ibi longas orationes. dicit enim Apo-  
stolus, Sine intermissione orate & perseuerantia in  
orando commendanda est vt statim dicā. Nec pro-  
hibet saluator multiplicationem verborū absolutē,  
sed ad illam intentionem quam habebant ethnici.  
Putant enim, inquit saluator, quod in multiloquio  
suo exaudiantur: notanter dicit suo, quia ipsi com-  
ponebant subtilia verba quibus putabant demulce-  
re aures Christi, sicut quidam sermocinatores etiam  
faciunt quasi essent oratores vt suprā. Vnde illi gen-  
tiles ethnici dicti credebāt quod ex multiplicatione  
verborum compositorum in oratione aliquid ma-  
nifestaretur ipsi Deo quod prius esset sibi ignotum  
& per consequens mutaretur ad aliquid agendum

cuius

cui  
lor  
tio  
ua  
ciu  
con  
ex  
pro  
rati  
tati  
eoru  
Et i  
aliqu  
de a  
laud  
rum  
min  
qua  
tem  
con  
præ  
peti  
quæ  
turi  
tion  
ergo  
ram  
tion  
ter p  
uato

L

cuius prius volebat contrarium. Vtrumq; enim illorum est erroneum, quia in Deo nulla cadit mutatio vel ignorantia. Hunc errorem ergo excludit saluator dicens. Orantes nolite loqui sicut ethnici faciunt. Vnde prolixitas & verborum multiplicatio atq; continuatio tunc & illis non est commendanda qui ex hoc nauseam quandam & tedium acquirunt ex prolixitate orationum, vel quando ipsis nimis in oratione immorantibus aliud malum atq; varias tentationes diabolus factor malorum inserit cordibus eorum: nam tunc expedit interrompere orationes. Et ideo sancti patres aliquantulum orabant & post aliquid operis & exercitium corporale faciebant deinde ad orationem redibant sicuti & plures religiosi laudabiliter faciunt. Vnde saluator docens nos verum modum orandi tradidit nobis orationem Dominicam, breuem, deuotam, vtilem, & sententiosam, quae omnes orationes longè præcellit: nam illis septem petitionibus positis in Pater noster teste Aug. continetur quicquid homini est necessarium siue ad presentem siue ad futuram vitam. Nam in quatuor primis petitionibus petitur accessus omnis boni. In tribus sequentibus amotio omnis mali. scilicet presentis, præteriti & futuri. De virtute intellectu & expositione illius orationis vide in aliquo quodam libello. Cum summa ergo reuerentia erga Deum quem actu patriæ adoramus vt patrem & creatorem nostrum in illa oratione & cum debita attentione, deuotione frequenter pertinenter & tractum legenda est illa oratio saluatoris à quolibet nostrum in ydeomate suo.

*¶ Perseuerantia in orando.*

**L**icet vt iam dixi prolixitas sine attentione & de-

uotione in oratione commendanda nõ sit quinimo  
vituperanda frequenter, nonnunq̄ enim per tales o-  
rationes fit Deo maior irreuerentia quàm honor &  
sacrificium. Tamen prolixitas & perseuerantia in  
orando cum deuotione mētis & verborū attentioe  
est maximè commendanda atq; inter cæteras partes  
pœnitentiæ & satisfactiõis magis meritoria est ora-  
tio quæ est in cuiuslibet potestate à qua nemo se ex-  
cusare potest licet fortè ieiunare non possit aut dare  
elemosynas aut alia austeritatis pœnitentiæ opera  
facere sicuti prius etiam dixi de dilectione Dei &  
proximi à qua nemo excusatur nec deobligatur. Et  
ergo laudabilis est quorundam deuota consuetudo  
qui ad eò affueti sunt orare vt in omni loco orare vi-  
deantur, in templo, in foro, in conuiuio, in studio.  
nam vt dicit Gabriel sub oratione quæ dicitur Deo  
gratissima compræhenditur studiũ theologiæ, præ-  
dicationes, sacramentorū participationes, tunc tamè  
capitur oratio largè. vnde quandoq; capitur cõmu-  
nissimè vt. s. cõpræhendat omnè actũ bonũ sicut di-  
cit Apostolus I. Thes. 5. Non cessat orare qui nõ ces-  
sat benefacere. ¶ Oratio enim propriè capta sic dif-  
finitur à doctoribus. Oratio est ascensus mentis in  
Deum vel petitio decentium. Damas. lib. 23. Aug. in  
lib. de verbis Domini, Oratio est pius mentis affe-  
ctus directus in Deum & plærumq; ne pigritetur in  
vocè prorũpens. Itè oratio est deuotio quædã ex cõ-  
punctione procedēs. Oratio est ascensus mentis in  
Deum ad aliquid degustandũ, impetrãdum vel ex-  
oluendũ. Ex prædictis descriptionibus patet quòd  
oratio si rectè fiat magis cõsistit in affectione mentis  
q̄ in prolatione vocis, quia vt dixi suprã. Non deest  
multa

multa precatio si feruēs perseuerat intētio atq; affe-  
 ctio quæ maximè meritoria est fructū & deuotionē  
 adducens, præcipuè si talis oratio mentalis sit circa  
 articulos passionis Christi. Et ideo consulit Bernar-  
 dus vt quotidiana christiani lectio, studiū, siue ora-  
 tio sit passiōis Christi deuota meditatio. Nihil enim  
 tam meritorium & quod adeo accendit cor huma-  
 num quemadmodum sæpè & sedulo recogitata pas-  
 sio & humanitas saluatoris. Quotidie ergo & perse-  
 ueranter orandum est, & ad hoc hortamur diuersis  
 passibus sacrae scripturae. Iaco. vi. Multum valet de-  
 precatio iusti assidua. Helyas homo erat similis no-  
 bis passibilis & oratione orauit vt nō plueret super  
 terram & non pluit annos tres & menses sex, & rur-  
 sum orauit & cœlum dedit pluuiam & terra dedit  
 fructum suum. Iacob. 5. & 3. Regum. 17. Si oratio va-  
 nius iusti tantæ fuerit efficacitæ quantæ ergo virtu-  
 tis sunt plurium iustorum orationes apud Domi-  
 num. vndè precibus & sancta vita iustorum non-  
 nunquam ira & plaga Domini quæ aliàs super nos  
 descenderet sedatur & mitescit hoc expressè patet  
 Hiero. 5. Circuite, inquit Domin⁹, per pphetā vias  
 Hierusalē & aspicijte & considerate & quærite in pla-  
 teis an inueniatis virum facientē iudiciū & queren-  
 tem fidem & propitius ero eis. Super quo verbo di-  
 cit Hiero. Si vnus fuisset inuētus in Hierusalem iu-  
 stus Deus adhuc pepercisset eis & ciuitatem nō sub-  
 uertisset. Ex quo patet vt dicit Adrian. vi. quotli. 8.  
 fo. 78. quòd Deus quandoq; parcit & decreuit mise-  
 reri toti⁹ multitudinis, ppter vnū iustū ibi existētē,  
 & ideo salubre & expediēs est in prouincijs & ciui-  
 tatibus esse monasteria bene reformata religiosorū

deuotorum non discolorum & habere doctos prædicatores, curatos, superiores, ac alios sanctos homines viros & mulieres iustè in lege & timore Dei uiuentes pro multitudine & bono reipub. orâtes. Ideo enim fiunt processiones vbi multi religiosorum & aliorum conueniunt. In qua haud dubiè plura sunt deuota corda quorum precibus Deus placatur ne pestis, bellum vel alia tribulatio insurgens in populo ingrassetur & vt in pace terra conseruetur vt tantò quietius homines Deo seruiant non ocio vacent. Atq; rex terræ suiq; Domini patriarum rectores deorsum prudentiam accipiant vt in timore Domini, in tranquillo regimine ad salutem suam & subditorum subditos regant, pupillos, viduas & innocentes defendant, &c. Propter enim huiusmodi causas & motiua fieri debent processiones & communes preces fundi ad Dominum, ad virginem Mariâ & alios sanctos. Ideo in illis processionibus & communibus orationibus communiter dicuntur lætaniæ sanctorum vt ipsi pro nobis tanquam aduocati in consistorio trinitatis apud Deum iustum iudicem interpellent. vndè vt habetur Gen. 18. Abrahata, perseveranter & frequenter orauit ad Dominum vt parceret Zodomis, primò si ibi 50. inuenti fuissent iusti, secundò si 45. tertio si 40. quartò si 30. quinto si 20. & vltimo orabat. Obsecro, inquit ne irascaris Domine si loquar adhuc semel. Quid si inuenti ibi fuerint 10. & dixit Dominus. Adhuc nõ delebo propter 10. sed inuenti non fuerant 10. iusti homines in 4. illis ciuitatibus & tota regione, & ideo vt dicitur in cap. sequenti. Pluit Dominus super Zodomam & Gomorram sulphur & ignem de cœlo subuertit ciuitates

tes has & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium & cuncta terræ virentia, solus Loth enasit cum duabus filiabus & vxore quę retrospiens conuersa est in statuam salis. Interdum etiam Deus iustorum non vult misereri nec eos exaudire propter commixtionem malorum. Iob. 35. Clamabunt & non exaudiam propter superbiã malorum. vbi Greg. Reatus opprimentium prohibet audiri voces oppressorum. & glos. interlinialis. Sicut aliquando Deus suos propter inimicos eripit vt illi conuertantur, ita quandoq; suos non audit propter damnationem persequentium. Nonnũquam etiam ad vocẽ vnus prædicantis tota patria saluatur, cum vox eius & prædicatio acceptatur vt patet Ionæ. 3. Nam cum Ionas prædicator & propheta Domini ex ore Domini prædicando postquam intrauit Niniuem magnam ciuitatem itinere vnus diei clamauit. & dixit, Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur, omnes crediderunt voci eius & pœnitentiam egerunt & saluati sunt. In primis rex Niniue surrexit de folio suo & abiecit regale vestimentum suum à se & indutus est sacco & sedit in cinere & mandatũ dedit vt homines & iumenta ieiunarent, nihil gustarent nec aquam biberent, faccis operirentur & clamaret ad Dominum in fortitudine & quisq; conuerteretur à via sua mala. Quis scit, inquit rex, si cõuertatur & ignoscat Deus & reuertatur à furore iræ suæ & non peribimus. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitiam quam loquutus fuerat vt faceret eis & nõ fecit. Achab rex Israël audiens & fidem adhibens sermoni prophetæ Domini Helię dicentis. In loco hoc

quo lixerūt canes fanguinē Naboth, lambēt quoq;  
fanguinem tuum & interficientur omnia animalia  
etiam bruta, statim scidit vestimenta sua & operuit  
cilicio carnem suam, ieiunauit & dormiuit in sacco  
& ambulauit demisso capite. Quod vidēs Dominus  
misertus est eius & misit eundē prædicatōrē Heliā  
ad eum dicēs. Quia humiliatus est mei causa, nō in-  
ducam malū in diebus eius sed in diebus filij sui in-  
feram malū domui eius 3. Regum. 21. Pariformiter  
in multis alijs sacrae scripturae passibus, præcipuē in  
libris Regū legimus (quæ causa breuitatis omitto)  
quatenus manus & plaga Domini descēdit frequen-  
ter in subditos etiam innocentes qui ab inimicis hu-  
miliati sunt & frequenter interfecti ppter superbā  
& iniquitatē regū & principū ipsorū. Postq̄ tamē Do-  
minus vidit reges illos se humiliantes & pœnitentiā  
agentes, gladiū extensum retraxit & eis atq; subdi-  
tis pepercit. Vtinam sic reges & principes rectoresq;  
prouinciarū nostri temporis, qui nonnunquā causa  
sunt plagarū, ad quorum instantiā processiones &  
preces fiunt præcederēt, & subditis cū rege Niniue  
& Achab rege Israël pœnitentiā agendo & se humi-  
liando pœnitentiæ & humilitatis exemplū præberēt,  
& multæ plagæ cessarent & plurima mala. Exemplū  
& doctrina Christi vt perseueremus in orationibus  
nostris & bonis operibus traditur nobis verbo Lu-  
cæ 18. vbi dicit saluator. Semp̄ oportet orare & nun-  
quā deficere & ope. Lu. 22. vbi dicitur. Christus fa-  
ctus in agonia prolixius orabat & pernoctauit in o-  
rādo, adeo quod factus est sudor eius sicut guttæ san-  
guinis decurrentis in terrā & tribus distinctis vici-  
bus p̄cidit planus in terrā orando, Pater si fieri po-  
test.

test. O abba mi pater si possibile est transfer calicem hunc à me veruntamē nō mea volūtas sup. secundū instinctū naturalē & sensualē sed tua fiat. s. voluntas quę vna est patris, filij, & spiritussancti, cui omnino semper subdita erat volūtas sua humanā secundum instinctū rationalē, & ideo non absolutē sed conditionaliter orabat calicē transferri. Hic primò docemur quòd & si prima vice aut primo anno non exaudiamur continuè tamen orandū est. Secundò docemur quòd in orādo voluntatē nostrā & quod petimus semper diuinæ voluntati commitemus & conditionaliter si Deo placeat obtinere quòd petimus orabimus. Christus namq; sciebat orationē suā exaudiendā, quare nō absolutē orabat calicē transferri sed si possibile sit adiungendo fiat voluntas tua, nec scđm rationē exaudiri voluit, nō tamē frustra orabat. Nam per pphetā dicit. Deus meus clamabo per diē & noctē & non exaudies, non tamen ad insipientiam mihi sup. imputabitur sed ad dandū nobis formam orandi & vt in angustijs constituti possumus licitē petere ab eis liberari si sit Deo placitū, quare in oratiōe Dominica semp oramus, Fiat voluntas tua. Quod si nō exaudiamur ergo estimare debem⁹ Deū illud nō velle, & ideo patiēter illud ferre debemus.

*¶ Orationes nostrę non semper exaudiuntur.*

**Q**uestio. Quare plures perseueranter frequēter & diu orantes non exaudiuntur? Respondeo hoc ideo esse, quia nō debito modo orāt nec in noīe Christi. Si qd enim petieris patrē in noīe meo, inqt saluator, dabit vobis. Ioan. 16. Cū quis ergo orat nō vtilia ad salutē nō in noīe Christi orat qre nō exauditur. Ideo scđm Au. Mali petūt bona sed qā mali sunt

exau-



exaudiri non merentur in orationibus suis. Qui enim Deum in præceptis suis non audiunt, etiam in orationibus suis exaudiri non merentur. Prou. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Mali nonnunquam petunt mala & tunc quandoq; exaudiuntur quandoq; non. Quando autem non exaudiuntur tunc est signum magnæ misericordiæ Dei. Iaco. 4. Petitis & non accipitis eò quòd malè petatis. Quando verò exaudiuntur tunc signum est iræ, sicut exauditus fuit diabolus qui petijt vt Iob temptaret, exauditus enim fuit ad voluntatem & non ad vtilitatem quia maiorem sibi acquisiuit damnationem. Exauditur, inquit Aug. diabolus petens Iob tentandum, & non exauditur Apostolus petens stimulū amouendū, exaudiuit Deus quem disposuerat damnare & non exaudiuit quem volebat saluare. Eger namq; petit vinum à medico & non dat. Medicus non exaudit ad voluntatem vt exaudiat ad sanitatem. & Rabanus super Mat. 21. ca. Quotiescunq; orantes nō exaudimur ideo fit, quia eòtra auxilium nostræ salutis petimus, vel quia eorum pro quib<sup>9</sup> petimus peruersitas ne impetremus obsistit, vel in futurum petitionis differtur effectus vt desideria crescant & perfectius gaudia capiant quæ requirunt. Boni verò quandoq; petūt bona & tunc aliquando exaudiuntur iuxta illud Psal. Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Aliquando verò non exaudiuntur. Et hoc est, aut quia pro malignis vel pro indignis petunt. Hier. 7. Noli orare pro populo isto atq; assumes pro eis laudē nec orationem, & ne obsistas mihi quia non exaudiam te. Aut quia alio tempore magis congruo accipiunt quod petūt.

nam

nam vt inquit Aug. Qui à Deo aliquid petit accipit qđ petit aut quando debet accipere accipit. Quædã autem non negantur sed vt congruo tempore dentur differuntur. vndè ecclesia & nos indies petimus (vtinam & mentis feruenti desiderio peteremus cupiètes dissolui & esse citò cum Christo) adueniat regnum tuum, sed non statim aduenit, sed post dissolutionem à corporis argastulo adueniet vt speramus & rogamus. Boni etiam quandoq; petunt non bona sicut Apostolus petijt stimulum carnis amoueri cuius amotio apostolo bona non fuisset, quia ad humilitatis custodiam & meritum sibi datus fuerat. Nam vt inquit Beda. Apostolus non in nomine saluatoris petijt vt tentatione careret quam ob humilitatis custodiam acceperat, quia si hac caruisset saluus esse nõ potuisset, supple tam faciliter nec ad tantum meritum & gloriam.

*De oratione peccatoris.*

**Q**uæstio. Vtrum oratio peccatoris exaudiat? Respondeo post beatum Tho. & Ricar. in 4. dist. 15. quod aut peccator oratio aliqua petit vt peccator. i. secundum desiderium peccati & tunc non exauditur ex misericordia, sed bene quandoque ad vindictam dum permittitur amplius reuere in peccatis. vndè vt inquit Aug. Quædam negat Deus propitiis quę concedit iratus. Aut peccator orat ex desiderio bono naturæ & sic Deus quandoq; exaudit, non quasi ex iustitia vel merito quia peccator non meretur sed ex misericordia. Quando etiam peccator orat vt minister ecclesię pro alijs exauditur, sicut sacerdos in peccato celebrans prædicans vel aliud ecclesię officium exercens aut sacramentum ministrans

strans pro alio exauditur. I. q. I. c. Dictū est. Si verò  
orat vt priuata persona non exauditur pro alio orās  
quādo ex se nō ad requestā alterius in gratia existen  
tis orat de quo suprā. An autē beneficiatus vel in sa  
cris constitutus legēs horas & quiuis alius peccator  
pœnitentiā iniunctā in statu mortalis culpæ satisfa  
ciat, suprā aliquāliter tetigi in primo ca. de. 3. condi.  
confessionis lachrymabilis, &c. Et licet oratio &  
opera bona extra charitatem facta nō sint satisfacto  
ria propriè neq; meritoria valent tamen ad multa.  
Primò ad temporalem prosperitatem de pe. di. 3. ca.  
Cauendū. Secundò vt per ea illustretur ad pœniten  
tiā de pe. di. 5. c. Falsas. Tertiò ad assuefactionē bo  
norū operū & ad acquirendū habitū virtutis. Quar  
tò ne diabolus habeat in eo tantam potestatem. Quin  
tò ad tollerabilius supplicium subeundū de pe. dist. 3.  
Si quis autem. Sextò ad resistendum inclinationi  
peccati & ad ædificationē proximi. Septimò ad im  
petrandū de congruo peccatorum remissionem &  
ad promerendum vel impetrandum intercessionem  
multorum sanctorum.

*¶ Vtilia petenda sunt in oratione.*

**S**I fructuosè & meritoriè orare velimus vt exau  
diamur petemus aliqua vera bona vtilia ad salu  
tem & hoc est petere iustè, & notatur in illa dictiōe.

- ☛ Si quid. i. aliquid verè existens non caducū quando  
dicit saluator Ioan. 16. Si quid petieritis patrē in no  
mine meo dabit vobis. vndè teste Aug. triplicia sunt  
bona. s. Suprema vt sunt bona coelestia. media vt gra  
tiæ & virtutes quibus ad bona suprema deuenimus  
& vtraq; hæc absolutè petere possumus. Sed bona  
infima vt sunt diuitiæ & alia temporalia ( quæ quasi  
nihil

nihil  
quæ  
aut n  
lutè  
s. cor  
dece  
Matt  
re &  
aut d  
mod  
habe  
pete  
con  
ferm  
perfl  
tum  
stent  
mon  
tes q  
ris m  
tè sa  
dum  
dicar  
rer &  
tes en  
bus t  
preci  
tenti  
tus fu  
Beth  
valle  
in ter

nihil sunt, Hier. 4. Aspexi terrā & ecce vacua erat, quę Apostolus arbitratus est vt stercola) hæc autem aut non debemus à Deo petere vel saltem non absolute sed cum conditione & moderamine inquamtum .s. conducunt ad salutem & ad condecetiam status decentis & honesti expediant. vndè Chrysoft. super Matth. Illud pete à Deo quod tibi expediat accipere & illum deceat præstare. Si autem petis terrena aut difficilè impetras aut fortè non impetras. Quomodo enim tibi præstet libenter non habenti quæ si habes admonet vt contemnas. Si ergo temporalia petere volumus petemus ea cum moderamine & conditione. de moderamine dicit Bernar. in quodā sermone. In petendo temporalia cauenda sunt superfluitas & voluptas, & solum petēda sunt in quantum nobis expediunt pro nostra atq; nostrorū sustentatione & condecetia status orando cum Salomone. O Domine mendicitatē & diuitias abundantes quę plerumq; diuites à Deo retrahunt ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus multitudine diuitiarum illiciar ad negandum Deum per mandatorum eius obliuionem & dicam quis est Dominus aut egestate compulsus fuer & periurem nomen Dei mei. Prouer. 30. Habentes ergo alimenta in cibo & potu mediocri & quibus tegamur in vestibus & mansionibus non nimis preciosis sed iuxta status nostri conditionē his contenti simus exemplo Christi regis glorię qui contentus fuit modico victu, vestitu, humili mansione in Bethleē māsueta peregrinatione in hac lachrymarū valle humili comitiua & statu, vt suprā de superbia in tertia parte. De conditione apponēda dicit Aug.

Quando

Quando à Deo petitis temporalia cum modo petite  
& cum timore illi committite vt si profint det si sciat  
obesse non det. Quid obsit vel profint nouit medicus  
non egrotus. Hanc conditionem apponédam vide-  
licet si sit Dei voluntas docuit nos Christus in orto  
Oliueti Mat. 26. de quo suprâ, & in oratione domi-  
nica in illa parte, Panem nostrum quotidianum da  
nobis, vbi tradūtur quatuor modi petēdi t̄palia. Pri-  
mò omnis superfluitas cibi & potus & tēporalium  
abundantia tolli debet à nobis, ideo dicit Panem no-  
strum. Panis namq; est cibus communis & necessa-  
rius. Gulosi ergo ebriosi & commessatiōibus dediti  
quorū Deus venter est qui inimici sunt crucis Chri-  
sti teste apostolo nec mediocri p̄actu contenti sunt  
non rectè orant. Panem nostrum, &c. Secundò ois  
solllicitudo superflua & nimia cupiditas in tempora-  
libus abijcienda est, ideo dicit. Quotidianum con-  
tra illos qui dies noctesq; in somnes ducunt & sem-  
per somniant solllicitiq; sunt de diuitijs accumulan-  
dis & horreis implendis, qui cūm expergefacti fue-  
rint à somno præsens vitæ per mortem tunc pri-  
mūm videbunt quòd vacui sunt & diuitiarum sol-  
licitudo non fuerit nisi somnus. Esa. 29. Sicut som-  
niat esuriēs quòd comederit & cūm expergifactus  
fuerit vacua est aīa eius, & sicut somniat sitiēs quòd  
bibit & postq̄ fuerit expergifactus lassus adhuc sitit  
& aīa eius vacua est, sic erit multitudo oīm gentiū q̄  
dimicauerūt cōtra montē Syon solllicitudine istorū  
t̄paliū. Idē habetur Lu. 12. de diuite cui postq̄ sol-  
licitè multas diuitias cōgregasset dixit Deus. Stulte  
hac nocte animam tuam repetunt à te. s. dæmones,  
præsens pro futuro ponitur propter certitudinem.

Quæ

Qu  
teri  
sibi  
ere  
sol  
corp  
esca  
mo  
nem  
enit  
per  
illor  
sibil  
exu  
grat  
temp  
nota  
temp  
ipse  
cipit  
rapt  
rum  
infin  
ralia  
minu  
mun  
quas  
raliū  
stra  
Orab  
tibus  
genti

Quæ autem parasti cuius erunt tecum ferre non poteris quia post mortem tunc tua non sunt. Sic est qui sibi thesaurizat & non est in Deum diues. Nolite ergo, inquit saluator, ibidē ad discipulos & nos oēs solliciti esse animæ vestræ quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Anima plus est quæscita & corpus quàm vestimentum. Ecce patet quomodo hortamur omnem temporalium sollicitudinem & abundantiam à nobis remouendam. Beati enim pauperes spiritu qui cor temporalibus si affluat per immoderatam sollicitudinē non apponunt. nam illorum est regnum cœlorum & diuitiæ immarcescibiles. Surge ergo qui dormis hoc somno diuitiarum exurge à mortuis & illuminabit te Christus lumine gratiæ in præsentī & glorię in futuro. Tertiò iniusta temporalium receptio amouenda est à nobis quod notatur cum dicitur da. Non enim debemus per nos temporalia ista illicito modo accipere sed orare ut ipsa sedet nobis. Illi namque Deus non dat sed per se accipit quod iniuste lucratur vel acquirit, contra usurarios raptores, fures, iniustos mercatores & bona aliorum iniuste occupantes. Quartò communicabilitas insinuat cum dicitur nobis, ut si nullus sibi temporalia ista appropriet quasi ipse solus esset eorum Dominus, omnia namque debent esse communia. i. communicanda alijs egentibus. Non æstimare debemus quasi veri hæredes & proprietarij istorum temporalium simus. Nam ut supra dixi ex ambro. bona nostra non sunt quæ nobiscum ferre non possumus. Orabimus ergo habere temporalia ut ipsis medianibus pauperibus subueniamus & opera pietatis egentibus impendamus, & ut per ista temporalia sic

transeamus ad æterna cum Abraham, Dauid, Iob,  
& quibusdā alijs qui diuites fuerūt sed diuitijs cor  
non apposuerunt. Audi quęso Chrysol. Omnia quę  
nobis dat Deus siue orātibus siue militantibus non  
solūm nobis dat sed etiam alijs dat per nos. & Aug.  
de verbis Domini serm. 42. de meo utiq; quęro ait  
☞ Christus da mihi & reddam tibi, habuisti melar-  
gitorem, fac me debitorem. Pauca mihi das uti-  
quetibi reddam, terrena mihi das cœlestia reddam,  
temporalia das æterna restituā imò me ipsum etiam  
tibi restituam.

☞ *Cum humilitate orandum est.*

☞ **V**T in orationibus nostris exaudiri mereamur  
cū humilitate & animi mansuetudine fundi de-  
bent ad Dominum, prius dixi de humili dispositio-  
ne corporis in orando, sed hæc mentis humilitas  
in orando est magis necessaria & cōsistit in duobus.  
Primò in diffidentia proprię virtutis vt non confi-  
damus in nostris meritis sed reputabimus nos exau-  
ditione indignos. vniuersę namque iustitię nostrę  
sunt quasi pannus menstruatę, nec sumus sufficien-  
tes cogitare aliquid ex nobis. vndè secundum Ber.  
☞ cum humilitate petunt qui de suis meritis nō con-  
fidunt, & subdit in petenda beatitudine elatio est ca-  
uenda ne tanquā ex priorum meritorum fidu-  
cia requiratur. Stultus esset pauper ille qui manibus  
plenis elemosynā peteret. Sic stultus est is qui mul-  
titudine operum & meritorum suorū præsumpto-  
rum beatitudinem obtinere vellet. Cū tamen di-  
catur Luc. 17. Cū feceritis oīa quę præcepta sunt  
vobis dicite serui inutiles sumus quod facere debui-  
mus fecimus. Cauēda est etiā illa præsumptio quòd  
sine

sine  
tern  
vt p  
deli  
tem  
cis la  
in gl  
lij Z  
vole  
quit  
confi  
spere  
medi  
clesia  
dicer  
indig  
uator  
dictæ  
stræ e  
per in  
cruce

☞ **P**Vfi  
cato  
ditate  
dignat  
tiā & in  
benign  
audet a  
confid  
cite pu  
Iaco. 1.

sine nostro labore vellemus gloriam & requiem æternam consequi. Impossibile est enim teste Hiero. vt præsentibus quis & futuris fruatur bonis, vt de delitijs transeat ad delitias, vt hic ventrè & ibi mentem impleat. Oportuit namq; Christū in vinea crucis laborare & torcular calcare & pati & ita intrare in gloriā. de tali præsumptione repræhenduntur filij Zebedæi à Domino, quia sine labore & passione volebāt cum Christo regnare. Mat. 20. Nescitis inquit, Christ⁹ quid petatis, &c. Scđō hæc humilitas consistit in confidētia de Dei misericordia, ne. s. desperemus sed humiliter exaudiri petamus virtute mediatoris & aduocati nostri Christi Iesu sicut ecclesia orat, & nos per Christū Dominū nostrū quasi diceremus. O Deus pater non ad nos respicias quī indigni sumus exauditione, sed ad misericordiā saluatoris & aduocatum nostrum, vt virtute suæ benedictæ incarnationis & amarę passionis orationes nostræ exaudiri mereantur. Et sic dicimus in letanijs per incarnationem tuam, exaudi nos Domine. per crucem & mortem tuam libera nos Domine, &c.

¶ *Tria impediunt orationes ne exaudiantur.*

**P**uillanimitas primò impedit quando enim peccator considerat multitudinem, grauitatem & feuditatem peccatorum quibus iram & diuinam indignationem promeruit & aduertit suam impotentia & indignitatē non audet oculos vertere ad Dei benignitatē, & talis oratio nimiū timida in cælū nō audet ascēdere sed in infimis iacet. Talib⁹ dicitur vt confidat & confidenter orare nō cessent. Esa. 35. Dicite pusillanimes confortamini & nolite timere. & Iaco. 1. Postulet autem in fide nihil hesitans quod



& veritatem habet de fide siue credulitate articulo-  
rum fidei sine qua nemo exaudiri potest nec Deo  
placere & de fide. i. confidētia in Dei misericordia.  
Secundò tepiditas impedit. oratio namq; tepida as-  
cendit quidem sed statim deficit & languescit quia  
vigorem non habuit. de his tam tepidè orantibus di-  
citur Apo. 3. Utinam calidus, &c. vbi glos. quia neq;  
frigidus es deuitando. s. transgressiones mandatorū  
timore pœnæ, neq; calidus. i. implens p̄cepta mea  
feruore charitatis, sed quia tepidus es. i. tardus ad  
bonum accidiosus & ociosus incipiā te euomere. i.  
à me te reijcere sicut quid abhominabile. Nā ocio-  
sitas omnium vitiorum est sentina. vndè meli⁹ esset  
vt esses omnino frigidus ad implēdo. s. Dei p̄cepta  
& eorum transgressiones deuitādo licet timore pœ-  
næ, quàm quòd sis tam tepidus nihil omnino seruā-  
do nec timore seruili nec filiali. Aliter potest dictum  
illud intelligi, vt. s. calidus dicatur feruēs in amore,  
oratione, & seruitio Dei. Frigidus malus cognoscēs  
tamen malum suum. Tepidus qui bonum aliquod  
s. orationem aut aliud inchoauit sed imperfectè &  
in illo statu permanet quasi sibi sufficiat non proce-  
dens neq; quærens proficere qui est status multum  
periculosus, nam frigidus. i. malus aliquādo cogno-  
scit defectum suum & se emendat, sed tepidus cum  
sibi videatur sufficere bonitas sua nō curat de emen-  
datione sua, ideo proximus est reprobationi signatq;  
per vomitum. Sicut enim euomitum nō resumitur  
ad comedendum nisi fortè à canibus sed abhomi-  
natur etiam ad videndum. Ita tepidi demum sepa-  
rati à gratia Christo nō incorporantur. Tepida enim  
naturaliter prouocant vomitum. Hortor ergo vos  
fratres

frat  
le d  
ora  
tion  
cali  
chr  
tibu  
sum  
aud  
natu  
tūm  
sam  
intu  
glor  
Luc.  
grati  
¶ V  
secur  
cta tr  
mita  
scien  
atq;  
oran  
orati  
eum  
indig  
veste  
filij c  
oran  
mne  
ctē or  
subue

fratres in feruenti sanguine Christi Iesu ardēter dilectos vt feruidi semper sitis in missis, sermonibus, orationibus, & cunctis operibus vestris, & vt orationes vestræ & corda arida atq; frigida spergantur calidis & feruentibus lachrymis deuotionis in lachrymis & sanguine Christi fundamentum habentibus de quibus suprâ. Tertiò, temeritas siue præsumptio frequenter impedit ne orationes à Deo exaudiantur. Oratio namq; temeraria ascendere conatur sed tamen Dei virtute repellitur & non tantum non meretur gratiam sed potius meretur offensam. Tales sunt orationes eorum qui de suis meritis intumescunt & si quæ bona faciant ab hominibus gloriam quærunt, qualis fuit oratio pharisæi de quo Luc. 18. qui in tēplo stans hoc apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hoīm, &c.

¶ Vt ergo oratio nostra exaudiri mereatur debet secundum Bernardū habere tres comites contra dicta tria impedimenta vt. s. sit fidelis contra pusillanimitatem vt. s. fiat cum confidentia in Deo qui est sciens, volens & potens nostram miseriam defectus atq; morbos releuare à quibus petimus liberari & orando exaudiri vt notatur in tribus primis verbis orationis Dominicæ. In hoc verbo pater, ostēditur eum scire & aduertere nostram. i. filiorum suorum indigentiam, iuxta illud Matth. 6. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis, quare tanquam filij confidenter patrem nostrum accedemus eum orantes vt à miserijs & omni malo nos liberet & omne bonum tribuat quod in dicta oratione succinctè oramus. In hoc verbo noster, ostenditur eum subuenire volentem. Nam omnes boni diligunt &

diligenter subueniunt suis, alioquin boni nō essent.  
1. Thim. 5. Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet fidem negauit & est infideli deterior. In hoc verbo qui es in cœlis, ostendimus eum potentem vt nos adiuuet & in omnibus exaudiat. Nam vt dicitur 1. Macha. 3. De cœlo fortitudo est, ipse enim creauit cœlū & terrā & op̄s est. Secūdo requiritur secundū Ber. vt oratio nostra sit feruēs contra tepiditatē. Tertiō humilis cōtra presumptionē. Plures aliq̄ adhuc possent assignari causæ quare orationes nostræ nō semper exaudiuntur, videlicet si nō petātur vtilia vt suprā dixi, vel quia sumus sciēter in mortali statu & in actuali inimicitia Dei. Cū enim is qui displicet ad intercedendū mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. 49. dist. 4. 1. vel etiam quia nō attētē nec deuotē oramus. Et si deuotē quandoq; oramus nō tamē perseueram⁹ si prima vice nō obtineamus quod petimus. Oportet enim vt dicit apostolus quōd oratiōe simus instātes & vigilāter atq; perseuerāter pulsemus orando. Illi non instāt nec in orando perseuerāt, qui primò orāt feruēter, postea tepidē, deinde oīno frigidē. vnde Aug. super Psal. Multi in nouitate suæ conuersionis feruenter orāt, postea languidē, deinde frigidē quasi securi fiant. Sed tamen cū videris deprecationem tuā nō amotā à te securus esto, quia nō est amota misericordia eius à te. Ideo dicitur Eccl' i. 7. Melior est finis orationis q̄ principiū. Oratio habet principiū, mediū, & finē. Principium debet fieri mediocriter. Medium feruēter. Finis perseueranter. Sed multi ordinē hunc orandi peruertunt qui feruēter inchoāt, tepidē mediant, & finē frigidē consummāt. Isti sunt chimerae

chimerę similes, cuius prima pars vt dicunt est leo animal calidum, media est capra animal temperatū, finis est serpens animal frigidum.

*De attentione requisita in oratione & horarū lectione.*

**Q**uestio. Vtrum oratio vocalis sine mentali & actuali attentione sit efficax, impetratoria, & satisfactoria? Respōdeo post Ricar. Vbi suprā quod triplex est efficacia orationis. Prima est in merendo seu satisfaciendo. Secunda in impetrando. Tertia est orantem spiritualiter & sensibiliter reficiendo. vndē nullam istarum habet oratio vocalis nisi eam concomitetur concors meditatio. Actus enim exterior moralis non est nisi per comparisonem ad actum rationis interiorē. Sed aduerte quod duplex consideratur in oratione vel officio diuino attentio secundum Petrū de palu. in 4. dist. 15. Primō vt officiū ab intentione vel attentione procedat, & isto modo attentio requiritur ad lectionē horarum & officiū diuinum non solūm propter meritum sed etiam ad euitandum peccatum, quia nullū opus est meritorium aut etiam satisfactorium nisi ex intentione procedat, aliter non esset humanū cū homo sit homo per rationem & voluntatem. Similiter requiritur talis attentio ad euitandum transgressiones præceptorum, quia præcepta dantur hominibus, & ideo oportet quod procedant non ex sola imaginatione quæ nobis communis est & brutis, sed ex deliberatione quæ requirit attentionē. Scđo modo vt totū officium attentio concomitetur actualiter & hoc nō requiritur nec in officio nec in alijs bonis operib⁹ vel orationibus, q̄a talis impossibilis est humanę fragilitati. Requiritur tamen quod orās

præcipuè legens horas ad quas ratione beneficij vel ordinis obligatur vel aliud officium diuinum ex debito persoluens, scienter non distrahat mentem à cõtione vel officio diuino. Et ergo non merentur nec satisfaciunt legentes horas qui inter legendum occupant se in aliquo negotio vel actu exteriori quòd non patitur secum attentione, nam talis directè facit contra cap. dolentes de cele. mis. & facit reuerentiã Deo. Idem sentit beatus Tho. eadem distin. dicens. Quando aliquis legens horas ex proposito mentem distrahit ad alia sine culpa non est & præcipuè si in alijs spontè se occupat quæ mentem distrahunt attentionem non compatiuntur sicut sunt exteriora opera. Et si mens ad contrariũ euagetur erit culpa mortalis. Si aut sine hoc quòd percipiamus mē ad alia euagetur vel culpa caret vel minima erit nisi præcedens cogitatio ex qua contingit euagatio talis distrahatur esse in culpa. ¶ Nota tamen circa prædicta quòd intentio siue attētio debita siue actualis si adsit in principio vocalis orationis, licet postea mens euagetur oratio talis est meritoria, & impetratiua & satisfactoria licet non continuetur prior intentio vel attētio formaliter, quia manet virtualiter. Nisi esset talis euagatio quæ interromperet priorem intētionem per contrariam intentionem, quod fit quando legens sciēter inter legendum distrahit se loquēdo, cogitando, vel in alijs exterioribus se occupādo quæ non compatiuntur attentionem. Nec sufficit secundum Tho. quòd talis intentio vel attentio in principio orationis actualiter existens maneat in habitu, nec etiam requiritur quòd continuè maneat per essentiam actus sed quòd maneat secundum virtutem quod

quod est medium quoddam inter prædicta duo. Et tunc dicitur manere secundum virtutem quâdo orans accedit ad orationem cum intentione aliquid impetrandi vel Deo debitum obsequium reddēdi. Etiâ & si in persecutione mens ad talia rapiatur nisi tanta sit euagatio quòd omnino pereat vis primę intentionis. Sicut dum quis per bonam intentionem incipit peregrinari vel elemosynâ dare, totum subsequens est meritorium virtute intentionis primæ, quamuis cesset sua intentio actualis non cogitans. s. medio tēpore in via semper de Deo vel sanctis eius vt in principio peregrinationis vel non apprehendens semper actualiter finem quem prius cōstituit. Sed verum est quòd talis oratio sine attentione concomitante non habet tertiam efficaciam. s. spiritualiter reficiendi orantem & dulcedinem quandâ deuotionis adducendi nisi quâdiu eam concomitatur attentio actualis. Et sic intelligitur illud. I. Cori. 14. Si orem lingua & spiritus meus non orat mēs mea sine fructu est, sup. spiritualis refectionis. Si etiam solum lingua orat sine attentione actuali vel virtuali tūc nō est fructus refectionis nec impetratiōis, nec satisfactionis sed solum Deus tūc labijs honoratur.

¶ Doctrina ergo saluberrima est si p̄dictos tres fructus & efficacias oratiōis orâdo cōsequi voluerim quòd sæpius renouemus inter orandum priorem bonam intentionem, præcipuè post matutinas vel ante laudes, ante primam, ante tertiam, sextam, nonam, & sic consequenter inchoando magnum punctum ad cor reuocemus bonum propositum prius factum atq; cum feruenti desiderio id reuocemus confugiendo & latitando in apertis cauernis mace-

riæ vulnerum Christi Iesu, petendo ab eo virtutem perseverantiæ, & vt virtute sui preciosi sanguinis dignetur præstare aquam deuotionis & feruorẽ spiritus atq; attentionẽ debitam, & si aliqua tunc occurrat euagatio vel distractio inter celebrandũ vel legẽdum horas, tundẽdo pectus, doleas quod non feruentior fueris & magis attẽtus, nec morosus sis in illis distractionibus q̄ plerumq; instinctu dæmonis afferuntur, vt suprã dixi de scrupulis adueniẽtibus inter orandũ vel celebrandũ. Et vt attentio virtualiter per totã orationẽ maneat & cum fructu merito deuotione, satisfactione & impetratione officium diuinum persoluatur plurimũ confert vt homo secũdum spiritum in aliquem certũ locũ se constituat, vt suprã in principio huius ca. tetigi. Cæteras materias & quæstiones magis subtiles circa orationem causa breuitatis omitto & remitto ad præfatos atq; alios sacræ theologiæ doctres in 4. sentent. di. 15. hanc materiã ad longum tractantes. De deuotione in cantando & eleuatione mentis in Deũ vide Gerson in tertia parte. In tractatu super Magnificat.

¶ *Pro animabus in purgatorio. Capitulum. XVI.*

¶ Tres modi liberandi añas ex pœna

}	Intercessio,
	Redemptio,
	Afflictio.

✠ **S**ancta & salubris est cogitatio p̄ defunctis exorare vt à p̄ctis soluantur 2. Macha. 12. Sancta est huiusmodi cogitatio ad effectũ deducta q̄ summẽ Deo placet & meritum sanctitatis ipsis orantibus adducit & salubris est ipsis animabus, quia per deuotas preces viuorũ & oblationes à peccatis. i. pœnis peccatorũ soluantur & citius ad salutem deducuntur.

cuntur. Cū igitur captiui in dura captiuitate Babylonica terrę tenebroſæ exiſtētes nō poſſint ſe per aliquod ſuffragium vitę præſentis iuuare & à pœniſtam horrendis liberare, quia nō ſunt in ſtatu merendi vel ſatiſfaciendi. Ideo mīa moti nos qui facultatem habemus eos iuuandi merito omnib<sup>9</sup> medijs & modis poſſibilib<sup>9</sup> conabimur captiuos redimere Et ſunt præcipuè tres modi liberandi, quemadmodum ex delicto vel debito apud nos captiui detenti liberari ſolent his tribus modis, videlicet Intercedendo apud principem vel villicum pro eis pecunia & muneribus placando, vel pœnam pro eis ſuſtinendo. *.i.* ¶ Interceſſio chriſtifiſdeliū apud Deū regē glorię & reginā angelorū virginē Mariā, alioſq; ſanctos apoſtolos martyres, confeſſores, virgines, & oēs ſanctos qui magnę ſunt autoritatis in palatio illius regis maximè ſuffragatur illis captiuis pro liberatione, diminutione, aut refrigerio pœnæ ſicuti eccleſia frequenter orat pro eorum liberatione. O Domine Ieſu Chriſte libera animas oīm ſiſdeliū defunctorū de manu inferni, de ore leonis ne cadāt in obſcurum. *.i.* ne diu detineātur in obſcuro in quo ceciderūt, ne abſorbeat eas tartarus. *.i.* abſorptos teneat, ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas, &c. Et iſtud eſt præcipuum remediū iuuandi aīas, videlicet Interceſſio ad Deū & ſanctos per deuotas oratiōes & pia ſuffragia. & inter oīa ſuffragia & pia opera quę fieri poſſunt nihil eſt tantę efficacitę & quo citius animę à pœnis liberantur ſicut eſt ſacrificiū miſſę. Nam illa magis ſuffragantur defunctis in quibus principaliores & plures rationes ſuffragandi conueniunt, quę ſunt charitatis communio, intentionis



tionis directio, & pia supplicatio, quæ omnes & plures aliæ rationes maximè concurrunt in sacramèto altaris quare magis prodest tam ex parte operis operati, quàm operis operantis. Fiunt enim ibi speciales orationes & recordationes pro defunctis præcipuè in secundo Memento, vt pulchrè deducit Gabriel in canone missæ. Lec. 57. In huius signum hostia consecrata in tres partes diuiditur, vt infra dicam, vt significetur effectum eius participare qui in cælo in purgatorio & in hoc mundo manèt. ¶ Ideo piè credendum est vt dicit Altisi. quòd nulla missa celebratur in qua non plures animæ de purgatorio liberantur. Sunt enim ibidem regulariter plures animæ sic dispositæ, vel quia diu ibi fuerunt vel pauca purganda habuerunt, vt facillè liberari possint præcipuè si tam efficax suffragium eis applicetur. Sicut legitur in vita patrum de diuersis qui per suffragia missarū statim ex purgatorio euolarūt. Legitur de fratre Rao, q̄ vnica missa liberauit quendā q̄ māsurus aliàs fuisset in purgatorio ad quindenim annos qđ fortè per reuelationē patrib⁹ sanctis hoc vel similia scribentibus innotuit. Ideo consultum est multas in testamèto & præcipuè in vita ordinare missas pro defunctis celebrādas, vt citius liberentur. Meritorium est etiā & multū p̄dest audire diuersas missas pro defunctis fundendo ad Dominū tempore missæ deuotas preces & pias circa passionem Christi meditationes habendo. Ibi namq; fit etiam intercessio ipsius capitis. s. Christi cū offertur sacrificiū corporis & sanguinis Domini pro defunctis. 13. q. 2. Nō estimemus. 2. ¶ Redemptio per largas elemosynas pauperibus & pijs locis pro defunctis factas, & opa  
mife-

misericordiæ corporalia & spiritualia suffragatur  
 etiam defunctis non tantum ex dantis deuotione,  
 sed etiam ex religiosorum pauperum & egentium  
 quibus impenduntur suffragijs & orationibus. Sic  
 fecit Iudas machabeus. Cum enim Iudæi in maxima  
 multitudine in bello corruerunt propter eorum pec-  
 cata quia furta commiserunt & idola coluerunt.  
 Iudas eorum princeps honestè sepeliuit corpora &  
 collatione siue conferètia facta cum suis largas fecit  
 elemosynas pro defunctis & misit duodecim milia  
 argenti in Hierusalem pro oblatione in sacrificium  
 pro peccatis mortuorum bene & religiosè de resur-  
 rectione cogitans, nisi enim eos qui ceciderant res-  
 surrecturos speraret superfluū videretur & vanum  
 orare pro mortuis. Et quia considerabat quòd hi q  
 cum pietate dormitionem acceperant optimam ha-  
 berent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris  
 est, &c. Et vt dicit glo. Non frustra fecit illam obla-  
 tionem in Hierusalem. Nam Iudas & socij eius pro-  
 babiliter debebant iudicare quòd Iudæi sic interfe-  
 cti pœnituerunt in morte, & sic quòd fuerint mor-  
 tui in statu salutis. Ex hoc passu traduntur nobis tres  
 vberimæ doctrinæ. ¶ Prima, vt in exequijs mor-  
 tuorum cum corpora sepeliuntur firmiter creda-  
 mus & ad mentem reuocemus resurrectionem fu-  
 turam, & quod illud idem corpus in numero in die  
 iudicij ad vitam resurget. ¶ Secunda, largas facie-  
 mus elemosynas & oblationes præcipuè in missa-  
 rum sacrificijs quæ pro defunctis fiunt. Quandoq;  
 enim cuperemus mille ducatos exponere pro re-  
 demptione alicuius parentis, consanguinei, vel fi-  
 delis amici apud saracenos vel alibi in crudeli capti-  
 uita-

uitate detenti. Non pigeat ergo exponere vnum du-  
catum pro redemptione animarum parentum, fun-  
datorū, amicorū, & multorū christifidelīū fratrū no-  
strorū in tanta pœnarum acerbitate & dira captiui-  
tate quæ omnē huius mundi captiuitatem in credu-  
litate & pœnalitate antecellit detentorum, & non  
minus pro eis faciamus quā pro nobis in simili angu-  
stia constitutis fieri vellemus. Et indubiè sicuti eis  
elemosynas & alia subsidia impendimus, pariformi-  
ter nobis per successores nostros fiet. ¶ Tertia do-  
ctrina est, quòd pro omnib⁹ orabimus defunctis nō  
iudicādo eos esse dānatos nisi certitudinaliter cōsta-  
ret siue in bello vel alia subitanea morte moriātur,  
nec præcludemus eis viam satisfactionis à cōmuni-  
bus suffragijs ecclesiæ & oratiōibus nostris eos ex-  
cludēdo quāuis perniciosam & damnabilē vitā du-  
xerint. Multæ namq; sunt horæ diei & partes tem-  
poris in quibus sperare possumus eos pœnituisse si-  
cut Iudas & sui præsumperunt. 3. ¶ Afflictio cor-  
poralis pœnitentia & quæcunq; pœnalitas quā pro  
defunctis nobis infligimus ipsis prodest ad pœnē sa-  
tisfactionē, diminutionē, & refrigeriū sicut ieiunā-  
do, peregrinādo, indulgētias pro ipsis promerendo  
quādo forma indulgentiarū hoc habet quòd pdesse  
possunt viuis & defunctis disciplinas & quæcunq;  
corporis afflictiua pro eis assumendo. Et ideo valde  
nobis meritoriū est prodestq; defunctis nō parū si  
in principio diei aut operū pœnitentiæ intendamus  
opa illius diei principaliter in Dei gloriā referre, in  
satisfactionē p peccatis nostris, & existentīū in pur-  
gatorio. Nunq̄ enim op⁹ pœnale aut aliud piū opus  
in charitate existentes facimus si in vim satisfactiōis  
defun-

defu-  
pœn-  
cipu-  
liter-  
eccle-  
tāt r-  
cēte-  
mur-  
gene-  
nem-  
diue-  
sed e-  
vel a-  
illis-  
rele-  
dē le-  
cte i-  
gui-  
rum-  
nas f-

i.  
eis m-  
desid-  
esse s-  
pote-  
uatos  
clama-  
ad D-  
&c. P-  
ne fut-  
tur af-

defunctis applicamus quin per ipsum aliquæ aîæ de  
 pœna purgatorij liberentur in toto vel in parte præ  
 cipuè illæ pro quibus talia opera vel suffragia specia  
 liter applicamus. quiuis enim suffragia generalia ab  
 ecclesia p omnibus fiât, tamé modicū inde aîę repor  
 tât respectu specialiū, distribui enim habêt in multa  
 cœtena milia animarū ibi existentium iam ex illis com  
 munibus suffragijs & ex bonis operibus quæ fiunt  
 generaliter pro defunctis nō per specialē applicatio  
 nem ad aliquas iuuantur oēs aliquo modo secundū  
 diuersitatē & multitudinē suffragiorū æqualiter,  
 sed quandoq; specialiter p certis animab<sup>9</sup> suffragia  
 vel alia opa pia aut pœnalia in vim satisfactiōis fiūt  
 illis magis profunt licet tamé oēs aliquo modo inde  
 releuētur & gaudeāt vt suprâ dixi de suffragijs. Vn  
 dè legitur de sancto Dominico quòd ferè omni no  
 cte inter cæteras vnâ disciplinâ cū cathena vsq; san  
 guinis effusionē recipiebat p subleuamine defuncto  
 rum. Qui inde nō exhibūt donec reddiderint & pœ  
 nas soluerint vsq; minimū quadrantē p se vel alios.

*¶ De pœnarum acerbitate & varietate.*

1. ¶ Priuatio visionis Dei & dilatio rei speratę est  
 eis maxima pœnarū: Nam summo & inexplicabili  
 desiderio affectāt Deū videre, cognoscentes ipsum  
 esse summum & perfectissimum bonū, quod solū  
 potest animas quietare, & quia se vident illo esse pri  
 uatos, licet ad tps propter eorū culpā summè dolēt  
 clamātes mentaliter cum propheta. Sitiuit aîa mea  
 ad Deū fontē viuū. Quemadmodū desiderat ceru<sup>9</sup>,  
 &c. Psal. 41. Nā licet certi sint de visiōe & beatitudi  
 ne futura, tamen vt dicitur Prou. 13. Spes quæ differ  
 tur affligit animam & eò amplius quantò res sperata  
 est

est magis amara. Tantum namq; est illud desiderii  
aiæ videndi Deum quòd nullorum desiderijs in  
presenti comparari potest. nam & si Iacob patriar-  
cha multum affectauerit, videre filium suū Ioseph  
Aegypto præidentem quem mortuum putabat.  
Gene. 45. & Thobias senior magnis suspirijs Tho-  
biæ filij sui aduentum summè anhelebat Tho. 5. &  
regina Sabatam vehementer optauerit videre Sa-  
lomonem & eius sapientiam audire, & gloriam re-  
gni sui cognoscere, quòd regnum suum dimisit ve-  
niens à finibus terræ, &c. 3. Reg. 10. Symeon iustus  
tanto feruore cupiuerit videre Christū Dominum  
quòd pro alio viuere non volebat. Lucæ. 2. & virgo  
Maria dolorissima mater Domini gemitibus pro-  
fundissimis filium eius captiuū, flagellatum, coro-  
natum & ad mortem crucis condemnatū ante mor-  
tem videre cupiuit, atq; summo desiderio post cru-  
cis triumphum & resurrectionem, visionem, conso-  
lationem & aduentum eius expectauerit. Omnes  
tamen hæ affectiones simul sumptæ tam vehemen-  
tes non sunt sicut desiderium vnus animæ sponsæ  
Christi in purgatorio existentis ad videndum & in  
gloria amplexandum sponsum sanguinum quem su-  
per omnia intentissimè diligit. ¶ Non enim minus  
est illorum captiuorum in purgatorio desideriiū vi-  
dendi Christum quàm patrum olim in limbo qui  
ferè 600. annorum Christi aduentum feruenti &  
indicibili desiderio expectabant, & postquam Chri-  
stum Messiam & eorū redemptorē in mūdum ve-  
nisse percepissent, ô cū quanto intentissimo dolore  
& maximo desiderio tunc adhuc 33. annis ibidem  
manentes expectabant cæli apertionem & portarum

rum  
Esa  
ape  
mil  
ban  
qu  
tar  
vt p  
tas  
nō  
adh  
pæ  
ban  
uul  
stifi  
miso  
rum  
& h  
rium  
freq  
lach  
conf  
milia  
mus  
omn  
recip  
semp  
pote  
purg  
habe  
bas  
gusti

rum inferni confectionem per clauem crucis demum  
 Esa. 22. Dabo clauem David super humerum eius,  
 aperiet & non erit qui claudat, lamentabili voce tot  
 milibus annorum incessanter clamare non desiste-  
 bant illud Esa. 64. Vtinam diruperes cœlum & venires  
 quousq; tollitis animas nostras. veni Domine & noli  
 tardare, relaxa facinora plebistuarum. Veni o Domine  
 ut pro tuum aduentum paupertas nostra eleuetur, infirmi-  
 tas nostra curetur, captiuitas liberetur. Et id ipsum  
 non minus lamentabiliter clamant animæ in purgatorio quæ  
 adhuc in maiori cruciatu constitutæ sunt propter  
 poenam sensus & ignis infernalis quam non crucia-  
 bantur animæ patrum in limbo, sicuti nec animæ par-  
 uulorum sine baptismo decedentium. O deuota chri-  
 stifidelis anima audi quæso suspiria patrum conge-  
 misce & intellige illas lamentabiles voces captiuo-  
 rum in purgatorio desiderantium Christi aduentum  
 & liberationem. Ber. super cantica inquit, Deside-  
 rium patrum suspirantium Christi in carnem aduentum  
 frequentissimè cogitans compungor & confundor,  
 lachrymas quoque sustinere nequeo. Rubore ergo  
 confundi & erubescere debemus qui non ad quinque  
 milia annorum Christi aduentum expectare habe-  
 mus, sed omni anno aduentum Christi celebramus &  
 omni die si velimus in sacramento altaris Christum  
 recipimus, attamen tam frigidi, aridi, & indeuoti  
 semper manemus. 2. ¶ Vilitas loci & dæmonum  
 potentia auget dolorem & poenam existentium in  
 purgatorio. Nam licet ipsi dæmones potestatem non  
 habeant torquendi animas purgandas sicut repro-  
 bas cum fuerint in presentia vita eorum victores, an-  
 gustiosum tamen est videre ibidem suos capitales  
 q hostes

hostes præsentēs irridentes & de supplicijs insultantes. Et propter hoc Razias vir venerabilis & magnæ æstimationis in populo Israël ne captus illuderetur ab inimicis projecit se ex fenestra & intestina quæ de corpore eius egrediebantur percussit super inimicos. 2. Macha. 14. Est & locus purgatorij vilissim<sup>o</sup>, obscurissimus & fetidissimus in centro terræ, qui secundum quosdam non distinguitur realiter ab inferno, sed idē est locus qui scđm diuersa officia sortitur diuersa noīa. Nā illis est purgatoriū qui purgātur, & temporaliter puniūtur, illis infernus qui æternaliter ibi cruciabūtur, illis limb<sup>o</sup> qui sola pœna dāni æternaliter puniūtur. Est tamē magis verisimile quod sint loca etiam realiter diuisa licet nō multū à se distantia. Unde quadruplex est hospitium siue locus in quo animæ ab hoc seculo decedentes illico recipiūtur. (Vtinam tam solliciti essent hoīes de bono hospitio & habitaculo futuro procurādo, sicuti sunt in hoc seculo qui arces & domos munitissimas, palatia & edificia altissima & fortissima ædificāt quali hic semper mansuri cum tamē certo eis cōstet modo cæci & demētes nō fuerint quod nō habēt hic manentē ciuitatē sed tanquā peregrini transitū solū. ¶ Cœlū empiriū est nobilissimū, amenissimū, & perpetuū sanctorū habitaculū in quo immediatē recipiūtur aīæ in statu gratiæ decedētes sine reatu pœnæ. ¶ Infernus est horribilis mansio sub terra cum dæmonibus vbi immediatē recipiūtur aīæ oēs in mortali etiā vnico aut minimo decedētes dicētes. Vadā & nō reuertar ad terrā tenebrosam opertā mortis caligine terrā & miseriæ & tenebrarum vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10. ¶ Purgatorium

riū  
flu  
nō  
fac  
ab  
fior  
san  
Da  
bap  
mil  
Et i  
rom  
tiali  
stat  
cto  
tent  
inno  
tiam  
imm  
vitæ  
uit. S  
bunt  
nec I  
Nou  
pecca  
tia &  
re po  
tes &  
rerū  
olim  
& sic  
nalite

riū est receptaculū decedentiū in gratia cum reatu  
 siue obligatione alicuius pœnæ tēporalis, qui. s. hic  
 nō fecerūt condignā de peccatis pœnitentiā & satis-  
 factiōē. ¶ Limbus est locus ille prope infernū, vbi  
 ab origine mūdi vsq; filij Dei incarnationem & pas-  
 sionem captiui detinebantur patres quantumcunq;  
 sancti, Adā, Noe, Abraham, Moyses, Dauid, Esaias,  
 Daniel, Hieremias, Ioachim, Anna, Ioseph, Ioānes  
 baptista, &c. Et quidā ibidē manserunt vltra quinq;  
 milia annorum, alij ad tria milia, quidā centū, &c.  
 Et in eodem hospitio recipiuntur nunc animæ pue-  
 rorū decedentiū sine baptismo qui perpetuo essen-  
 tiali Dei gloria diuinæ. s. visionis carebūt iuxta legē  
 statutā. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san-  
 cto per baptismi regenerationē, &c. An autē de po-  
 tentia absoluta clementissimus Deus quandoq; illis  
 innocentibus oppressis vel alio modo per negligē-  
 tiam aliquorū impeditis à baptismo parcat & de sua  
 immēsa mīa ad gloriā perducatur propter sanctitatem  
 vitæ & merita fortē parentū nouerit ille qui oīa no-  
 uit. Sed illi nullā habebūt pœnā sensus nec crucia-  
 buntur à dæmonibus, contenti erunt de suo statu,  
 nec Deum aut sanctos blasphemabunt vti reprobi.  
 Nouerint enim quōd non sua actuali culpa & pro  
 peccato proprio sed parentū primorū à Dei præsen-  
 tia & clara visiōe separati sunt. Erunt perfectē statu-  
 rē post iudiciū sicut & paruuli etiā baptizati decedē-  
 tes & plus habebūt de sciētia naturali & diuersarum  
 rerū cognitione licet hic nunq̄ ratione vsi fuerint q̄  
 olim doctissimi philosophi in hoc seculo habuerunt  
 & sic argumentando conferendo ad inuicem æter-  
 naliter ibidem permansuri sunt. Condolendum est



illis paruulis sic non in sanguine Christi lotis decedentibus, sed non est pro eis rogandum, quia sunt in termino simpliciter sicut damnati. ¶ Summa igitur diligentia adhibenda est à pregnantibus & obstetricibus præcipuè in natiuitate puerorum, extra uterum, & etiam antea, atq; circa tempus partus ne sine baptismo decedant, & si periculù verisimile in partu obstetrices viderint, ad statim puerum baptizèt caput pueri aqua spergentes dicendo, Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti amen: nam hoc sacramentù quia est necessitatis à quolibet tam muliere quàm viro in necessitate cõferri potest. De restabilis est quorundam magnatù consuetudo vt puerù natù ad tres vel quatuor dies detineant sine baptismo expectâtes à lōginquis partibus petrinos, compadres aut commatres, & sic quandoq; medio tempore sine baptismo decedit aut ad minus in maximo periculo talis puer constituitur. O quàm horrendum abhominabile scelus committunt illæ obstinatissimæ mulieres quæ fœtum animatù in utero impediunt scienter ne in lucē veniat vel si in mundum puer ille venerit statim interimunt aut in terram fodiunt propter pudorem mundanum ne earum peccatum detegatur non timentes Deum nec aduertentes quòd in die iudicij hoc peccatum & cætera reuelabuntur coram toto mundo cum summa perpetua confusione sicut dicitur Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in conspectu omnium nationum.

3. ¶ Ignis cruciatus est etiam maxima pœna quam animæ patiuntur in purgatorio, quia est idem ignis cum igne infernali de quo August. & habetur de pe. di. 5. Ignis purgatorius & si æternus nō sit miro ta-  
men

me  
qu  
nu  
bi  
do  
pal  
ant  
pie  
nen  
qui  
ster  
Sec  
tius  
tem  
rem  
ign  
in a  
fili  
nul  
Phi  
tium  
& o  
Istu  
funt  
ter  
illa  
uato  
artic  
ledi  
ang  
Non  
por

men modo grauis est: excellit enim omnē pœnam  
 quam vnquam passus est aliquis martyr in hac vita,  
 nunquam in carne tanta inuēta est pœna licet mira-  
 bilia martyres passi sunt tormenta, & dicunt quidā  
 doctores quòd minima purgatorij pœna maior est  
 passione Christi quæ omnes martyrum passiones  
 antecellebat. Dicitur cōmuniter à doctoribus & sa-  
 pientibus ignem nostrum quo vtimur esse quasi ig-  
 nem depictum & vmbra ignis respectu illius ignis  
 qui ad eò est afflictiuus quòd respectu eius ignis no-  
 ster nullam afflictionem videtur ingerere corpori.  
 Sed si quis hoc igne puniatur sicut sanctus Lauren-  
 tius, imò si casu solum tangat aut digitum modico  
 tempore in igne teneat intentissimum sentit dolo-  
 rem, quid ergo faciet miser damnatus in horribili  
 igne infernali semper arsurus. ¶ Modus agendi ignis  
 in animas & dæmones videtur satis mirabilis & dif-  
 ficilis ex quo agens debet esse nobilius patiente, sed  
 nullum corpus est nobilius spiritu. Item secundum  
 Philo. in li. de generatione. Illa solum agunt & pa-  
 tiuntur ab inuicem quæ communicant in materia,  
 & omne agens corporeum agit per contractū, &c.  
 Istud tamē necessarium est credere sicut & alia quæ  
 sunt fidei: vnde diues in inferno clamat & æternali-  
 ter clamabit: Crucior in hac flamma. Luc. 16. Nec  
 illa erit parabola, sed res gesta & vera historia, & sal-  
 uator Mat. 25. dicet ad reprobos in die iudicij, & in  
 articulo mortis dicit ad animas damnatas, Ite ma-  
 ledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo &  
 angelis eius, sup. ad eorum perpetuam punitionem.  
 Non est ergo iste ignis imaginarius sed verus & cor-  
 poreus: oportet ergo dicere quòd corpus agit in spi-  
 ritum,

ritum, sed quomodo fiat hoc à diuersis diuersimode  
dicitur. Quidam dicunt hanc coniunctionem ignis  
ad aiam solū esse vt obiecti ad potentiā cuius est ob-  
iectū, dicūt enim quòd affligūtur ignē videndo. Alij  
ponūt illā coniunctionē per modū locati ad locum.  
Sed clarior & verior resolutio est quòd ignis illere  
liter agit nedū in corpora post iudicium, sed etiam  
in spiritus dæmones. f. & animas nunc & in perpe-  
tuū nō virtute propria & omnino naturali actione  
sed vt instrumentum diuinæ iustitię non consumen-  
do sed affligendo per modum detentionis & realis  
pænæ inflictionis. 4. ¶ Consideratio negligentie  
suorum amicorū propinquorū & hæredum ad eis  
subueniendum auget eorum pænā & dolorē. Si  
quis esset in obscuris & profundissimis carceribus  
inclusus & in grauibus doloribus constitutus, nec  
posset se iuuare videret autem suos amicos fratres  
& propinquos eum deserere cū tamen multiplici-  
ter possent eum subleuare, nōne maximā animi a-  
maritudinē & displicentiā inde cōciperet de eorum  
inhumanitate, negligentia & ingratitude. Tales  
sunt animæ in purgatorio quæ in longè crudeliori  
captiuitate & obscurissimo profundissimo carcere  
captiue detinentur quàm filij Israël in Aegypto, aut  
oēs malefici huius mundi vnquam incarcerati fue-  
rint & se iuuare non possunt, sunt enim extra statum  
merendi habentes manus. i. potentiā operatiuā liga-  
tas, & pedes. i. potentiā affectiuā & oēs alias poten-  
tias supple ad merendū, sed indies expectant refri-  
gerium & subleuamen à suis quos in seculo dimise-  
runt & adhuc cognoscunt sed non sentiunt eorum  
iuuamē, & sic nō modicā habent causam doloris, &  
præcipue

præcipuè cùm plurimum laborauerunt & multarū  
 pœnarū se debitores fecerint peccādo aut opā satis-  
 factiōnis hic omittendo, vt illis bona dimitterēt &  
 procurarēt. Et præcipuè cùm etiā videāt tantā suo-  
 rum crudelitātē & negligentīā quòd etiā quæ pau-  
 peribus vel pijs locis testamentaliter vel alio modo  
 legauerunt omittunt vel diu differūt adimplere sed  
 tales vt egentium necatores debent excōmunicari  
 vt dicitur 13. q. 2. Qui oblationes. Quare lamentabi-  
 liter clamāt illud Iob 19. Misere mei misere mi-  
 ni mei saltē vos amici mei quia manus Domini teti-  
 git me. In quibus verbis ponitur triplex ratio & mo-  
 tiuum quare meritò mortuū à viuis sunt adiuuandi.  
 ¶ Prima sumitur ex parte defunctorū. s. magna ne-  
 cessitas, cùm dicitur misere mei, quia sunt in  
 acerrimis tormentis ex quibus se liberare non pos-  
 sunt nisi ad extremū patiendo. ¶ Secunda sumitur  
 ex parte viuorū. s. fraterna charitas, cùm dicitur sal-  
 tē vos amici mei. Dicuntur hic amici quatuor modis.  
 Primò iure propinquitatis & sanguinis. Isto modo  
 pater tenetur iuuare filiū & econtra filij parentes,  
 frater fratrem, &c. Secundo modo iure confraternita-  
 tis sicut sunt viri religiosi, confratres in aliquo colle-  
 gio, capitulo, vel alia cōmunitate & simul cōiuuan-  
 tes, meritò ergo illos cōfratres nostros in purgato-  
 rio detētos iuuare debemus. Sunt enim oēs fratres  
 nostri quia eundē patrē Deū habemus, & ad eandē hē-  
 reditatem tendimus. Tertio modo iure specialis ami-  
 citiæ, affabilitatis, & specialis amoris vinculi quo hic  
 in amicitia cōiuncti fuerūt, & tales amici nonnunq̄  
 plus iuuāt & in vita & in morte, q̄ consanguinei &  
 proximi vt experientia omniū rerū magistra docet.

Prover. 17. Omni tempore diligit qui amicus verus est. Verus enim amicus iuuat amicum suum quem sincere diligit, in vita ad bonum inducendo, in tribulatione consolando, in egestate subueniendo, in morte ad pœnitentiam inducendo, & ab eo non recedendo, & post mortem suffragia fideliter impendendo. ¶ Quarto iure alicuius muneris vel beneficij recepti. Qui namq; recipiūt elemosynas defunctorum obligatur ad suffragia missarū, orationum, elemosynarum, aut aliorum piorum operū. Tertia ratio quare mortui sunt à viuis iuuandi sumitur ex parte iudicis quæ est eius pœnæ seueritas, cū dicitur quia manus Domini tetigit me, ex quo habetur (licet tamen citra condignum puniantur) quod eorum punitio habet seueritatē quia in manus Domini ceciderunt vbi omnia vsq; minimū quadrantē exolui debent per se vel amicos. Hebr. 10. Horrendum est, inquit apostolus, incidere in manus Dei uiuentis, habet tamen etiam pietatem, quia eos non subuertit ad damnationem sed tangit ad purgationem. Deus enim punit in tribus locis. hic enim punit paterna correptione. Hebr. 12. Quē Dominus diligit castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In purgatorio punit cum momentanea indignatione. Esa. 54. In momento indignationis abscondi faciem meam, parumper recessi à te & in misericordia sempiterna misertus sum tui. In inferno aut punit cum perpetua subuersione. Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & cœt. & prolapsi sunt in infernum rursus renouari ad pœnitentiam, in inferno namque nulla est redemptio. ¶ Et ergo est error manifestus contra fidem & veritatem

ritatem Christi dicētis Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, in quo fuit Origenes, quòd. s. dæmones & damnati tandem post longa & grauias supplicia eruendi sunt ex cruciatibus & fociandi sunt angelis sanctis, iuxta illud Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et nunquid obliuiscetur misereri Deus aut continebit in ira sua misericordias suas, quasi dicat non. Psal. 78. Ipse enim dixit Christū passum in aère pro dæmonibus saluandis, & sic in hac re Deū dicebat ad eò misericordem quòd exclusit eius iustitiam quare & post quosdam alios errores post mortem anathematizatus est & damnatus est si permanferit in illis erroribus pertinax in fine vitæ de quo omnino certitudo non est & quòd multa eius dicta pulcherrima recipimus non est quia eius sunt, sed quia ecclesia illa approbavit vt patet in glo. in ca. vi. 24. q. 3. ¶ Quæstio vtrum pro peccato tpali iustè damnati puniantur pœna æterna? Respondeo breuiter quòd sic, nec hoc derogat diuinæ iustitiæ & misericordiæ. Pro quo aduerte quòd hæc damnatorum pœna aliquo modo est finita & aliquo modo infinita. Pœna namq; proportionatur peccato: nam vt dicitur Deute. 25. Pro mensura peccati erit & plagarū modus. In peccato autem sunt duo. vnum est auersio ab incommutabili bono quod est infinitum, & ex hac parte peccatum est infinitum. aliud est inordinata conuersio ad commutabile bonum & sic peccatū est finitū. Ex parte primi igitur. s. auersionis respondet peccato pœna dāni quæ est infinita obiectiuè, est enim amissio infiniti boni secundū Damasc. Ex parte autem cōuersionis correspondet pœna sensus quæ est finita intensiuè. Nam infinitæ pœnæ intensiuè

rensiuè creatura non est capax sed remanet infinita  
extensiuè. s. quo ad perpetuâ durationē. Illius per-  
petuitatis pœnæ damnatorū potest assignari multi-  
plex ratio. ¶ Primò qualitas offense. Nam quantò  
apud nos maioris dignitatis est offensus tantò offen-  
dens maiorē pœnā incurrit. Cùm ergo Deus sit infi-  
nitæ dignitatis & bonitatis cōsequens est vt contra  
illā peccās infinitā pœnā mereatur. ¶ Secūdo q̄a ma-  
nēte causa debet remanere effectus: causa autē illius  
pœnæ est culpa. Cùm autē culpa mortalis post mortē  
ab aīa tolli nō possit, q̄a scđm Damasc. qđ est homini  
mors, est angelo casus. Nam vbi arbor ceciderit ibi  
semper erit, igitur debet semp manere pœna. Nihil  
enim inquinatū intrare pōt regnū cœlorū. ¶ Tertio  
q̄a peccator quantū in se fuit peccauit volūtate per-  
petua. Nā semp voluisset viuere vt semper potuisset  
peccare, quòd autē pctūm dimiserit quo ad actū hoc  
fuit ex parte Dei q̄ per mortē subtraxit sibi facultatē  
peccādi, & ideo iustū est vt puniatur pœna æterna.  
hāc rationē assignat Greg. & habetur de pe. di. i. vo-  
luisset. Voluisset, inqt, iniqui sine fine viuere vt po-  
tuisent sine fine peccare, q̄a dū viuerēt peccare non  
dimiserūt. Ad magnā ergo iudicātis iustitiā pertinet  
vt nunq̄ careāt supplicio q̄ dū viuerēt nunq̄ voluerūt  
carere peccato. ¶ Quarto q̄a peccator peccauit in e-  
terno suo. s. in vita p̄senti, ideo puniri debet in eter-  
no Dei. s. in alia vita q̄ semp durat. Ex quibus patet  
quòd rō dictat & diuina iustitia hoc exigit, q̄a peccās  
fruēdo voluptate carnis aut alio bono finito (bono  
inq̄ vero vel apparēti) elogat se scjēter à Deo & pri-  
uat se bono infinito si in eo statu moriatur, vt in pœ-  
nā careat æternaliter illo bono infinito & increato  
quod

quod propter aliquod finitum & creatum bonum peccando post-  
 posuit. Nam iustitia humana hoc exigit ut pro furto li-  
 cet temporale sit vel momentaneum vel pro alio graui crimi-  
 ne propter quod resp. leditur, fur occiditur & ab illa coi-  
 tate & toto mundo separatur non amplius reditur. ¶ Itē  
 voluntas reproborum manet æternaliter fixa in malo &  
 hic & in alio seculo. Vnde continuè manet in peccato o-  
 dietes Deum in quantum punientē sicut dicitur Apo. 16.  
 Commandauerunt linguas suas pro dolore & blas-  
 phemauerunt Deum cæli pro doloribus & vulneribus suis  
 & non egerunt penitentiam ex operibus suis. ¶ Clamor  
 ululatus & blasphemia damnatorum æternaliter du-  
 ras ponitur aliquo modo Hierē. 20. Maledicta dies  
 in qua natus sum, in qua peperit me mater mea  
 non sit benedicta, Maledictus vir qui annunciauit pa-  
 tri meo dicens Natus est tibi puer masculus. Quare non  
 interij a vulua matris ut fieret mihi mater mea sepul-  
 chrum. Quare de vulua egressus sum ut viderem labo-  
 rem & dolorem & consumerentur in confusione dies  
 mei. ¶ Et Apoc. 8. ponitur triplex damnatorum vae si-  
 ue maledictio. Primo vae quod vnquam natus sum ma-  
 ledictus venter, &c. secundo vae clamabunt super se  
 & propria membra corporis, Vae inquiunt pedibus  
 meis qui me deduxistis ad talia loca. &c. Vae tibi o  
 maledicta lingua propter cuius detractionem, blas-  
 phemias, commestationem, & cætera horrenda de-  
 licta per te commissa nunc crucior in hac flamma.  
 tertium vae est blasphemando contra Deum & omnes  
 sanctos pro amaritudine dolorosa & pœnarum æter-  
 nitate. Nam ibi, ut inquit Greg. in li. moral. est frigus  
 insuperabile, ignis inextinguibilis, vermis immorta-  
 lis, factor intollerabilis, tenebræ palpabiles, flagella  
 cedent-



cedentium, horrida visio dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum, grauissimum Dei odiū, & diuini nominis iugis ac inuidiosa blasphemia. ¶ Et Esa. 34. Erit terra eorum in picem ardentem nocte & die nō extinguetur in sempiternum. Erit cubile draconum, pascua strutionum, & occurrent dæmonia. &c. ¶ Esa. 24. Congregabūtur sicut in congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur in carcere perpetuo. Sunt enim damnati in inferno compressi sicut alleca in vace compacta, & sicut oues in inferno, vbi mors depascet eos, & illa est vna causarū quare tanta sit in inferno obscuritas & tenebræ palpabiles & quomodo tanta damnatorum multitudo in terra cōprehendi possis quæ minor est longè q̄ cœlū, est enim terra minor sole. 166.

¶ *De fructu nobis proueniente ex mortuorum suffragio.*

**P**rimus fructus siue utilitas quem ex hoc consequimur quòd defunctis per preces, elemosynas, opera pœnitentiæ, & suffragia subuenimus consistit in hoc quòd eos nostros debitores & intercessores apud Deum constituimus. Ipsamq; ingrati nō erunt, sed à pœnis liberati in gloria cœlesti instatissimas preces apud Dominum pro nobis fundent vt tandem etiam simus de eorum ameno consortio. Quinimo defuncti sic videntes affectum nostrum cum effectu etiam in purgatorio existentes pro nobis orant, vt dicit Gabriel. Nam qui ibi existentes corporalia beneficia præstant viuīs, quomodo non magis spiritualia impetrabunt. Legitur enim de beato Seuerino colonien. ecclesiæ episcopo quòd dētus pœnis satisfactionis miraculis claruit in terris.

Simi-

Sim  
to I  
vti  
ora  
ope  
acci  
præ  
tati  
gat  
na a  
plu  
qu  
tet  
ind  
fas  
ues  
run  
& e  
nia  
nat  
aug  
ard  
mal  
dan  
præ  
dis  
per  
nihil  
qu  
¶ T  
mar  
leua

Similiter idem scribit Greg. 4. dialogorum de beato Paschasio Romanæ ecclesiæ diacono. ¶ Secunda utilitas est quia angeli & omnes sancti singulariter orant pro nobis, postquam per suffragia & alia bona opera numerum eorum augemus & gloriã eorum accidentalem augmentamus. Nam omnes sancti & præcipuè angeli ad illorum custodiam prius deputati summè gaudent ex liberatione animarũ in purgatorio & multitudine saluandorum. Sicut etiã pœna accidētalis damnatorum indies augetur quantò plures de nouo adueniunt damnati, præcipuè tales quorum ipsi causa damnationis extiterunt. Sicut patet de pœna Arrij quæ nondum est determinata sed indies augetur quantò plures per eius hæreses & falsas doctrinas damnationem incurrunt. Et ideo diues in inferno rogabat Abraham vt mitteret Lazarum in domũ patris sui vt testetur quinq; fratribus & eos auiset ne in illum locum tormentorum deueniant, quia sciuit quòd ex eorum consortio & damnatione quib<sup>9</sup> fuit causa peccati pœna eius multum aueretur: vnde non minus ardebit qui cum multis ardebit. 2. q. 1. Multi. Aduertant hoc peccatores in malis suis continuè perseuerantes & dicētes. Si ego damnatus fuero solus non ero. Attamen damnati & præcipuè dæmones nos indies diuersis & mille modis ad damnationem trahere cupientes licet ex hoc perpendant bene pœnam eorum augmentari, sunt nihilominus adeò excæcati & in malitia obstinati quòd omnes malos & reprobos efficere sollicitant. ¶ Tertia utilitas est quòd inter cætera quæ facimus maximi meriti est & summum charitatis opus subleuare illorũ captiuorum inopiam, & specialè inde

retri-

retributionem atq; præmium cōsequemur. Si enim  
in die iudicij dicet saluator his qui esurientes paue-  
runt, & cetera misericordiæ opera corporalia egen-  
tibus impenderūt, venite benedicti patris mei, &c.  
& pro singulis operibus illis mīæ speciale reddet eis  
præmiū quātò ergo maius præmiū consequētur qui  
alijs mīæ & pietatis opa spiritualia impenderūt viuīs  
& defunctis. Nam sicut aīa plus est q̄ corpus, ita ani-  
mā spiritualiter reficiētes per salubres doctrinas, cō-  
silia, increpationes, &c. & à miserijs eam liberantes  
per suffragia & alia pietatis opa lōgè plus merētur  
q̄ corpus reficiētes. Ideo specialiter Petrū Andreā in  
primis & apostolos alios saluator ad societate suā vo-  
cauit vt faceret eos piscatores animarū: vnde omnia  
mīæ opera spiritualiter animab<sup>9</sup> applicare possum<sup>9</sup>.

*¶ Opera misericordie defunctis impendenda.*

**C**aptiui primò sunt in obscurissimo carcere &  
crudelissima captiuitate detenti. Et ergo nostris  
elemosynis eos redimemus. Peregrini sunt in aliena  
terra Babylonica. Babylon enim idē est quod trans-  
ferens vel translatio confundens vel confusio. sunt  
enim translati de patria propria & in exilium missi  
ibidē cum magna dæmonū confusione detenti. Cu-  
rabimus ergo eos hospitio suscipere & procurare vt  
recipiantur in æterna tabernacula. Insepulti sunt q̄  
nō quiescūt in loco suo naturali quod est cœlū. Aīa  
enim desursum est: subleuabimus ergo eos à loco in  
quo violenter detinentur & deducendo ad locum  
eorum naturalem vbi quiescere valeāt. Sunt enim in  
purgatorio semper inquieti ppter acerbitate pœ-  
narū & etiā præsentiā dæmonū qui nō dāt eis requiē  
die ac nocte. Nudi sunt q̄ nō detulerūt secū sufficiē-  
tia

tia v  
tra d  
lam  
tē e  
dū  
bula  
rū v  
stia  
nis  
mor  
ege  
pto  
icab  
tis. a  
tes,  
te in  
rebu  
mita  
sten  
liter  
de r  
esse  
min  
in p  
ne &  
gati  
dici  
bals  
med  
mem  
illis  
lis. i.

tia vestimēta siue arma operū pœnitētiæ, quibus se cō-  
 tra dæmonū insultus, ardorē ignis, frigora & alias ca-  
 lamitates defendere possunt. Tegamus ergo nudita-  
 tē eorū, mittēdo eis vestes bonorū operū sup quib<sup>9</sup>  
 dū prosternūtur in via. Christus, & aiæ pacificæ am-  
 bulabūt. Esuriūt & sitiūt sicut ceruus ad fontes aqua-  
 rū vt prius dixi. Propinemus ergo eis panē eucharis-  
 tiæ & aquā lachrymarū deuotiōis & pię meditatio-  
 nis circa beneficia Christi. Infirmantur & multiplici  
 morbo præmūtur. Deut. 28. Percutiet te Dominus  
 egestate febre & frigore, ardore & estu, aëre corrupto  
 & rubigine percutiet te Domin<sup>9</sup> vlcere Aegypti,  
 scabię & prurigne, amētia & cæcitate & furore men-  
 tis, augebit Deus plagas tuas magnas & perseueran-  
 tes, infirmitates pessimas & perpetuas & conuertet  
 te in oēs afflictiones Aegypti quas timuisti, & adhe-  
 rebunt tibi his omnibus plagis & infinitis alijs infir-  
 mitatibus, percutiuntur dānati & plurib<sup>9</sup> ex eis exi-  
 stentes in purgatorio etiā pcutiuntur sed tempora-  
 liter solū, quia per nos facilē sanari possunt. Secus  
 de reprobis quorum ægritudo & pœna nunquam  
 esse desinet, nec aliquod refrigerium aut pœnæ di-  
 minutionem vnquam habituri sunt. Clamitāt ergo  
 in purgatorio cū patribus in limbo. Sana me Domi-  
 ne & sanabor. Mittamus ergo eis medicinam miti-  
 gatiuā pœnæ & laxatiuam, nos inquam sumus me-  
 dici animarū, habem<sup>9</sup> herbas & medicinalia in copia,  
 balsamū habem<sup>9</sup> ex arbore crucis, mel siue dulcem  
 medicinā p deuotā Christi pasonis meditationē, su-  
 memus ex ore leonis. i. ex vulneribus Christi Iesu &  
 illis captiuis cōmunicabim<sup>9</sup> & sic virtute illius mel-  
 lis. i. sanguinis Christi facilē poterimus philisteos,

id est demones inimicos nostros & fratrum nostrorum in purgatorio detentorum superare, sicut fecit Sampson. Iudicum. 14. Possumus pro eis obseruare dietam abstinendo à carnibus, ieiunando, & alia afflictiua opera pro ipsis assumendo. Vnde habemus maiorem facultatem sanandi & liberandi in purgatorio detentos quàm virgo Maria & omnes sancti in cælo existentes, & pluribus diuersis medicinis atq; medijs possumus eis subuenire. Nam sancti posunt pro ipsis intercedere & preces nostras pro ipsis suas Deo offerre sed nõ satisfacere possunt quemadmodum & nos, nec mereri quia sunt in termino & in tali statu vbi nulla opera satisfactoria agere possunt. Hortor itaq; vos fratres vt quandoq; fratrum vestrorum in dira captiuitate purgatorij detentorum memores sitis, & eos in cunctis vestris bonis operibus participes semper faciatis atq; opa misericordię eis impendatis. Quodcumq; enim pascimus esurientem potamus sitientem, visitamus infirmos, redimimus captiuos, aut alia misericordię vel pietatis opera hic proximo impendimus, si pro defunctis in vim satisfactionis applicare velimus, tunc spiritualiter prædicta misericordię opera pro defunctis perfectè implemus & eorum pœnam relaxamus. Vnde hoc certissimum est quod animæ in purgatorio existētes possunt iuuari & liberari ab existentibus in hoc seculo: sicut expressè etiam dicit beatus Aug. & habetur 13. q. 2. Tempus. Non est negandum defunctorum animas pietate suorum viuentium posse iuuari, &c. præcedēti. Aīæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum & hoc est præcipuum remedium iuuandi animas vt supra dixi

dix  
fyn  
vt d  
tia  
nul  
chr  
run  
hab  
mer  
gia  
etiã  
de e  
dell  
riun  
scire  
diab  
funt  
frag

O  
posi  
tu er  
maie  
.f. dia  
O D  
diun  
Don  
eisth  
vuln  
tion  
ceru

dixi, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosinis, aut ieiunio cognatorum. Et requiruntur duo vt defuncti à viuorū suffragia beatis qui nullis indigent. Absterfit namq; Deus omnem lachrymam miserix & indigentix ab oculis sanctorum. Quibus quæso egerent qui habentem omnia habent. Alterum est conditionale meritum, vt hic. s. meruerint sibi post mortem prodesse, & ideo suffragia & quæcunq; opera pœnalia & bona quamuis etiã damnatis applicarentur quod tamē non licet si de eorum damnatione constaret eis nō possunt prodesse, nec quo ad liberationem nec pœnæ refrigerium vel diminutionem. nam teste Aug. Si ecclesia sciret qui essent damnati non magis pro eis q̄ pro diabolo oraret. Vtrumq; verò horum est in his qui sunt in purgatorio, & ideo opera nostra bona & suffragia nullis defunctis nisi eis prosunt.

*¶ Orationes duæ succinctæ pro defunctis. Hest. 3.*

**O** Domine rex omnipotens Deus Abraham scimus quia in ditione & potestate tua cuncta sunt posita & non est qui posset tuæ resistere voluntati. tu enim es Deus omnium & non est qui resistat tuæ maiestati, Miserere populo tuo, quia volunt inimici .s. diaboli eos perdere & hæreditatem eorū delere. **O** Domine Deus conuerte luctum eorum in gaudium, vt viuentes laudent nomen tuum amen. **O** Domine Deus audi clamorē populi huius & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. s. tuorum vulnerum quæ semper fluent vsq; ad consummationem seculi. Numc. 20. vt illi captiui sitientes sicut cæruus ad fontes aquarū hauriant in gaudio de fontibus

tibus saluatoris. Esa. 12. dicētes. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam Deo, quoniam venerunt nuptiæ agni. s. immaculatisponsi sanguinum Christi Iesu quas diu desiderauimus. Apocalip. 19.

¶ *De sacramento Eucharistiæ. Cap. XVII.*

**E**go sum panis viuus qui de cælo descendi. Si quis ergo dignè manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Qui verò manducat indignè iudicium sibi manducat. Ioan. 6. Quia Christus se in sacramento Eucharistiæ pani comparat, & verus sit animæ cibus. ¶ Quinque igitur circa hunc panem statui declarare quæ in sumptione panis & cibi materialis contingunt vt simplices præcipuè per hunc procedendi modum de materia tam arduæ aliquid vtiliter capiant & sic melius memoriæ commendent, atq; virtute huius panis sacerdotes & omnes communicantes dignè celebrare & communicare volentes robur spirituale & animæ nutrimentū suscipiant & sic in hoc capite erūt quinque partes. Prima erit de factione, fractiōe & materia huius panis. Secunda de comestione & multiplicatione. Tertia de appetitu & præparatione ad dignè sumendum vt conuertatur in substantiam aliti vel potius econtra & sic nutrimentum animæ fiat. Quarta de frequenti huius panis sumptione. Quinta de nutritione & multiplici fructu inde proueniente.

¶ *Prima pars de consecratione & diuisione huius panis habet quinque articulos. Primus de materia huius sacramenti.*

**M**ateria huius sacramenti dignissimi est panis triticeus non fermentatus, & vinum vitis. vnde quantumcunq; vinum sit acetosum vel tendens ad

coro

corruptiōem vel multum de aqua sit mixtum si retinet naturam & formā substantialē vini, est materia huius sacramenti, peccat tamen consecrans in vino corrupto aut nimis acetoso nullo modo purificato vel nimis mixto & confecto quando aliud haberi potest propter irreuerentiam sacramenti & periculum ne fortē natura vini deperijt. Patet ex dictis quōd vera est consecratio in puro vino vbi nulla est aquę appositio facta. Aqua enim non est de necessitate huius sacramēti sicut baptismi, omittēs tamen apponere aquam peccat mortaliter propter institutionem & vsum ecclesię si scienter omittat vel nullam diligentiam adhibuerit si aliqualem fecerit aut semiplenam peccat plærūmq; venialiter. Et apponi debet aqua in modica quantitate triū guttarū vel circiter maximē si vinū sit debile sicut est regulariter vinum patrię vt sic citō conuertatur in vinum. posset enim aqua apponi in tanta quātitate ipsi vino quōd soluerentur species, forma substāialis & natura vini & resultaret vnū tertiū corpus mixtū, vel etiā posset in tam notabili quantitate maiori longē quā sit vinum imponi quōd traheret in sui naturam & si aliquo horum modorum fiat nō est vera consecratio quamuis super talem materiam proferrantur verba cum intentione consecrandi.

*¶ Secundus articulus, de forma huius sacramenti.*

**F**ORMA huius sacramenti in prima consecratione est hęc. Hoc est enim corpus meum. vndē ly enim licet non sit simpliciter de essētia formę consecratiōis peccaret tamē mortaliter sciēter omittēs in vtraq; consecratiōe ppter generalē vsum & consuetudinē ecclesię Romanę. Et forma in scđa cōse-



cracione est. Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamēti qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sanctus Bonamē & plures doct. in 4. dist. 8. tenent quòd solum de substantia formæ prædictæ sunt hæc verba. Hic est calix sanguinis mei. Ideo dicit Scotus è dist. quòd cum non sit nobis traditum pro certo an ad formam substantialem pertineat aliqua verba post ly sanguinis mei, ideo periculosum est asserere quòd præcisè consistit forma in illis verbis ex quo sufficiens autoritas non habetur. Et debent prædicta verba proferri à sacerdote super materiam debitam cum intentione consecrandi. Si namq; aliquod illorum trium defuerit iam non est vera consecratio, si etiam illa tria adsint semper est consecratio in quocunque loco fiat, in templo vel domo, siue etiam sacerdos sit irregularis suspensus excommunicatus vel degradatus vt supra dixi. Consecratio est ordinis non iurisdictionis.

*¶ Tertius de fide huius sacramenti.*

**Q**uilibet ratione vtens firmiter credere tenetur sub pœna peccati mortalis quòd sub vtraque spem panis & vini facta consecratione est verum corpus cum sanguine Christi sicut de virgine natum est & in ara crucis viuum pependit. Crede, inquit Aug. de conse. di. 2. in Christum Iesum sup. fide formata & manducaisti spiritualiter, vndè in instanti terminante prolationem dictorum verborum. Hoc est enim corpus meum, desinit ibi esse panis qui tunc transsubstantiatus est in corpus Domini. nam ex vi consecrationis illorum verborum & per transsubstantiationem est sub illis speciebus hostiæ corpus  
siue

siue caro Christi, & quia corpus nō est sine sanguine  
 & alijs humoribus sic sanguis totalis Christi & eius  
 alij humores sunt ibidem per concomitantiam rea-  
 lem & permixtionem: permixtus est enim & diffu-  
 sus sanguis in corpore, & ideo vbicunq; est corpus  
 Christi ibi est eius sanguis. Anima Christi est etiam  
 ibi ratione coniunctionis cum corpore cui insepara-  
 biliter est coniuncta. diuinitas est ibi ratione vnio-  
 nis eius cum natura humana. quantitas autem, albe-  
 do, sapor, figura, &c. accidētia sunt, ibi eadem in nu-  
 mero vt prius, sed sine subiecto, & hoc supernatu-  
 raliter quæ prius ante consecrationem materię pa-  
 nis inhærebāt. Similiter virtute consecratiōis trans-  
 substantiationis & prolotionis dictorum verborum  
 super calicem vinum desinit esse & transubstantia-  
 tur siue mutatur in sanguinem Christi, & quia san-  
 guis non est ibi effusus sed in venis & corpore Chri-  
 sti ideo est ibi etiam corpus Christi per concomitan-  
 tiam, similiter deitas, anima & vini accidētia. Ex di-  
 ctis patet si in triduo mortis Christi quando sanguis  
 à corpore effusus erat & anima separata. Petrus vel  
 alius apostolorum habens panem non fermenta-  
 tum consecrasset non fuisset ibi tunc sanguis vel ani-  
 ma. similiter si super vinum consecrasset ibidē fuisset  
 sanguis sine corpore & anima, vtrobique tamen  
 fuisset deitas quę semper mansit cum corpore & ani-  
 ma etiam in morte Christi. Nunquam enim dimisit  
 Deus quod semel assumpsit quo ad carnem vel ani-  
 mam, hoc addo quia in morte dimisit humanita-  
 tem, in triduo enim filius Dei homo nō erat, homo  
 namque & humanitas resultat ex vnione animæ ra-  
 tionalis cum materia.

¶ *Quartus de modo essendi corporis Christi in sacramēto.*

**C**Orpus Christi verum de virgine natum extensum & quantum est ibi verè & realiter sub illis speciebus & in diuersis locis simul secundum esse sacramentale, nam realiter continetur eodem tempore sub diuersis speciebus quæ sunt in diuersis altaribus & ecclesijs sed non est ibi modo quantitatio, extensio vel commensuratio. Nō enim cōparatur ad species vt quantū sicut quāuis corpus Christi sit clarū sicut omne corpus gloriosum nō tamē vtitur claritate sua illuminando medium. Ita licet sit quantus nō vtitur tamē quātitate sua occupando locū sicut Dei potētia fieri posset vt ignis apud nos existēs nō exerceret calefactionis vel combustionis actum, vndè licet partes corporis Christi habeāt ordinē & nō sint confusæ in corpore absolutè hoc tamē nō est per comparationē ad species, quia omnes partes sunt simul sub qualibet parte hostiæ. Nā si hostia consecrata diuidatur in mille partes & etiā ante diuisionē sub qualibet minima particula est verū totale corpus Christi sicut sub specie toti<sup>o</sup> panis vel vini. Crede ergo firmiter & māducasti & noli profundius in hac vel simili materia scrutari, excedit namq; capacitātē nostrā quia supernaturale est & mirificum misterium arduū & preciosissimū legatū atq; sacrificiū in vltima cœna pro nobis à Christo relictū & nobiscū vsq; finē mundi permansturū, ipse enim nobiscū est in suis sacramentis specialiter & fide catholica oībus diebus vsq; finē mūdi. Mat. vl. & Esa. 49. Ego nunq̄ obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te vt sim memor tui corā oculis meis semp. ¶ *Quæstio. Quare bis & sub duplici specie sit à sacerdote*  
in

in qualibet missa consecratio? Respondeo post glo.  
 1. Cor. 11. super illo verbo. Quoniam Dominus no-  
 ster Iesus Christus in qua nocte tradebatur accepit  
 panē & gratias agēs fregit & dixit. Accipite & man-  
 ducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tra-  
 detur, &c. Huius est duplex ratio. Prima vt per hoc  
 designetur perfectè spiritualis refectio. Nā sicut pa-  
 nis siue cibus & vinū plenè reficiūt corpus & impin-  
 guant & conuertuntur in substantia aliti. Ita iste est  
 cibus & potus animam reficiens impinguans & inebri-  
 ans in musto dulcedinis amoris Dei. Hic est enim  
 aser panis pinguis & præbebit delicias regibus.  
 Genesis. 49. ¶ Alia causa est quia hoc sacramen-  
 tum præcipuè inter cætera est memoriale passionis  
 Christi. Ideo in vltima cœna ipsum instituens dixit  
 ad apostolos & oēs sacerdotes. Hoc facite in meam  
 commemorationē iam tempore passionis sanguinis  
 fuit separatus à corpore quem abunde teste Bern.  
 non per guttas sed per vndas effudit in pomerio cir-  
 ca montem Oliueti in domo Pilati in via versus  
 montem Caluariæ crucē baiulādo & in monte dum  
 cruci affigeretur quem preciosissimum sanguinem  
 iudæi & crudelissimi illi tortores ignominiosè pe-  
 dibus conculcarunt sicuti & iam multi peccatores  
 peccata peccatis accumulantes qui Christū Iesum  
 filium Dei denuò crucifigunt & pedibus concul-  
 cant atq; eius sanguinē polluant vt dicitur. Heb. 10.  
 Et ideo apostolus 1. Cor. 11. primò tangit institutio-  
 nem huius sacramenti quantum ad corpus siue caro-  
 nem. (Nam corpus capitur hic pro altera parte cō-  
 positi sicut dicimus corpus Christi iacuisse in sepul-  
 chro) nō autē Christus nisi improprie scdm quantū

ad sanguinem ibi. Similiter & calicem postquam ce-  
nauit, &c. Continetur autem Christus sub specie pa-  
nis & vini ne fidelibus esset horribile si carnem hu-  
manam & sanguinem in propria specie sumerent &  
ne in fidelibus esset derisibile & vt meritū augmen-  
tetur hominum credentiū quod sub speciebus panis  
& vini corpus Christi & sanguis contineatur. Laici  
autem idem & integrum sacramentum cum sacer-  
dotibus suscipiunt sed solū semel & sub vna spe-  
cie, videlicet panis & non sub specie vini ex ratio-  
nabili ecclesiæ institutione & propter periculum  
effusionis.

*¶ Quintus de fractione siue diuisione huius  
panis in tres partes.*

**S**acrificium missæ à sacerdote tribus offertur &  
dirigitur & secundum hoc consecrata hostia in  
tres partes diuiditur. Primò indiuiduē trinitati an-  
gelis & toti cœlesti familiæ & curiæ ad quā per san-  
ctos angelos ibidem presentes sacrificium missæ de-  
fertur. nam pius pater cœlestis omnem familiā suā  
in cœlo mundo & purgatorio isto efficacissimo cibo  
reficit. Sicut namq; per cibum pomi vetiti mors in  
hunc mundum intrauit, ita per hunc cibum mun-  
dus viuificatur, qui enim māducauerit ex hoc pane  
viuet in æternum. Primò igitur omnes cœlestes spi-  
ritus reficiuntur & consolationem quandam habēt  
ex cuiuslibet missæ deuotē celebratione. quantā er-  
go lætitiā percipiunt ex multorum iustorum, præ-  
cipuē deuotorum sacerdotum virtuosa operatione  
maximè in hoc tam mirifico opere & sacrificio quod  
omnia alia merita & opera pœnitentiæ si debite fiat  
longè præcellit. Ideo post Euangelium dicimus in  
missa.

missa.. Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quam tibi offero in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, & præsta vt in conspectu tuo tibi placens ascendat & meam & omnium fideiū salutem operetur æternam. Et post consecrationem dicitur. Supplices te rogamus omnipotens Deus iube hæc perferri per manū sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. Secundò participes sunt huius sacrificij omnes viatores præcipuè in charitate existentes & missæ interessentes atq; deuotè audientes pro quibus fit primum memento in quo memoriā facimus certorum viuorum nobis specialiter cōmissorum, deinde omnium in generali præsertim ibidem existentium cū dicitur. Et omnium circumstantium, &c. Tertiò hic cibus principaliter reficit esurientes captiuas animas in tenebroso purgatorij carcere detentas quæ nullo alio opere aut parte satisfactionis tam faciliè ex pœna liberantur & consolantur vt in principi. 16. c. tetigi. Doctrina vberissima Deo sanctis & animabus gratissima est vt facultatem habentes in vita singulis septimanis celebrēt vel celebrari faciant tres missas & eas in testamento pro ppetuis temporibus fundent. Vnam ad honorem sanctissimæ trinitatis & totius cœlestis exercitus cui tandem cupimus & firmiter speramus æternaliter incorporari, quod utiq; faciliè fiet hanc doctrinam obseruando. Secūda fiet pro nobis & omnibus proximis nostris præcipuè etiam his quos pernicie mali exempli doctrina praua, consilio aut alio modo ad malū induximus, quos nō omnes sano consilio aut doctrina iterum reducere possumus, quia non omnes nobis constant, faciamus ergo quod in nobis est pro eis

orando & celebrando vt sic Deus eos reducere dignetur. Tertia fiet principaliter pro parentibus fundatoribus, amicis, & generaliter pro omnibus fratribus, & sororibus, nostris in carcere purgatorij dolorose detentis. Qui hanc facultatem non habet in temporalibus recopenses in spiritualibus & ad hoc populus excitetur vt singulis septimanis vel diebus aut quando oportunitas datur audiât tres missas ob triplicem præfatam finem & erit merces copiosa nimis. Et vt tempore missæ meditentur illa profunda mysteria ibidem contenta, & præcipuè circa articulos passionis Christi sicut supra declarauimus in 2. parte. 6. cap. In hoc enim maius meritum consistit, maior deuotio spiritus eleuatio & mentis consolatio quàm in lectione psalterij vigiliarum, septem psalmodiarum aut aliarum orationum in quibus plerumque est parua attentio & deuotio, quia pauci sensum & verum intellectum psalmodiarum habent, præcipuè laici. Et licet quis tempore auditionis missæ die Dominico vel festiuo legendo horas vel penitentiam iniunctam satisfaciât præcepto ecclesiæ vel sacerdoti vt est verisimilior opinio, magis tamen expediret consultius quoque & magis meritorium esset alio tempore legere & tempore missæ eleuare mentem ad cælestia & dare se contemplationibus & deuotis meditationibus circa Christi incarnationem & passionem, & circa mysteria missæ, vt tunc etiâ fiat conatus ad eliciendum actum dilectionis Dei super omnia & de singulis beneficijs Dei præcipuè specialioribus fiet tunc gratiarum actio sicut infra dicam in sequenti capitulo.

*¶ Secunda pars de comestione, digestionem, & sumptionem multiplici huius panis.*

**V**T hoc cælesti cibo & pane angelorum nutriri & refici

refici possis spiritualiter & vt conuertatur in natura  
 aliti vel tu conuertaris in cibū, quia teste Aug.  
 cibus hic nobilior est cibato & sic trahit cibatum ad  
 se vt ipse vnus spiritus tecum & tu vnus spiritus cū  
 eo effici possis & dicere cum beato Paulo. Viuo ego  
 iam non ego viuit vero in me Christus cui confixus  
 sum cruci. tria obseruanda sunt quæ fiunt in corpo-  
 rali nutritione. Nam vt quis corporaliter nutria-  
 tur, primò cibum masticat, deinde mastigatum in  
 stomachum trahit vbi decoquitur, tertio virtute  
 caloris naturalis ad singula membra transmittitur.  
 Primò igitur in dentes potentie intellectiue ma-  
 sticabis hunc cibum cognoscendo & firmiter cre-  
 dendo sub specie panis & vini immolari filium Dei  
 viui & agnum immaculatum Christum Iesum de  
 virgine natū vt supra & hoc fit per fidem. Secundò  
 hunc cibum sic per fidem formatā mastigatum tra-  
 here curabis in stomachū tui desiderij per verā spē  
 in istis terrenis & caducis rebus spē nō ponēdo, sed  
 in solo Deo summo bono qđ appetitū spē & deside-  
 riū nostrū solū quietare & satiare pōt, & in stoma-  
 cho memorię digestionē prioris mastigati & attracti  
 cibi facies cum deuota meditatione, & gratiarū a-  
 ctiōe de huius cibi cœlestis largitiōe & mirifico do-  
 no. nam hic donator venit in donū, & datū est idem  
 pœnitus cū datore vt dicit Vrbanus papa. Dedit q-  
 dē seipsum nobis saluator in pabulū vt qa per cibū  
 homo in mortē corruerat per cibū etiā ipse releua-  
 retur ad vitā. Tertio per virtutē caloris amoris di-  
 uini siue charitatis quę ignis ardēs est, hūc cibū ma-  
 stigatū & bene digestū tibi ipsi vnire debes & in sin-  
 gula membra transmittere vt omnes vires & animæ  
 poten-



potentiæ reficiantur, intellectus illuminetur, affectus inflâmetur, memoria fecundetur. Etiam tunc panē eucharistię & verbi Dei ad membra transmittis quando alijs comunicas, esurientes replens bonis doctrinis & cecos illuminans. Et quia homines plærumq; magis solliciti sunt circa ventrem q̄ circa mentem & ad cibum corporalem auidè sumendum quàm spiritualementem, nec ista tria documenta curant obseruare, ideo nonnulli qui tamè frequenter hunc cibum sumunt, minimè inde reficiuntur sed magis sua culpa infirmantur & occiduntur. Hunc namque cibum sumunt boni sumunt mali sorte tamen inæquali vitæ vel interitus.

*¶ Sumentes corpus Domini sunt in triplici differentia.*

**P**rimò quidem suscipiunt hunc panem eucharistiæ sacramentaliter solùm, vt Iudas & omnes indignè ac vt canes ad sancta sanctorum accedentes nullam aut minimam de peccatis displicentiam habentes, sed cum Pharaone in peccatis & malitia obdurati. Aut secundò farinam Aegypti. i. peccatorum occasiones & eorundem delectationes apud se retinentes, vt sunt omnes concubinarij, symoniaci, & bona iniusta detinentes. Tertiò in proposito peccandi existentes. Isti namque Christo osculum signum pacis dando ipsum occidūt sicut Ioab osculās Amasam ipsum occidit dicens, salue mi frater 2. Reg. 20. & cum Iuda Christum tradunt dicentes ore non corde Aue rabbi, aue salus mundi, &c. Ad hos indignè communicantes tanq̄ ad proditores suos dicit saluator, ô amice. i. cui tâta amicitia signa per beneficia innumera ostēdi ad quid huc venisti tâ indignus ad

ad tam magnificū conuiuū non habēs vestē nuptialem. vndē isti frequenter deteriores sunt Iuda vt dicitur II. q. 3. cap. Abijt. & Beda super Marc. Multi hodie Iudæ scelus detestantur & factum abhominantur, quia Dominum & magistrum suum pecunia vendiderint, nec tamen cauent qui deteriores sunt Iuda. Nam cū pro muneribus falsum contra aliquem testimoniū dicunt profectō, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. Ipse enim dixit ego sum veritas. Cū societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, Deum perdunt, quia Deus charitas est. Isti namq; & quā plurimi alij sunt christiani nomine solū & non re. Fatentur ore se nosce Deū, factis autē negant. Nomen vitæ habent & mortui sunt. ad Titū 1. Hortantur tales per Ambro. 22. q. 5. cauete. Cauete inquit fratres mendaciū, quia qui amant mendaciū filij sunt diaboli. Mendaciū non solū consistit in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus. Mendacium est christianum se dicere & opera Christi non facere. Mendacium est se clericum, sacerdotem, castū, virginem, sacramentorum dignum dispensatorē profiteri & opera huic ordini vel statui contraria facere. Si diligenter vita & status hominum etiam sacerdotum ponderetur, plurimi christiani nomine solū reperientur. nam vt inquit Aug. li. de doct. christiana. Christiani nomen est nomen castitatis atq; humilitatis, &c. qua fronte ergo hoc nomen tibi arrogas cui nihil de his omnibus inest. Tales erant pharisæi cupientes videri ab hominibus. Matth. 23. Ita prochdolor plures christiani nomine in festo Paschæ communicant vt videantur & dicantur ab hominibus

minibus christiani & non canes siue saraceni vel infideles qui tamen filij & serui diaboli potius q̄ Dei dici merentur, quia vel sunt in actuali peccato aut statim post Paschæ ad priorē vitam sicut canis ad vomitum redeunt & Christum in galileam ducunt & de hospitio cordis repellūt, Magna inquit Greg. est proditio hodie Christo osculū dare, in Pascha cum ipso comedere, & post de domo corporis sui ipsum expellere & inimicū sibi capitalē demonem. s. introducere. Talibus dicit Dominus per prophetam. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulauimus cum cōsensu veniet mors super illos indignè & sacramentaliter tantū cōicantes & descendent in infernum viuētes & alibi. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplātionē. Curatus vidēs huiuscemodi peccatores sacramentaliter solū communicare volentes & indignè vt canes accedentes tenetur eos repellere si publici sint peccatores, prohibet namq; saluator ne sanctū demus canibus. Secus si occulti sint peccatores quibus in publico petentibus dēnegare non debet, nam tunc non censetur canib<sup>9</sup> dare sed ipsi accipere, secus si in priuato peterēt, nā tūc etiā occulti peccatores à sacramentali cōione repellendi sunt. Secundò quidā hoc cibo vescuntur & eucharistiā sumūt spiritualiter tantū per fidē firmā credendo & manducando per spem & ardens desiderium cupientes tempore & loco debitis hunc cibū reuerenter sumere & per ignē amoris sibi incorporare & vnire ex reuerentia & humilitate suam indignitatem agnoscentes ad tempus à sacramentali huius panis sumptione abstinentes vt tantò  
fer-

feru  
uot  
Et  
eun  
ste  
Ten  
ex c  
lite  
obf  
con  
ma  
cele  
cra

S  
dic  
dur  
bu  
lite  
vel  
tur  
qui  
stib  
me  
ieiu  
cat.  
ign  
fali  
nō  
qd

feruentius cum maiori reuerentia, affectione & deuotione in aliquo solenni imminente festo sumant. Et omnes hi spiritualiter hoc cibo reficiuntur & eundem sumunt qui deuotè missæ interessentes misteria missæ vt prius dixi attendente mente reuoluunt. Tertio deuoti sacerdotes indies aut frequenter non ex quadam leui consuetudine aut spe lucri principaliter celebrantes & alij populares in timore Dei & obseruantia mandatorum eius viuentes dignè se circa communionem in festo Paschæ ac quibusdam alijs maioribus festiuitatibus præparantes suscipiunt hunc celestem angelorum cibum & panem viatorum sacramentaliter & spiritualiter.

*¶ Tertia pars de præparatione & dispositione ad dignè celebrandum.*

**S**acerdotes celebrare volens ieiunus esse debet ita quòd citra mediam noctem nullum cibum, potum, medicinam, species electuaria aut aliquid aliud per modum cibi aut potus sumpserit, nec sufficit quauis cibus post mediam noctem sumptus sit digestus totaliter, nec refert etiam an aliquid huiusmodi nutriat vel non nutriat aut per se vel cum alijs modo sumatur per modum cibi aut potus hoc additur, quia si quis deglutiret partem auri vel aliud non commestibile manet nihilominus sufficienter ieiunus. Si tamen sacerdos post cibum aut potum sumptum non ieiunus celebrare tentet verè celebrat sed grauer peccat. Si lauando os vna gutta vel modicum aquæ intret ignoranter non in notabili quantitate sed permixtum saluè (hoc namque à quibusdam difficulter vitari potest) non impedit celebrationem. ¶ Non est etiã necessarium quòd post cibi & potus sumptionem nocturnam dormierit

ad

ad aliquot horas & quod cibus sit digestus, potest enim sacerdos per totam noctem in oratione vel studio vigilando, non habens etiam propter stomachi debilitatem cibi digestionem plenariam manere digne celebrare. Congruum est tamen & consultum ut utrumque si fieri possit obseruetur propter mentis perturbationem & indispositionem cerebri, quam regulariter homines incurrunt propter nocturnam vigiliam & indigestionem. Sicut etiam propter nocturnam pollutionem consulunt doctores abstinendum esse ad tempus a celebratione & eucharistiae sumptione maximè secundum Palude quado accidit citra mediam noctem, propter indispositionem quam polluti frequenter incurrunt. de hoc plura tetigi in principio quinti capituli de luxuria. ¶ Laicis etiam non ieiunis danda non est eucharistia nisi in magna egritudine (quando tamen tunc etiam non est periculum vomitus, stante namque tali periculo satis est spiritualiter manducare) vel in necessitate aut periculo mortis sint constituti. De triplici preparatione & salubri doctrina ut quis digne valeat celebrare & communicare dixi prius cap. 15. de modo deuotè orandi. ¶ O sacerdos Dei cui tantum thesauri commissa est dispensatio, summo conatu & ad extremum virium te preparabis, ut hoc tam mirificum sacramentum digne, humiliter, deuotè, & reuerenter tractare possis, & salubriter tibi & alijs dispensare curabis, ut non dissipator sed idoneus dispensator dici merearis. O quantam ignominiam Deo & irreuerentiam huic sacramento exhibent maliuoli sacerdotes, homicidæ, concubinarij, ebriosi, symoniaci qui sordida mente, spurcis labijs & pollutis manibus

cre  
ind  
cut  
dur  
im  
tem  
nep  
men  
ner  
tuit  
pre  
dol  
vol  
ver  
die

Q  
vul  
bea  
sta  
sida  
cui  
part  
iplu  
cipi  
pan  
tibi  
risti  
min  
sum

creatorem & redemptorem suum regem glorię tam indignè tractare præsumunt. Vtinã tam exactè discutemus conscientias nostras ad integrè confitendum & non minus circa celebrationem quàm circa imminentem mortem præparationem sufficientem præmitteremus. ¶ O quàm temerarium quàm nepharium est, inquit Aug. cruentatis manibus intemeratè virginis tractare filium. quis auditus sustineret aurium, quis oculus nõ confunderetur ad intuitũ, quæ mens nõ raperetur in excessum vbi mudi precium mittitur in sterquiliniũ. Sicut multi proch dolor nocte amplexantur venerem, manè venerari volunt virginem. O sacerdos, inquit Bernard. non vereris eodem ore osculari labia meretricis quo indices oscularis os filij virginis.

¶ *Quarta pars de frequenti celebratione & Euchariſtię sumptione.*

**Q**uestio. An expediat consultum sit atq; meritorium, vt sacerdotes quotidie celebrent, & vulgares frequenter communicēt. Respondeo post beatum Tho. & alios theologos hanc materiam tractantes, quòd circa vsum huius sacramenti duo considerari possunt. Vnum ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris & ideo ex hac parte est hominibus vtile quotidie aut frequenter ipsum sumere vt homo quotidie eius fructum percipiat. Ideo dicit Aug. in lib. de verbis Domini. Iste panis quotidianus est. Accipe ergo quotidie quòd tibi continuè proſit. & secundum glo. Luc. 5. Euchariſtia dicitur panis quotidianus què in oratiõe Dominica petimus, quia quotidie consecratur & ipsum sumimus per ministros ecclesię qui hoc sacramen-

f tum

tum indies sumunt pro se & tota communitate & Ambros. lib. de sacramētis. Si quotēs funditur sanguis Christi in remissionē peccatorum effunditur, debeo illū habere in medicinā quia quotidie pecco. Scdm potest considerari ex parte ipsius sumentis in quo requiritur ad dignē accedendū quod cum magna deuotiōe & reuerētia accedat. Et ideo q̄ quotidie ad hoc se paratū inuenit laudabile est quod quotidie sumat. vnde Aug. cum prius dixisset, accipe qđ tibi quotidie p̄sit, subiungit, sic viue vt quotidie merearis accipere. Sed quia pluribus & sacerdotibus & popularibus p̄cipuē in seculo existētibus & secundū seculū viuentibus multa deuotionis impedimenta occurrūt propter quæ & diuersas in t̄p̄alibus alias occupationes paruā habēt affectionē, deuotionem & desiderīū ad tantū sacramentū, ideo illis consultius esset non tam frequenter celebrare aut communicare q̄ quotidie celebrādo aut frequenter comunicādo torporē poti⁹ & nausēā quandā de māna cœlesti q̄ gratiæ augmentū & charitatis feruorē acquiritēdo. Sed quādo per quotidianā celebrationē & frequentē eucharistiæ sumptionē (videlicet in festis maioribus aut bisvel ter in mense quod satis est pro laicis etiā secundū seculi fastū nō viuentibus, percipit in se vitę emendationē, feruorē charitatis, gratiæ augmentū, & solē deuotiōis magis incallescere, atq; semper. cum maiori reuerētia & intēsiore desiderio quantō frequētius celebrat aut cōicat cum Christo Pascha cupit celebrare, tūc valde meritoriū salubre, & vita catholica est indies celebrare & frequenter cōicare p̄pter multiplicē fructū inde prouenientē vt statim dicā. Aug. lib. de eccle. dog. Quotidie euchar-

char  
vitu  
vniu  
die  
fit se  
& de  
tuper  
religi  
num  
in se  
fectio  
quia  
fortē  
difica  
in reli

PR  
not  
istent  
feruor  
tur &  
hæc o  
rantis  
corū  
circa p  
dos ha  
omnia  
tiā. In  
confe  
q̄ in al  
tio. q̄

charitatis communionem accipere nec laudo nec vitupero, hoc dictis prioribus concordat, quia nec vniuersaliter laudari neque vituperari poterit quotidie celebrare & frequenter concicere licet in se bonum sit sed secundum diuersum hominum statum preparationem & deuotionem quibusdam laudabile est, alijs vero vituperabile. Sicuti etiam assumere habitum & statum religionis, qui inter ceteros securissimus est ut ad bonum salutis portum praeueniatur licet optimus sit in se & status perfectionis, vel in quo tendunt ad perfectionem, non omnibus tamen est consulendus, quia nonnulli idonei sunt vel si idonei sint maiore forte poterunt in casu afferre ecclesiae vniuersalis edificationem & lucrum animarum in seculo manendo quam in religione vitam contemplatiuam acceptando.

*¶ De fructu multiplici ex frequenti digna celebratione proueniente.*

PRIMO quoties sacerdos dignè celebrat semper de nouo meretur vel nouam gratiam vel prioris existentis gratiae augmentum acquirendo, & charitatis feruor atque hominis deuotio indies magis intenditur & fortificatur per frequentem celebrationem. Et hæc obtinet sacerdos & ex parte operis ipsius operantis propter deuotas orationes, & illorum miraculorum missæ mysteriorum contemplationes, præcipue circa passionem Christi quas quilibet deuotus sacerdos habere debet tum ex parte operis operati. Nam omnia sacramenta ex opere operato conferunt gratiam. Inter cetera tamen istud præcipuum est maximam conferens gratiam, & pro quo dignè suscipiendo maior quam in alijs requiritur etiam deuotio, dispositio, & præparatio. ¶ Secundo in qualibet digna celebratione sacerdos



acquirat remissionem totius vel alicuius notabilis  
partis pœnæ peccatis suis debitæ quam aliàs in pur-  
gatorio aut hic per austeram longam pœnitentiam  
luere deberet, & hoc maximè si celebrare intendat  
etiam pro se nedum vt mereatur sed vt pro peccatis  
suis hic satisfaciat & purgatorium horrendum eua-  
dat. Nam vt dictum est inter cetera suffragia & pia  
opera quibus animæ à purgatorio liberantur & eo-  
rum pœna diminuitur præcipuum est sacrificium  
missæ. Ita etiam ipsi celebranti vel alijs viuis quibus  
in vim satisfactionis applicatur maximè prodest ne-  
dum in meritum sed etiã in satisfactione & pœnæ di-  
minutionem. ¶ Tertiò per dignam frequentem ce-  
lebrationem fit diuersorum debitorum exolutio &  
satisfactio quibus aliàs nõ facile soluere poterimus.  
Nam in multis debitores sumus, vt supra in cap. 15.  
dixi de Cessione honorum iam nihil est quo tam citò  
relaxari & deobligari possumus ab omnibus debitis  
nostris quibus sumus Deo & sanctis, parentibus,  
fundatoribus, benefactoribus, amicis, & cæteris vi-  
uis & defunctis, sicuti per hoc sacratissimum eucha-  
ristiæ sacramentum quod ad Dei & omnium sancto-  
rum præcipue quorum memoria in duplici memeto  
facim⁹ honorè celebramus & suscipimus & in me-  
moriã suã benedictæ passionis offerimus. In quo  
& specialiter oramus & sacrificium missæ applica-  
mus in vim satisfactionis viuis & defunctis eo gradu  
modo & ordine sicut & De⁹ nos specialiter obliga-  
tos diuersis cognouerit. Et sic per frequentem celebra-  
tionem multas animas à purgatorio liberamus &  
opera misericordiæ illis captiuis impendimus, vt su-  
pra dixi, quod est maximi meriti & satisfactionis.

¶ Quartò

¶ Q  
diu  
obli  
gen  
runc  
Si e  
Chr  
adip  
de p  
berc  
non  
mag  
ranc  
ster  
rian  
suor  
rita  
alio  
fior  
à no  
tio  
illis  
cele  
dic  
ter  
eti  
fici  
lic  
ali  
me  
ciu  
ro

¶ Quartò hoc sacramentū est efficacissimum reme-  
 dium ad delendum omnia venialia, etiam peccata  
 oblita, peccata aliena, iuuentutis, ignorantia, negli-  
 gentia, & omissionis, maximè si concomitetur eo-  
 rundem displicentia & detestatio saltem in generali.  
 Si enim, vt inquit Bona. deuota mente passionem  
 Christi reuoluens tempore auditionis missæ vel alia  
 adipiscatur remissionem venialium (& idem puto  
 de peccatis omissionis & negligentia veritatem ha-  
 bere) etiam quamuis actuale displicentiam de eis  
 non haberet, quia de eis non cogitat. Ita & multò  
 magis est verisimilè & piè credendum atque spe-  
 randum quòd sacerdos dignè celebrans & illud mi-  
 sterium magnificum siue sacramentum in memo-  
 riam passionis Christi Deo offerens consequatur  
 suorum venialium remissionē. Sed pro maiori secu-  
 ritate atq; certitudine de remissione venialium &  
 aliorum peccatorum negligentia iuuentutis & omis-  
 sionis habenda quanta per veresimiles coniecturas  
 à nobis haberi potest consultum est vt adsit detesta-  
 tio & displicentia quædā saltē in generali de oībus  
 illis pētis. ¶ Doctrina ergo saluberrima est vt ante  
 celebrationē in præparatiōe missæ & recollectione  
 dicamus hoc modo. O domine rex gloriæ cordiali-  
 ter doleo de oībus peccatis iam & prius confessis &  
 etiā nō cōfessis sed oblitis per negligentia & insuf-  
 ficientē discussionē. Itē de omnibus delictis. i. dere-  
 lictis siue peccatis omissionis & iuuentutis meæ atq;  
 alienis etiam de omnibus venialibus quorū oīm nu-  
 merum scire nequeo humiliter intendo hoc sacrifi-  
 cium missæ in memoriā passiois Christi tibi offerre  
 rogās vt id ipsum acceptare digneris in remissionē

omnium peccatorum meorum quæ contra me sunt  
semper per displicentiã & eorundẽ detestationem  
& in satisfactionem pœnæ eis debite, atq; eorũ pro  
quibus principaliter in vim satisfactionis intendo  
hoc sacrificium offerre. Et ô Domine Iesu Christe  
ne respicias quæso grauitatẽ & multitudinẽ pecca-  
torũ meorũ quæ sunt supra numerũ arenę maris, fa-  
teor meã indignitatẽ, quia dignus non sum oculos  
meos in altitudinẽ cœli & in hunc cœlestẽ cibũ le-  
uare, cõfissus tamẽ de tua immẽsa bonitate, miã atq;  
pietate qua semper erga peccatores affici soles, & in  
virtute tui preciosissimi sanguinis in quo lotus sum  
baptismũ suscipiendo oẽm meã spẽ & fiduciã habẽs  
accedere cupio ad hoc mirificũ conuiuĩũ & mensam  
Domini, robur quæso attentionẽ & feruorẽ deu-  
otionis mihi tribuere digneris in hoc sacrificio vt di-  
gnẽ, reuerenter & solubriter inchoare & perficere  
valeã ad tuũ diuinum honorem, remissionem pecca-  
torum meorũ & satisfactionẽ supplendo virtute tuę  
amarissimę pãssionis, quod per negligentĩã, indispo-  
sitionẽ atq; inidoneitatem meam acciderit. amen.

¶ Quintò fortificat celebrantem & robur dat vt in  
triplici bello victoriã obtineat, videlicet cõtra mun-  
dum, carnẽ, & diabolum. Sacerdos enim frequẽter  
celebrans rarò est implicatus multis negotijs, curis,  
& sollicitu diuinis temporalibus aut saltem esse nõ  
deberet. Nemo enim potest duobus Dominis ser-  
uire, nemo militans Deo implicat se negotijs secu-  
laribus. Sacerdotes namq; sunt Dei milites qui ce-  
lebrando induunt arma militiæ vt omnes hostes vin-  
cant. Cũ ergo deceat Dei militẽ Deo nõ mũdo  
militare (licet prohdolor frequenter contrariũ vi-  
deamus,

deamus, de prælatis maioribus qui duces aliorū sacerdotū esse deberēt magis gaudētib<sup>9</sup> in armis corporalibus & militia mundana q̄ in Dei militia & armis spiritualibus vt sunt opera iustitiæ quæ ab apostolo Rom. 13. dicuntur arma lucis) facile poterit sacerdos Deo frequenter militās per sacrificiū missæ mundū deuincere. ¶ Secundò etiā facile poterit victoriā erga carnis illecebras & sensualitatis concupiscentias obtinere frequēter ad sancta sanctorū dignè accedendo. Qui enim frequenter intentus est circa escā mētis parū cogitat de esca ventris & desiderijs carnis. Quis quæso tam temerarius esset qui indies aut frequenter corpus & sanguinē Domini Iesu ore, manib<sup>9</sup> & corde tractās eisdē mēbris in delitijs carnis abuti auderet, nisi fortè mente alienatus aut tenebris vitiorū pœnitus esset excæcatus. ¶ Tertiò etiā frequēs celebratio & hoc venerabile sacramētum maximum robur præstat contra diabolicos insultus & dæmonum varias tentationes, quæ cum aliquem videantur obruere nihil efficacius quàm deuotè se præparare ad celebrationem vel cōmunionem. nam per hoc facile illis dæmonum tentationibus liberabitur. Videmus enim in hominibus obsessis quandoque pluribus dæmonibus & legione dæmonum, quòd summè horrent videre hoc sacramētum, & horribiles vlulatus atq; clamores emittunt quando sacerdos tanquā Christi miles vestibus militaribus quibus celebrauit indutus corpus Domini in manu habens eis appropinquat ad coniurandum & debellandum, & si digitos consecratos quib<sup>9</sup> corp<sup>9</sup> Domini tractauit sacerdos in ore obsessi teneat lædere tamen non audet, &c.

¶ Ideo etiam corpus Domini infirmis & in periculo mortis constitutis ministratur, qui plerumque tunc magis quam in vita à dæmonibus debellantur varijs de infidelitate, desperatione, & confessionis taciturnitate tentationibus vt virtute illius cibi angelorum animentur & robur habeant fortiter militandi & contra eos victoriam obtinendi, & vt illo cibo tanquam viatico vtantur ne in via deficiât quæ est incognita, renebrofa, plena latronibus, lupis, & rabidis infernalibus canibus, via inquam mortis.

¶ Sextò hoc sacramentum efficacissimum est remedium contra recidiuam, torporem, & accidiam. Videmus enim simplices in festo paschæ postquam communicauerint (cum maiori reuerentia & deuotione quam plæriq; sacerdotes) sollicitos esse ne illo saltem die aut diebus quatuor vel quinque sequentibus commestationibus sint dediti, aut alijs mundanis vanitatibus occupati quibus Christum possent fortè in Galilæam transmittere. Ita sacerdos quotidie dignè celebras semper sollicitus est & ante prandium & post, vt suprâ dixi capite 15. titulo de breuitate in orando ne recidiuet, sed quantò frequētius tantò feruentius & dignius celebret, quòd etiam digna frequens celebratio & communio deuotionem & spiritus feruorem adducit cõtra torporè, ocium, & accidiam suprâ deduxi in 3. parte 6. ca. cum exemplo Helyæ qui fatigatus ex persecutione Iesabel comedens sub cineribus panem repræsentantem sacramentũ eucharistiæ, fortificatus est & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & noctibus vsq; ad montè Dei Oreb, &c. ¶ Insuper frequēs deuota celebratio adducit mentis quietudinẽ, tranquill-

quillitatem atq; hilaritatem quæ deo gratissima est  
præcipuè in officio missæ & obsequio diuino.

¶ *Cum hilaritate mentis orandum est & Deo  
seruiendum.*

**V**T oratio & obsequium quòd Deo in religione  
vel seculo impendimus ei sit gratum, nobis me-  
ritorium & non tediolum, conabimur postponere  
omnes curas & materias impatientiæ atq; tristitiæ,  
quæ nonnunq̄ deuotionem & meritum orationis  
& obsequij diuini impediunt, vt sic libera quieta &  
læta mente seruiam<sup>9</sup> Deo. Sicut namq; animus gau-  
dens ætatem floridam facit, ita hilaritas & men-  
tis libertas obsequium & opus nostrum corâ Deo  
floridum facit & bene odoriferum. Similiter elemo-  
sina hilariter dàda est vt Deo placeat. Ideo namq;  
in principio horarū & officij diuini non sine causa  
excitatur ad mentis iubilationē. Venite, inquā, ex-  
ultemus Domino, iubilemus Deo salutaris nostro.  
Exultate Deo adiutori nostro Iubilate Deo Iacob.  
Sumite Psalmū & date tympanū psalteriū iocundū  
cum cythara. Psal. 80. Laudate, inquit propheta Da-  
uid, Dominū in sono tubæ laudate eum in Psalterio  
& cythara. Psal. 150. Ego semper in Domino gau-  
debo & exultabo in Deo Iesu meo. Abacuc 3. Læta-  
bo & exultabo in te psalle nomini tuo altissimè. E-  
ructauit cor meū verbū bonū. Oratio enim debet  
eructari. i. ex intimis cordis venire & resonare ex-  
terius. Cor meū & caro mea exultauerunt in Deum  
uiuū. Psal. 83. Clamaui in toto corde exaudi me Do-  
mine, iustificatiōes tuas requirā. Psal. 118. Orabim<sup>9</sup>  
ergo spiritu orabimus & mente. Nam si oremus lin-  
gua & spiritus non orat per deuotionē & quandam

interiorem iubilationem, mēs nostra sine fructu est  
saltem spiritualis refectionis 1. Corin. 14. ¶ David  
ante archā nudis pedibus saliendo cum gaudio lusit  
in cythara, & quando percutiebat cytharā corā rege  
cessauit ira regis Saulis. s. & recessit spiritus mali-  
gnus à rege quo frequenter molestabatur Saul rex  
& melius se habebat. ¶ Cū ergo aliqua aduersi-  
tate vel dæmonum tētatione præmimur & inquieti  
mente atq; animo tristes sumus laudam⁹ in cythara  
crucis confugiendo per deuotam meditationem ad  
vulnera Christi Iesu & cessabit dæmonis tentatio &  
animi ira tristitia & inquietudo & in summa animi  
iubilatione Deo tunc seruiamus dicendo. O quā  
suauis Domine spiritus tuus, quam spiritus hila-  
ritatem, deuotionem, atque dulcedinem nemo scit  
nisi qui acceperit. ¶ Crux Christi siue deuota eius  
cum lachrymis meditatio conuenienter in sacra  
scriptura cytharæ comparatur iuxta illud Psal. Ex-  
urge gloria mea, exurge Psalterium & cythara. Nā  
sicut in huiusmodi instrumēto corde firmiter trahū-  
tur & secundū ipsum lignū extendūtur adeò quòd  
nonnunq̄ rumpuntur. Ita in ligno crucis membra  
cum oībus neruis corporeis Christi tā crudeliter &  
violenter extensa & tracta fuerunt vt multæ seque-  
rentur in membris rupturæ præcipuè in manibus &  
pedibus, adeò quòd dinumerari poterant oīa eius  
ossa. O quā dulcis armonia & iubilatio consurgit  
ex contactu huius cytharæ & cordarum siue mem-  
brorum eius salutando quodlibet membrum & ru-  
pturam eius præcipuè quinq; speciales rupturas  
quinq; vulnerum, quas in cythara crucis pro nobis  
suscepit deuotis orationibus & contemplationibus  
&

& orationibus dominicis iuxta doctrinam prius tra-  
 ditam in ca. 15. in principio de septuplici ruptura si-  
 ue sanguinis Christi effusione. ¶ Et sicuti Christus  
 gaudenter cum magno desiderio redemptionis nos-  
 træ in hac cythara lusit, ita cum summo animi desi-  
 derio & lætabundo corde in cruce Christi Iesu so-  
 latium nostrum & omnem confidentiã ponemus vt  
 dicamus cū apostolo, Mihi iam mundus crucifixus  
 est, Christo enim crucifixus sum. Mihi absit glo-  
 riarum nisi in cruce Domini mei Iesu Christi. Hæc  
 enim cythara pellit omne crimen atq; venenū à cor-  
 de, hanc crucem fugiunt serpētes. vndè Bern. Cū  
 me pulsata aliqua mala tentatio recurro ad crucem &  
 Christi vulnera, cū me præmit caro recordatione  
 vulnerum Dei mei resurgo, cū mihi parat diabo-  
 lus insidias fugio ad viscera misericordiæ Dei mei,  
 & fugit à me. In omnibus aduersitatibus meis non  
 inueni tam efficacē remediū sicut vulnera Christi,  
 in illis securus requiesco & intrepidus. Si ergo fri-  
 gidus es in amādo, requiescat parūper cor tuū in fer-  
 uenti aperto corde Christi sponsi tui quo tam arden-  
 ter & cordialiter te dilexit vt patuit per quatuor si-  
 gna prius tacta in ca. 12. & pone eum vt signaculum  
 super cor tuum per feruidum amorem & super bra-  
 chium tuum per virtuosam operationem. Fortis est  
 enim vt mors dilectio. glo. Sicut mors separat ani-  
 mam à corpore, sic amor Dei à temporalium amore  
 animam separat, & æmulatio. i. Dei dilectio est dura  
 sicut infernus. i. cruciatus infernalis. Quia nullis ho-  
 stium tentamentis à nostræ salutis cura vera Dei di-  
 lectio reuocari potest, sed stabilis in appetit sicut infer-  
 nus siue pœna infernalis nullis miserorum cruciati-  
 bus



bus mitigatur, nec à seueritate suę sententię mutatur. Et quãto austerior fit ibi comparatio amoris, scilicet Dei ad infernum eò acrior zelantis nos, Domini commendatur affectus, Cant. 8. ¶ Si in super tepidus es in operando aspice manus redemptoris tui perforatas in quibus te conscripsit pennis & literis, grossis clauis videlicet ferreis Esa. 49. Si infirmus sis in sustinendo vide pedes eius perforatos. Si tardus ad ambulandum intinguatur pes tuus in sanguine, nata in calido pleno balneo sanguinis Christi Iesu quod in monte Caluarie instituit vbi nõ per guttas sed per vndas per quinque corporis meatus tanquam fontes scaturientes sanguis effluxit. Lauare septies in Iordane & à lepra culpæ mundaberis, torporem mētis, animi inquietudinem atque tristitiam spiritus his medijs facillè amouebis, & in hilaritate, quietudine, & mentis deuotione orabis & Deo seruias, de quo plura alia videre poteris suprã in 3. parte 2. ca. de virtute passionis Christi deuotę meditationis. ¶ Seruiamus ergo Domino semper in lætitia & exultatione (quæ tamen admittit secum imò & requirit dolorem de peccatis & compassionem Christi crucifixionis, dolor enim & gaudium in eodem subiecto se compatiuntur respectu diuersorum vt patet in verè pœnitente qui dolet de offensa & de dolore illo gaudet) Ideo namque in ecclesia & diuino officio permittitur organorum & discantus melodia vt sic populus ad deuotionem & mentis iubilationem excitetur & ad desiderium cœlestis melodiæ quã nec auris audiuit nec oculus vidit nec in cor hoīs descendit, licet pro dolor nonnunquam musicarum & organorum cantus plures præcipuè mundo & vanitatibus

bus dedito magis ad vanitatem & mentis distractionem quã ad deuotionem excitet. Quare in nonnullis ecclesijs simplici Gregoriano cantu & sine organorum resonantia officium diuinum persoluitur.

¶ De ingratitude & gratiarum actione. Cap. XVIII.

¶ In hoc Capitulo sunt duæ partes. Prima de ingratitude. Secunda de gratitudine.

**Q**uestio. An ingratitude sit speciale peccatum necessario confitendum? Respondeo post beatum Tho. doctorẽ profundissimum qui hanc & similes materias de peccatis mortalibus de virtutibus & vitijs quas plurimum expedit scire inter ceteros doctores clarissime & succinctè decidit, quare eum plerumque in hoc libro in similibus materijs insequor 2. 2. q. 107. dicit ingritudinem esse vitium quo beneficiatus non retribuit benefactori quod debet & reperitur quodammodo in omni peccato, nam in quolibet peccato est materialis ingratitude ad Deum in quantum. scilicet per peccatum homo facit aliquid quod scimus Deo qui est summus noster benefactor esse ingratum quod potest ad ingritudinem pertinere, & sic non est speciale peccatum sed potius circumstantia aggrauans. Sed proprie & formaliter ingratitude est quando quis actualiter beneficiũ acceptum contemnit & sic est speciale peccatum, quod ab Apostolo 2. Thi. 3. inter cetera mortalia connumeratur quando dicit Erunt in nouissimis diebus (præcipuè tempore Antichristi, qui tribus annis cum dimidio regnabit & multos à fide auertet quatuor præcipuè medijs quibus etiam plerumque nunc homines educuntur, quæ sunt falsa doctrina, diuitiarum promissio atque datio, tormentorum illatio,

Elatio, & miraculorū falsorū ostensio (hoīes seipfos  
amātes, cupidi, elati, ingrati, &c. Nec quisquā se ex-  
cusare poterit à vitio ingritudinis ex impotētia, q̄  
.s. nō potest recōpensare benefactori, quia ad debitū  
gratitudinis reddendū magis attenditur voluntas q̄  
opus. vnde Sene. i. de offi. dicit quòd beneficiū non  
in eo quod fit aut datur consistit sed magis in dantis  
aut facientis aīo, & ideo sufficit volūtas recompen-  
sandi cū deest facultas ne quis hoc vitium incurrat.  
¶ Vndè sicut gratitudo est specialis virtus habens di-  
uersos gradus quorū primus est beneficij recogni-  
tio. secundus est laudis & gratiarum actio. tertius est  
retributio pro loco & tēpore secundū facultatis exi-  
gentiā. Ita ingratitude (quē ei opponitur vt patet ex  
ipso nomine, dicitur namq; ingratitude quasi non  
gratitudo) est speciale vitium & peccatū habēs diuer-  
sos grad°. Et q̄a id qđ est vltimū in generatiōe est pri-  
mū in resolutione. Primus igitur ingritudinis gra-  
dus est vt quis beneficiū nō retribuatur scđm quòd re-  
cepit. Secūdus est quòd dissimulet. i. nō laudet nec  
gratias agat. Terti° quòd nō recognoscat siue p obli-  
uionē siue p quēcunq; aliū modū. Et q̄a in negatiōe  
intelligitur & includitur quodāmodo affirmatio op-  
posita, ideo ad primū gradū ingritudinis pertinet  
qđ aliquis retribuet mala pro bonis, ad scđm quòd  
beneficiū vituperet, ad tertiū quòd quasi inimēte sua  
maleficiū reputet id quod est beneficiū. vndè Sene.  
in 3. de beneficijs, Ingratus est q̄ dissimulat, magis  
ingratus qui nō reddit, ingratisim° qui est oblitus,  
¶ *Ingritudo quando est mortale & quando veniale.*  
**I**ngratus dicitur quis dupliciter vt patet ex dictis.  
¶ Vno modo per solam omissionem, videlicet qui  
non

non r  
ces pr  
per e  
licet  
suo b  
netur  
tudo  
riore  
quod  
ex ne  
casu  
bens  
(qui  
lij cū  
cont  
non  
set, se  
qua  
in qu  
ne la  
mia.  
ficia  
tus n  
nis d  
secur  
tur q  
tum.  
bene  
cont  
seriē  
bula  
mag

non recognoscit vel non laudat vel non retribuit vi-  
ces pro beneficio & donis acceptis. Et hoc non sem-  
per est mortale sed frequenter veniale, quando sci-  
licet prouenit ex quadam negligentia vt nō tribuat  
suo benefactori aliquod gratuitum ad quod non te-  
netur. ¶ Potest tamen contingere quòd talis ingratitudo sit etiam mortale peccatum vel propter inte-  
riorem contemptum, vel propter conditionem eius  
quod subtrahitur benefactori à beneficiato quod  
ex necessitate debetur siue simpliciter siue in aliquo  
casu necessitatis. exempli gratia Si quis prælatus ha-  
bens patrem in paupertate & miseria constitutum  
(qui tamen post Deum est maximus benefactor fi-  
lij cū ab eo filius receperit esse) esset ingratus &  
contemneret eum recognoscere vt patrem suū aut  
non subueniret ei in magnis necessitatibus cū pos-  
set, seclusus etiam extrema vel arcta necessitate in  
qua exteris tenetur subuenire, vel nō laudaret eum  
in quo laudandus est præcipuè cū ex tali omisso-  
ne laudationis sequitur patris vituperium vel infam-  
mia. Et idem videtur de alijs à quibus magna bene-  
ficia recepisset. ¶ Secundo modo dicitur quis ingra-  
tus non solum quia prætermittit implere gratitudi-  
nis debitum, sed etiam cōtrarium agit, & hoc etiam  
secundum conditionem & qualitatem eius quod agi-  
tur quandoq; est mortale quandoq; veniale pecca-  
tum. Exemplum, si quis Deum summum omnium  
benefactorem quasi odiat seu pro nihilo habeat vel  
contemnat quòd eum in hunc mundum vallem mi-  
serie fecerit venire, quod solet accidere cū quis tri-  
bulationibus, molestijs, infirmitatibus & angustijs  
magnis pressus est, vel quia non habet bona & dona  
quæ

quæ in alijs cernit, vilificans Dei beneficia (& dona sibi concessa) hoc utiq; est peccatū mortale, quando secundum deliberationem rationis evenit. Secus si solū secundum motum sensualitatis & impetum passionis. ¶ Multo magis esset mortale si ipsa Dei beneficia vituperaret sibi collata vel blasphemaret qui in mundo eum fecit vivere & quod nil ab eo habuit nisi miseriam & omnia mala, &c. Adhuc autem grauius esset si quis faceret in iniuriā detur sicut persequendo eius seruos eis obloquendo & maledicēdo. ¶ Et similiter qui parētes exprobraret & contumelijs afficeret verberando aut aliam iniuriam notabilem verbalem vel realem eis inferendo aut alias personas multum benefactrices & singulares amicos talis ingratitude est mortale, aliās est veniale. Et quando ingratitude est veniale, talis non est contra charitatem quia eam non excludit, sed præter quia excludit aliquem eius actum siue modum, videlicet eius feruorem. Et quamuis in quolibet veniali peccato sit aliquid ingritudinis in quantum. f. veniale tollit aliquem actum virtutis per quem homo obsequitur Deo, non est tamen ibi perfecta ingritudinis ratio. ¶ Quando autem ingratitude est mortale difficulter potest reperiri nisi mixta cum materijs aliorum peccatorum. Nam si quis non recognoscat vel contemnat Dei beneficia in se erit ibi communiter accidia vel inuidia. Et si iniuriatur parentibus vel alijs amicis aut benefactorib<sup>9</sup> verbo ibi erit contumelia vel blasphemia aut aliquid aliud, Vel si facto iniuriatur erit ibi furtum, homicidium, rapina, vel alia iniustitia vel læsio corporalis. Cū autem quis hoc solū faceret vt ipsum beneficium notabile

bile &  
tem  
tudo  
beat  
cuiu  
torū  
gene

I. ¶  
enim  
dona  
Quo  
salua  
fuit p  
vbi e  
à vol  
quer  
Præ  
&c. &  
ueno  
gave  
dere  
oblit  
ritur  
vine  
vt fac  
rè vir  
appa  
mea  
aceto  
lance  
vltra

bile & benefactorem vituperet vel vilificet vel con-  
 temnat posset tunc vel simili casu solum esse ingrati-  
 tudo. ¶ Verum est tamen in sequendo opinionem  
 beati Thomæ, nihil prohibet formalem ratione ali-  
 cuius peccati specialis in pluribus generibus pecca-  
 torum materialiter inueniri, & secundum hoc in multis  
 generibus peccatorum ratio ingratitude reperitur.

¶ *De malis ex ingratitude prouenientibus.*

I. ¶ Bonorum concessorum ablatio. Propter viti-  
 um ingratitude nonnunquam accidit quod Deus  
 dona & bona quibusdam data aufert sicut dicit Aug.  
 Quod Deus dederit gratis abstulit ingratis. Vnde  
 saluator. Mat. 21. dixit Iudæis ingratis postquam po-  
 suit parabolam vinee plantate & locatæ agricolis  
 ubi eorum ingratitude ostenditur, Ideo auferetur  
 à vobis regnum Dei. ¶ Dominus conqueritur fre-  
 quenter de ingratitude populi sui vt Hierem. 35.  
 Præualuerunt sermones Ionadab sermonibus meis  
 &c. & Hiere. 20. Omnes dereliquistis me, quid in-  
 uenerunt patres vestri in me iniquitatis quia elon-  
 gauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, me  
 dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &c. Populus meus  
 oblitus est mei diebus innumeris. Et Esa. 5. cõque-  
 ritur Dominus ingratitude populi sui sub nomine  
 vinee dicēs. Vineam factam dilectio meo expectaui  
 vt faceret vvas & fecit labruscas. Vvæ sunt opera ve-  
 re virtuosa. Labruscæ sunt opera quæ habent solum  
 apparentiam boni. (Plantavi te canit ecclesia) vinea  
 mea fructu decora & tu facta es mihi nimis amara,  
 aceto namq; mixto cum felle sitim meam potasti &  
 lancea perforasti latus saluatoris tui. Quid est quod  
 ultra debui facere vinee mee & non feci, an quod  
 t expe-

expectaui vt faceret vvas & fecit labruscas. *Esā. 5.*  
Et nunc ostendam vobis quid faciam vineæ meæ,  
Auferam sepem .i. subtraham custodiam. s. angeli  
boni dati ad specialem sollicitationem ad bonū, di-  
ripiam materiā .i. confessores & verbi Dei concio-  
natores remouendo, ponā eam desertā subtrahēdo  
vel non concedendo gratiam, non putabitur à præ-  
latis per repræhensionem superfluatorum, nec fodie-  
tur per contritionē & confessionē, ascendēt spineæ  
malorū desideriorū super eā, & nubibus mandabo  
ne pluant super eā .i. verbū cōpunctionis subtrahā à  
prædicatoribus. Idē sentētialem dicit Hiero. 11. q. 3.  
Audi quòd propter peccata iactantiæ & ingrati-  
tudinis discedit Deus à mente hoīs .i. subtrahēdo gra-  
tiā & speciale subsidiū, & relinquit domū eius va-  
cuā. ¶ Vndè primi parentes quia repleti oībus bonis  
naturalibus & spiritualib⁹ oīm virtutū & t̄palibus  
ingrati fuerūt Deo adhærentes aduersario eius &  
mandatū transgrediētes oībus virtutibus expoliati  
sunt, ingratus enim extitit dicit Aug. qui plenus vir-  
tutibus Deū oīno nō timuit. ¶ Et notatur ingrati-  
tudo populi Dei Deut. 32. Incrassatus est dilectus. s.  
in naturalibus bonis sibi collatis & recalcitrauit, im-  
pinguatus est spiritualibus, dilatatus est tēporalibus  
recalcitrauit offendendo opere, dereliquit Deum  
non recognoscendo beneficia & recessit à Deo non  
agendo gratias ei non laudando ipsum sed idōla.  
2. ¶ Bonorum promissorum subtractio. Propter vi-  
tiū ingrati tudinis multis Deus bona quæ aliās da-  
turus fuisset non dat. nam teste Aug. Nō est dignus  
dandis qui ingratus est de datis. & Ber. Ingratitudo  
est ventus deliccans & vrens fontem diuinę pietatis,  
fluēta

fluēta  
spes ta  
quia.  
tus p  
donis  
enim  
pater  
rum,  
riæ si  
nō sur  
Deus  
duo co  
quidē  
est qu  
confid  
nificiu  
ingrati  
qui nō  
non oc  
Secund  
de ingr  
mo her  
Quod  
geat &  
re deb  
rū & b  
super i  
Hiero.  
dist. 93  
lūm no  
bonitat  
bis coll

fluente gratiæ, rorem misericordiæ. Sap. 16. Ingrati  
 spes tanquam hybernalis glacies tabescet. i. deficient,  
 quia. s. non recipiet beneficia quæ sperabat. Ingratus  
 priuatur gloria fidelibus promissa: nemo enim  
 donis Dei fiet beat<sup>9</sup> qui eis extiterit ingratus. Sicut  
 enim secundum iura ciuilia propter ingratitudinem  
 pater potest priuare filium hæreditate bonorū suo-  
 rum, ita Deus pater priuat ingratos hæreditate glo-  
 riæ si perseuerent in ingratitudine. De facili tamen  
 nō sunt beneficia subtrahenda ab ingratis sicuti nec  
 Deus leuiter subtrahit. Vndè circa ingratum sunt  
 duo considerāda iuxta sentētiam Thomæ. Primum  
 quidē quid ipse ingratus dignus sit pati, & sic certū  
 est quod meretur beneficij subtractionē. Aliud est  
 considerandū quid oporteat vel expediat ipsum be-  
 neficium facere. Et non debet primò esse facilis ad  
 ingratitudinē iudicandā, quia frequenter vt ait Sen.  
 qui nō reddit tamē grat<sup>9</sup> est ex eo videlicet quia fortè  
 non occurrit ei facultas aut oportunitas reddendi.  
 Secundò debet attēdere beneficis vt beneficiatum  
 de ingrato faciat gratum, & quod sibi non potest pri-  
 mo beneficio facere fortè secundò aut tertiò faciet.  
 Quod si beneficijs multiplicatis ingratitudinē au-  
 geat & peior fiat tūc à beneficiorū exhibitioe cessa-  
 re debet. Et ita facit gloriosus Deus oīm beneficio-  
 rū & bonorū largitor, de quo Luc. 6. benignus est  
 super ingratos & malos quē imitari debem<sup>9</sup>. Vndè  
 Hiero. ponit desuper notabile verbum, & habetur  
 dist. 93. Diaconi. ¶ Moderatio Dei ac pietatis so-  
 lum nostrum reditum quærit ac nos cupit longa tua  
 bonitate saluare, videlicet non subtrahēdo bona nos-  
 bis collata, diu expectando ad pœnitentiam addēdo



continuè & alia beneficia vt grati reuertamur ad  
eum, quòd si non conuertimur si duri corde sumus,  
si in peccatis vsq; ad mortem illicitè perduramus af-  
fiduè peccantiū non miseretur Deus. Et sic demūm  
ablatis à nobis bonis suis ingratos ad gehennam tra-  
dit. Et ideo ò anima Christi sanguine redempta noli  
obliuisci omnes retributiones eius sed benedic Do-  
minum Deum tuum. 3. ¶ Peccatorum dimissorum  
reditus. Propter ingratitudinem nimiam erga Deū  
peccata dimissa prius in recidiuāte redeūt quodam-  
modo vt notatur Mat. 18. in para. de seruo qui de-  
bebat decem milia talentorum qui vt ingratus no-  
luit misereri conseruo suo pro paruo debito cētum  
denariorum ob amorē domini sui qui prius ei de-  
cem milia remiserat, iratus dominus contra eum  
tradidit eum tortoribus quousq; redderet vniuer-  
sum debitum. Vbi dicit Rabanus, Considerandum  
est quia dicit vniuersum debitum quòd non solum  
peccata quæ homo egit post baptismum imputa-  
buntur ei ad pœnā, sed etiam originale quod ei in  
baptismo dimissum erat. ¶ Quæstio. Quomodo  
peccata dimissa per pœnitentiam vel baptismum in  
recidiuante dicuntur redire? Tractatur hæc mate-  
ria diffusè de pe. dist. 4. In principio. Et in 4. senten-  
dist. 22. vbi beatus Tho. post alias opiniones dat ve-  
ram quæstionis solutionem dicens, quòd peccata se-  
mel dimissa realiter nunquam redeunt ad animam,  
nec quo ad pœnam nec quo ad culpam, vt. s. pro illis  
dimissis tantam sustinere deberet pœnam ac si nun-  
quam dimissa fuissent. Nec etiam sequens culpa re-  
cidiui est tātē grauitatis sicut omnia peccata dimissa  
simul. Nec etiam est digna tanta pœna quantā me-  
reban-

reban-  
Sed n-  
.i. sec-  
illan-  
cepta  
quan-  
tudir-  
cium  
piffen-  
suo te-  
sibi se-  
maio-  
non f-  
nus d-  
redir-  
nem a-  
quan-  
siōi a-  
rund-  
tur p-  
prâ fa-  
mē d-  
si fre-  
ior g-  
iunē-  
pcep-  
tias a-  
in pri-  
rat' a-  
ga d-  
deter-  
culca-

rebantur omnia illa peccata præcedentia dimissa. Sed redire dicuntur secundum quid nõ simpliciter .i. secundũ quendam effectũ aggrauationis propter illam circumstantiã ingratitudinis de beneficio perceptæ remissionis. Habet enim illa culpa recidui quendam maiorem grauitatem propter illã ingrati tudinem, quam grauitatem non haberet si benefi cium illud non percepisset. Sicut etiam ille qui reci pisset magnum beneficium vel officium à domino suo temporali super excessu perpetrato contra eum sibi semel aut pluries relaxato aut remisso, vtique maiori pœna dignus est quã si tantum beneficium non fuisset consecutus. ¶ Idem confirmat Gratia nus de pe. dist. 4. §. verum, dicẽs illa peccata dimissa redire dicuntur, quia quisq; post acceptã remissio nem ad vomitum redierit tantò grauius punietur quantò benignitate Dei abusus singulorum remis sioi acceptę ingratus extitit. ¶ Hinc est opinio quo rundam doctorum quòd quamuis quis non teneatur peccata debito modo confessã reconferri, vt su præ fatis deduxi de iteratione confessionis, debet ta mē dicere se aliã in similia peccata pluries incidisse si frequẽter recidiuauerit vt sic depræhendatur ma ior grauitas peccati propter illã ingrati tudinẽ ad iunctã. Quod credo expediens esse & cõsilij sed nõ pcepti, sicut necessariũ est cõfiteri alias circumstan tias aggrauãtes, sed solũ in aliã speciẽ trahẽtes, vt in principio huius libri decisum est. Seruus etiã libe rat⁹ à seruitute propter ingrati tudinẽ cõmissam er ga dominũ suũ redigitur in seruitutẽ, quantò ergo deteriora putatis mereri supplicia qui filiũ Dei con culcauerint & sanguinem testamenti pollutum da xerint

xerint Hebre. 10. sicut Iudæi & multi christiani faciunt & hoc propter ingratitudinem de beneficijs diuersis quæ Iudæi & christiani à Deo perceperunt. nam cæteris paribus quantò quis receperit plura beneficia & dona tantò faciens mala magis ingratus est, & sic grauius peccat grauiusq; punietur. Ex quo patet quòd eodem peccato cæteris semper paribus grauius peccat & punietur ecclesiasticus & prælatus quàm secularis & subditus, fidelis quàm infidelis, religiosus quàm non professus quia magis ingratus. Nam quòtò gradus & status altior tantò casus profundior, vt patet de lucifero. Ad istud facit quòd dicit. Vrba. pa. 12. q. 1. scimus. Et legitur exemplum in vita patrum de illa Caluaria adiurata dicente se in vita fuisse paganam & in inferno esse vbi sub paganis sunt Iudæi & sub Iudæis mali christiani in profundo. ¶ Exempla sacre scripturæ de ingratitudine. Mala plurima oriuntur plagæ & punitiones temporales & spirituales & in prælatis regibus principibus atq; subditis propter eorundem ingratitudinem. Nam sapientes & antiqui philosophi quia cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt neq; gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis sibi attribuentes beneficium intellectus & suæ prudentiæ à Deo tamen eis concessum, propter hoc vitium ingratitudinis tradidit eos Deus in reprobum sensum & in vitia idolatriæ & contra naturam. Et postmodum ponit ibidem apostolus ad Rom. 1. multa alia peccata grauiora quæ incurrerunt. Repletos, inquit, omni iniquitate, malitia, &c. ¶ Ezech. rex hierusalè post victoriã maximã & liberationem de manibus Sem nacerib quia non sufficienter Deo gratias egit cantando canticum  
domi

dom  
ingr  
post  
gẽ  
non  
fleui  
tiã  
suan  
quil  
uid  
min  
ingr  
fug  
eũ  
diẽ  
situ  
pro  
obli  
mu  
mo  
der  
2. P  
den  
mar  
ex  
dec  
gre  
mi  
tan  
prã  
per  
E. fa

domino secundū morem illius populi, ideo propter  
 ingratitudinē egrotauit vsq; ad mortē *Esa.* 38. Sed  
 postq̄ *Esayas* propheta de mandato Domini ad re-  
 gē diceret, dispone domui tuæ quia morieris tu &  
 non viues, cōuertit faciē suā ad parietē *Ezechias* &  
 fleuit amarē 4. *Reg.* 20. Domin⁹ vidēs eius pœniten-  
 tiā & feruētes lachrymas addidit 15. annos ad vitā  
 suam. ¶ *Saul* multa beneficia recepit à *Dauid* pro  
 quibus tamen valde ingratus fuit multis modis *Da-  
 uid* regem persequendo ad occidendū quare à Do-  
 mino plagatus est 1. *Reg.* 18. ¶ *Absolon* inobediēs &  
 ingratus fuit patri suo *Dauid* quē de regno proprio  
 fugauit qui tamen ei pepercit & multis beneficijs  
 eū reuocare conabatur, sed quia ingratus & inobe-  
 diēs mansit, tribus lanceis perforatus est. ¶ *Præpo-  
 situs* pincernarū pharaonis succedentib⁹ sibi cūctis  
 prosperè immemor beneficij *Ioseph* interpretis sui  
 oblitus est *Gen.* 40. ¶ *Ioas* rex *Iuda* quia ingratis-  
 simus fuit erga *Ioiada* summū sacerdotem ita quod  
 mortuo *Ioiada* cū filius eius *Zacharias* reprehē-  
 deret eū de vitijs suis infirmatus est & malè sibi fuit  
 2. *Para.* 23. ¶ *Viri* *Sychem* quia ingrati fuerunt occi-  
 dentes 70. filios *Gedeonis* à quo liberati fuerant de  
 manibus *madianitarū* occisis centū viginti milibus  
 ex eis, ideo sustinuerunt magnam pressuram. ¶ De  
 decem leprosis à Domino mundatis vnus tantū re-  
 gressus est gratias agens. *Luc.* 17. ¶ *Iudæi* ingratis-  
 mi de beneficijs *Christi* ita vt eū crucifigerent capta-  
 tandē *Hierosolyma* & destructa miserabiliter vt su-  
 prā post mortē innumerabiliū ferro, peste, fame, dis-  
 persi sunt per vrbe de quibus Dominus cōqueritur.  
*Esa.* 1. Filios enutriui & exaltaui & ipsi spreuerunt

me, & subdit eos esse bestijs minus gratos dicens,  
Bos cognouit possessore suū & asin<sup>9</sup> p̄sepe domini  
sui, Israël autē me nō cognouit & populus meus non  
intellexit. Et Hierem. 8. Miluus in cœlo cognouit  
tempus suum, turtur, irundo, & ciconia custodie-  
runt tempus aduentus sui, populus autem meus  
non cognouit iudicium Domini. ¶ Contra hos  
ingratissimos Iudæos dicit saluator de eorum in-  
gratitudine querulando Micheę. 6. Popule meus  
quid feci tibi, &c. Attende quæso quid fecerim hoc  
inquam multiplex bonum tibi feci, Patres tuos Ia-  
cob cum filijs in Aegypto per Ioseph enutriui famis  
tempore ne perirent, de dura seruitute Aegyptiorū  
te eduxi à flagellis & plagis quibus totā Aegyptum  
percussi, te liberum seruauī, Mare rubrum tibi ape-  
rui vt per eum sicco vestigio transires, vbi Pharaō  
cum exercitu suo submersus est vt plumbū in aquis  
vehementibus, Manna de cœlo præstito per 40. an-  
nos te pavi, Aquam de petra fluere feci & sic de in-  
numeris alijs beneficijs. Responde ergo mihi si pro  
tantis beneficijs à me tibi collatis hac talem retribu-  
tionem meruerim vt me crucifigeres, In quo mole-  
stus fui tibi responde mihi. Ego ex genere tuo car-  
nem sumens regale cœli folium dimisi vt tibi frater  
essem. ego per ciuitates tuas castra & vicos discurre  
trigintatribus annis in sudore vultus laboribus &  
erumnis in vtilitatem tui laborans. Ego semper in  
templo docui quæ te saluum facere possent. ego cæ-  
cos tuos illuminauī, leprosos mundaui, &c. Præce-  
pta declarauī, errores confutauī, vitia increpauī, ve-  
ritatem manifestauī. Sed quia veritas odium parit  
apud insipientes quæ gignere debet dilectionē. Ideo  
in

in hi  
potu  
stult  
grati  
ficijs  
Et in  
erat  
& re  
Aeg  
beba  
plun  
mni  
vt ag  
cida  
tur f  
& to  
nost  
nora  
tis b  
cuse  
Iud  
iori  
tron  
tatis  
tem  
sed o  
stus  
de s  
rene  
qui  
plag  
& cu

in his tibi molestus fui. Quid quæso ultra tibi facere potui & non feci, hæcine reddis Domino, popule stulte & insipiens. O excæcata magna Iudeorum ingratitude qui pro omnibus his & infinitis alijs beneficijs mortem Christo suo benefactori intulerunt. Et in solennitate phasæ siue azimorū quæ apud eos erat maxima quæ instituta erat in gratificationem & recognitionem liberationis eorum de seruitute Aegypti per sanguinem agni vbi tunc maximè debebant gratias agere, & sacerdotes debebant templum Dei ornare, sacrificia præparare & offerre omnibus his dimissis ad hoc studium totum ponunt vt agnus immaculatus qui tollit peccata mundi occidatur, non vt suanguine eius fuso mundus redimatur sed ne terrena amittamus, ne veniant Romani & tollant gentem nostram, ne correctorē vitiorum nostrorum habeamus, ne eum magis à populo honoratum quàm nos habeamus. Postquam pro tantis beneficijs eum de graui crimine calumniosè accusent de blasphemia videlicet Dei grauissima apud Iudæos quia Dei filium se dixerat, tandem vt maiori opprobrio eum afficerent nudum inter duos latrones in alto ligno suspenderunt, quem adhuc in tantis acerrimis tormētis viuū tribus horis pendentem viderūt gratias nō egerūt, nō ei condoluerunt sed conuiciabantur & blasphemabant eum. Christus tamen adhuc magis de nostra ingratitude quàm de sua passione conqueritur qua indies vulnera eius renouamus dicens per deuotum Bern. Vide homo qui pro te patior, ad te clamo qui pro te morior, vide plagas quibus affligor, vide clauos quibus cōfodior, & cum sit tantus dolor exterior & interior, plus ta-

men crucior quòd te ingratum experior vt suprâ.

*¶ De gratiarum actiõne secunda pars.*

**Q**uemadmodũ ingratiudo de beneficijs & va-  
rijs donis à Deo receptis Deo summè displicet  
& hoĩbus in multis nocet vt in priori parte deduxi  
ita gratiarũ actiõ, laus, benedictiõ & recognitiõ be-  
neficiõrũ à Deo acceptorum est Deo gratissimã, no-  
bis meritoria & multiplicè fructũ afferens. Ideo sa-  
lubre consiliũ est & laudabilis plurium deuotorum  
hominum consuetudo vt singulis diebus attentè &  
cum deuotione recolligant præcipua Dei beneficia  
videlicet incarnationis, passiõis, redemptionis &  
quædam alia quæ ipsi inter ceteros abundè à Deo  
susceperũt de quibus gratias pro viribus agunt Deũ  
laudantes & glorificantes dicentes cum propheta  
Psal. 102. Benedicã Dominũ in omni tpe, semp laus  
eius in ore meo, In domino laudabitur aĩa mea. In  
quo verbo traditur nobis doct̃rina & triplex modus  
agendi gratias & benedicendi Dominũ. 1. ¶ Opere.  
Primò debem⁹ Deo regratiari & quantũ ad hoc di-  
cit propheta benedicã Dominũ in oĩ tpe, sicut enim  
Deus malè dicitur malis factis hoĩm & illis negatur  
sic ex bonis factis benedicitur & confitetur. Hiero.  
Quotiès vincimur vitijs atq; pct̃is totiès Deũ nega-  
mus, & quotiès aliqd boni agimus totiès Deũ cõfi-  
temur 11. q. 3. nolite. Omni ergo tpe dominũ benedi-  
cim⁹ & gratias ei agim⁹ cũ oĩ tpe bene operamur, tpe  
in q̃ adolescẽtię iuuetutis & senectutis omni tpe. s.  
aduersitatis & p̃speritatis. Ne simus de numero il-  
lorũ q̃ solũ recognoscũt & laudãt Deũ tpe p̃sperita-  
tis de q̃bus dicitur Psal. 48. Cõfitebitur tibi cũm be-  
nefeceris ei. vndè vt dicitur Psal. 41. In die mãdauit  
do-

dominus miam & nocte canticū eius. i. quādo sum<sup>9</sup>  
 in die prosperitatū & nobis p̄sperè succedit in diu-  
 tijs, sanitate, sciētia, virtutib<sup>9</sup> & diuersis gratiarū do-  
 nis, debem<sup>9</sup> p̄ximis subueniēdo p̄stare miam opa  
 .i. mīa corporalia & p̄cipuē spiritualia eis impēden-  
 do & sic Deū in p̄ximis & bonis illis operib<sup>9</sup> bene-  
 dicim<sup>9</sup>. Et in nocte aduersitatis & tribulationis habe-  
 bimus canticū laudis Deū benedicendo nō murmu-  
 rādo, quoniā multæ tribulationes iustorum sed de  
 omnibus his liberabit eos Dominus Psal. 33. & teste  
 Grego. Certum est damnationis indicium conti-  
 nuus successus in prosperitate temporalīū. 2. ¶ Ore  
 debemus gratias Deo dicere ipsum benedicendo &  
 laudando secundum illud. Semper laus eius in ore  
 meo. Propterea dedit enim Deus homini inter cæ-  
 tera animalia loquelam vt non solū opere sicut &  
 aliæ creaturæ faciūt sed & ore ipsum laudet secundū  
 illud Esa. 50. Dominus dedit mihi linguā eruditam  
 & ipsa laudabo Deū. ideo in principio horarū petie-  
 mus à Domino labia nostra aperiri vt os nostrū di-  
 gnè annūciat laudē Domini. & Augu. ad Aurelium.  
 Quid melius aīo geramus & ore promam<sup>9</sup> & calamo  
 exprimamus q̄ Deo gratias hoc nec dici breuius nec  
 audiri leuius nec intelligi grādus nec agi fructuo-  
 sius potest. De virgine gloriosa legitur quòd vocata  
 ab aliquo semper respondebat aut realiter Deo gra-  
 tias ne vel illa paruula respondēdi horā à laude Dei  
 cessaret. ideo post refectiōnē cōmuniter hoīes Deū  
 laudāt gratias agētes nisi brutales sint vt porci semp  
 ad terrā atq; terrena caput inclinātū habētes nō res-  
 picientes sursum nec deū recognoscētes, à quo omne  
 donū optimū est descendens & tales nonnunq̄ su-  
 bita-



bitanea morte aut alia plaga percutiuntur cum filijs  
Israël qui postq̄ comederant gratias nō egerunt sed  
surrexerūt ludere, sic plurimi nūc tpe refectionū &  
post tenent tympanum & cytharam & gaudent ad  
sonitum organi & in puncto ad inferna descendūt.

☞ **Iob. 21. 3.** ¶ Corde permaximè laudandus glorifi-  
candus & benedicendus est Deus & hoc subditur,  
In Domino laudabitur anima mea, laudabitur. i.  
laudibus occupabitur quod non est aliud quàm ipsa  
Dei beneficia cogitare, & recognoscendo ipsum be-  
nefactorem amare quomodo angeli & sancti cor-  
pore exuti Deum continuè laudant dicentes san-  
ctus sanctus sanctus secundum illud Apoc. 19. Lau-  
dem dicite Deo nostro omnes sancti eius qui time-  
tis Deum pusilli & magni. Corde debemus Deum  
benedicere & laudare secundū omnes vires & eius  
potentias, intellectu Deum benefactorem recogno-  
scendo. Memoria bona nobis collata rememorādo,  
voluntate bene & efficaciter volēdo Deo summum  
honorem & voluntatem eius in omnibus adimpleri  
& voluntate siue affectu tantū benefactorem di-  
ligendo. nam ethnici hoc faciunt vt. f. diligāt eis be-  
nefacientes, meritò non minus nos christiani facie-  
mus. Aug. li. de cathetizan. rud. Si amare piget re-  
mare non pigeat. f. Deum pro tantis beneficijs. Nul-  
lus enim est tam ferè mentis. i. ita ingratus & durus  
qui & si non vult impendere vult tamen rependere,  
sed tanta prohdolor est hominis ingratitude vt  
quodcunq; temporale momentaneum etiam & vile  
magis quàm Deum diligat. vndè in morte & in fi-  
nali iudicio hanc ingritudinem exprobrando re-  
probis ostendet dicēs vt ait Chrysoſt. Ego propter

vos homo factus sum, propter vos delusus & cruci-  
 fixus. vbi est tantarum mearum iniuriarū fructus.  
 vbi est seruitus quam mihi debuistis pro precio san-  
 guinis. Ego super gloriam meam vos habui cū es-  
 sem Deus apparēs homo & homo modicus tanquā  
 leprosus & vos omnem rem vilissimam terræ am-  
 plius dilexistis quā iustitiam & fidem. Corpore  
 etiam toto & omnibus membris nostris Deum be-  
 nedicere & laudare debemus oculos in cælum le-  
 nando cognoscendo Deum esse datorem omnium,  
 manus in altum protendendo cupientes regnū cœ-  
 lorum ad nos venire sicut quotidie oramus, Aduē-  
 niat regnum tuum. i. ad nos veniat quia virtute me-  
 ritorum nostrorum ad ipsum peruenire non possu-  
 mus. Sufficientes enim non sumus cogitare aliquid  
 à nobis sed oportet vt gratuitò ad nos accedat.  
 Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. & Mat. 3. Pœnitentiam  
 agite appropinquabit enim regnum cœlorum  
 beatitudo conueniēter dicitur regnum secundum  
 glo. quia ibi habetur plena & perfecta copia bono-  
 rum omnium. nam, vt inquit Aug. orando adueniat  
 regnum tuum, per hoc nostrum desiderium exci-  
 tamus vt regnum suum in nobis veniat & in eo re-  
 gnare mereamur. Petimus etiam vt regnum siue spe-  
 ciale Dei regimen ad nos veniat quo ad præsentem  
 statum vt. s. ratio quæ est ad Dei imaginem creata  
 sit domina & regat sensualitatem ancillam quæ est  
 illa mala Iezabel quæ indies persequitur adhuc &  
 nonnunquam occidit prophetas Domini. i. multos  
 christifideles. Insuper & omnibus alijs mēbris Deū  
 benedicere debem⁹ sicut prius dixi ca. 15. de modo  
 deuotè orandi. Si enim Christus pro nobis in om-  
 nibus

nibus mēbris & sensibus passus est vt nos impalsi-  
biles & immortales efficeret, meritò oībus viribus,  
sensibus & potentijs aīæ totoq; corpore Christum  
laudare & benedicere debem⁹ per gratiarū actionē.

*¶ Christus passus est in omnibus membris & sensibus.*

**A** Planta pedis vsq; ad verticem capitis nō erat in  
eo sanitas. Esa. 1. vndē magnā vim faciebant qui  
querēbant animā suam. De anima fuerunt quatuor  
præcipuē opinionēs vbi. f. haberet principalē sedē.  
quidā enim dixerūt eā esse in capite ibi enim vigent  
principales sensus. alij dixerūt eā requiescere in san-  
guine, nā si quis perdit sanguinē perdit vitā. tertij di-  
xerūt eam esse in corde, nā cor est fons & radix vitæ  
quo læso homo moritur. Quarta est opinio vera &  
cōmunis quæ ponit eandē animam rationalē in nu-  
mero esse informatiuē & realiter in toto corpore &  
qualibet eius parte. In his ergo quatuor parentibus  
Iudæi & gentiles aīam Christi quæsierūt & magnis  
cruciatibus affecerūt. In capite fuit Christus passus  
& hoc in omnibus sensibus qui ibi vigent. primò in  
visu & oculis quibus amarē fleuit in die Palmarum  
appropinquās ciuitati Hierosolymę & in ara crucis  
cum clamore valido & lachrymis ad patrem pro no-  
bis preces fudit & exauditus est pro sua reuerentia,  
& eidē oculi in derisum velati sunt, à quibus intui-  
tus Petrus cognoscens peccatū suū fleuit amarē. se-  
cūdò in auditu, quia cōtumelias & opprobria multa  
audiuit. Sapien. 2. Contumelijs & tormento inter-  
rogemus eum. nam teste Bern. Aures illæ quæ au-  
diunt in cœlo sanctus sanctus sanctus, in terra audie-  
rūt peccatorū insult⁹, & quæ in cœlis melos audiūt  
angelorū, repletę sunt blasphemijs & irrisionib⁹ po-  
pulo-


pulor  
tertiò  
odorē  
fatigā  
rię. vi  
sus m  
tis fœ  
quar  
eius  
lerat  
& sp  
Intra  
in ta  
vniu  
vt di  
in qu  
cullu  
Cap  
perf  
sua c  
ciosi  
sima  
ciosi  
& fa  
mus  
intu  
perc  
tis e  
Esa.  
nas  
attr  
spat

pulorū. Thre. 3. In me psallebāt qui bibebāt vinum, tertio in odoratu, nam nares suauissimę ad quarum odorē reuiuiscunt mortui vt balsami aromatizantis fatigantur odoribus pessimis cadauerū loci Caluarie, vndē Christus dulcissimus animę nostrę spon- sus maximū etiā fœtorē sentijt quādo Iudæorū spu- tis fœtidis fuit delinitus & eorū spurcitiā circūdatus. quartō in gustu quā fuit felle & aceto potatus & os eius benedictū qđ tam sanā & dulcē doctrinā protu- lerat percussum est & repletū fœtidissimis spurcitijs & sputis Iudæorū adeo quod non immeritō dicat. Intrauerūt aque vsq; ad aīam meā. Psal. 68. quinto in tactu (qui est sensus magis viuax necessarius & vniuersalis. sine tactu enim nō potest homo viuere vt dicitur 3. de aīa) passus est maximē, nā caput eius in quo facilē homo dolores sentit fuit arūdine per- cussum & spinarū aculeis perforatū. nā vt dicit Ber. Caput illud diuinū densitate spinarū vsq; ad cerebrū perforatū est. & Ansel. Coronatus incedit sed ipsa sua corona est cruciatus, quia mille punctis eius spe- ciosissimū verticē vulnerauit. Facies eius speciosis- sima ex qua radij procedebāt clarissimi (est enim spe- ciosus forma præ filijs hominū) deturpata & sputis & sanguine vt leprosus videretur. Esa. 53. Nos vidi- mus eum quasi leprosum vndē nec reputauim⁹ eū, intumuit enim facies eius præ dolore & horribili percussione q̄ in domo Annę suscepit. Capilli capi- tis eius & barbæ per violentiam tracti & euulsi sunt. Esa. 50. Ecce dedi corpus meū percutiētibus & ge- nas meas vellētibus. Collū eius suauissimū colaphis attritū est graui ligno crucis, ex cuius pondere in spatula erat vuln⁹ profundissimū vsque ad ossa vbi sentijt

sentiit doloré intentissimum. Secundò in sanguine  
quæsierunt aïam suam quando oïbus venis aptis in  
flagellatione & crucifixione atq; crucis in terram  
violenta immisione sanguis eius abundè non per  
guttas sed peryndas de toto corpore emanauit adeò  
quòd ossa eius sicut cremium aruerunt & aruit tan-  
quam testa virtuse eius in qua nullus est humor, ita  
nec vnam quidem guttam sanguinis aut humoris  
Christus in corpore suo retinuit, vndè cætera oïa fe-  
cit Deus in numero, pondere & mensura. Sapien. 11.  
excepto opere nostræ redemptionis, ibi enim non  
seruauit numerum vt. f. vnam guttam vel decè san-  
guinis sui daret cùm tamen vna pro redemptione  
mille mundorum si essent sufficeret. non seruauit  
pondus vt. f. vnam vnciam vel libram effunderet. nò  
mensuram vt. f. vnum calicem mensuraret & reple-  
ret sed totum dedit totum effudit thesaurum infi-  
nitum pro inuentione & redemptione ouis deper-  
ditæ. Tertiò in corde aïam eius quæsierunt quando  
in latere fuit lancea perforatus quod vulnus virgo  
dolorosa in corde eius suscepit. Cùm enim triplex  
sit amor. f. sermonis, cordis, & operis siue verbalis,  
præcordialis, & realis vt innuitur 1. Ioan. 3. Non di-  
ligamus verbo neq; lingua tantùm ecce verbalis sed  
opere ecce realis & veritate ecce præcordialis. Ser-  
monis & verbalem amorem ostēdit nobis Christus  
in sapienti doctrina & prædicatione nos vtiliter in-  
struēdo. Esa. 48. Ego sum Dominus Deus tuus do-  
censte vtilia, amorem operis siue realem ostendit  
in miraculorum exhibitioe & realiter bonis omni-  
bus nos ditando. Iaco. 1. Omne datum optimum &  
omne donum perfectum desursum est descendens

à pa-

à pa-  
ret r-  
later-  
celli-  
betv-  
inim-  
lium-  
amo-  
lis. A-  
filios-  
celli-  
tum-  
test n-  
tur fi-  
uisca-  
mem-  
moni-  
quem-  
bapti-  
tur, à-  
nimæ-  
adult-  
cupie-  
Hiere-  
men a-  
minu-  
amico-  
inuen-  
quanc-  
pro ar-  
cis vn-  
Ro. 5.

à patre luminum. Non restabat ergo nisi vt ostende-  
 ret nobis amorem præcordialem quem ostendit in  
 lateris apertione qui omnem alium amorem præ-  
 cellit. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo ha-  
 bet vt ponat animam suã quis pro amicis, ac etiã pro  
 inimicis animã suam posuit. & hic amor omnem a-  
 lium amorẽ longè antecellit. Est enim quadruplex   
 amor. s. naturalis, matrimonialis, socialis, & anima-  
 lis. Amor naturalis est inter patrem seu matrem &  
 filios qui valde fortis est sed hunc Christi amor ex-  
 cellit. nulla enim mater vnquam filium suum in tan-  
 tum vt nos Christus dilexit. Esa. 49. Nunquid po-  
 test mulier infantem suum obliuisci vt non miserea-  
 tur filio vteri sui, & si illa oblita fuerit ego non obli-  
 uiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te vt sim  
 memor tui coram oculis meis semper. Amor matris  
 monialis inter virum & vxorem etiam fortis est,  
 quem tamen Christi amor erga animã sponsam in  
 baptismo susceptam antecellit. nam si vxor fornice-  
 tur, à viro repellitur & vltorius non recipitur: sed a-  
 nimæ nostræ cum diabolo alieno sponso frequenter  
 adulterium committunt, attamen Christus ad se  
 cupientes reuerti semper affectuosissimè recipit.  
 Hiere. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, ta-  
 men ad me reuere & ego suscipiam te dicit Do-  
 minus. Amor socialis est inter cõsocio & speculiares  
 amicos, quo fortior est amor Christi. Nullus enim  
 inuenitur amicus qui pro alio mori vellet, etsi fortè  
 quandoq; contingat quòd quis se exponat morti  
 pro amico fideli & innocenti, non tamen pro inimi-  
 cis vnquã quis hoc fecerit quemadmodũ Christus.  
 Ro. 5. Cũ adhuc inimici essemus Christus pro im-

pijs mortuus est. Amor animalis est inter animā & corpus qui est inter prædictos fortissimus. Nullum enim est in hoc mundo diuortium tam triste sicut in separatione animæ à corpore adeò quòd etiā Christus illud diuortium in agonia constitutus horruit dum sudorem sanguineum emisit. Corpus namq; est locus & mansio naturalis ipsius animæ, ideo animæ beatę anhelant ad corporis reassumptionē, nam in corpore glorioso maior est beatorum gloria, sed quia pro statu isto peccaminoso corpus aggrauat animā & tanq̃ domus siue habitatio impura impedit vt nō tam clarè aīa cognoscat nunc in corpore sicut extra & ad illū sensum corpus dici potest carcer aīę, ideo apostolus cupiebat domū illā purgari & lucidari per vestē glorię & immortalitatis. Cupimus inquit non expoliari sed superuestiri. s. veste claritatis glorię: nam post iudiciū aīę in corpore glorioso per corpus non impediētur à clara Dei visione & perfecta cognitione, imò tunc perfectius q̃ iam etiā à corpore separatę exhibunt in suos actus intellectionis, volitionis, cognitionis, &c. Hunc tamen amorem quantumuis intēfissimus sit Christi amor longè antecellit qui in tantū nos dilexit vt animā suā à corpore purissimo qui nō erat aliquo modo aīę suę carcer separari voluit vt nos ei æternaliter coniungeremur & illud maledictū reprobōrū diuortium, Discedite à me nō inciderimus. Quartò in toto corpore animā eius violēter quęsierunt & in qualibet eius parte animā Christi cruciata fuit. passus est enim in parte suprema quādo caput eius benedictū fuit spinis coronatū, facies eius alapis inflata & sputis deturpata ac barba depilata. In media parte corpus  
eius

eius fuit maximè attenuatū, quia dinumerauerunt omnia ossa sua, erat funibus & virgis dissecatū & apertū & sicut cordæ in cithara extensum. In extrema parte. scilicet in pedibus maximā pœnā est passus. Exprimimur enim quòd frigus vel alia læsio magis nos affligit in pedibus vel manibus quàm in reliquis partibus corporis quia sunt partes corporis magis sensibiles & minus carnosæ propter concurrentiā pluriū ossium & neruorū & venarū quæ in manibus & pedibus concurrunt. O deuote Christi sponsæ animæ christifideles hoc sentite in vobis nō solum auribus percipite quod & in Christo Iesu. Egredimini à statu vitiorū & huius seculi voluptatibus atque vanitatibus & videte oculis mentis regē Salomonē in diademate spineo in quo coronauit eum mater sua synagoga Iudeorū ex qua tamen secundū carnē natus est, videte quēso scabellum pedū eius. nam vnus pes super alterū eodem grosso clauo fuit perforatus & sic inexcogitabilis erat ille dolor in pedibus & manibus locis neruosis, nam continuè vulnera manū & pedū ampliabantur clauis, ipsa vulnera lacerabantur & propter corporis grauitatē quod aliquo modo cōtinuè laxabatur quia tribus horis ab hora videlicet sexta vsque nonā in cruce viuū pēdebat fiebat maior ruptura in manibus & pedibus. ¶ Sed quorsum hæc de passione Christi cum sumus de materia de gratitudine, hæc ideo in mediū pro deuotis & quibuscunque etiā alijs ingratissimè in mediū adduco, quia nihil est quod homines ad gratiarū actionē in tantū excitare potest sicut hæc Christi amarissima, opprobriosa & durissima passio quam pro nobis sustinuit ut ab æterna morte nos eriperet & filios Dei



in gloria patris efficeret. Ne ergo de tanto beneficio in die iudicij particularis & vniuersalis ingrati inueniamur frequenter deuota mente hanc Christi Iesu mortē cū gratiarū actiōe mēte reuoluamus. Sustinuit enim immaturā pronobis mortē, quia in flore vitæ: violentā, quia ab alijs & beneficiatis inflictā: acerbissimā, quia in locis neruosis: opprobriossimā, quia crucis. vilissimā, quia in medio latronū: longissimā, quia 18. horis vel circiter fuit in illa passiōe & agonia.

*¶ De doloribus virginis Mariæ.*

**O** Inquit Maria he u me fili an te sic fecit amor humani generis ebrium vt nec crucem putes opprobrium amoris gratia, vtinam mihi hæc crux ad portandum daretur sicut te in vtero meo portauit & in ea pro te mori possem. Dolor namq; virginis gloriosæ quæ plus quàm martyr extitit in passione teste Hiero. & Damasceno omnium martyrum dolores præcellebat. Primò, quia mater erat quæ naturaliter dolet de afflictione filij. Secundò, quia sola mater nullum habens secum patrem cum quo dolorem diuidere potuit. Tertiò, quia erat vnicus matri nec sperabat alium habere. Vndè meritò dicere potuit illud 2. Reg. 1. Sicut mater vnicum amat filium ita te diligebam. Quartò sensit maximū dolorē, quia præsens erat nec pœnam filij subleuare potuit. Magna est consolatio matri quando potest filium in pœna cōstitutum iuuare, osculari, & complexari, beata virgo in nullo poterat filium suum iuuare, audiuit eum sitientem, non potuit potum porrigere, quem si porrigere potuisset potu vberimarum lachrymarum sitim eius sedasset. non potuit vulnera eius alligare sicut in circumcisiōe. nō potuit nuditatem corporis  
velo

velo capitis tegere sicut eum p̄nis in Bethleem inuoluit. vidit caput ad eam inclinantem dicendo, Mulier ecce filius tuus, sed non poterat sustentare. Videbat ipsum in cruce flentem & nequirit lachrymas eius extergere, &c. Quælibet deuota anima in suis contemplationibus existens hæc & similia meditando spiritualiter ista facere conabitur quæ Maria corporaliter facere nō poterat. Quinto sensit virgo dolorem maximū attendens dignitatem patientis quæ erat infinita. Erat enim Christus Deus rex gloriæ: intentissimo ergo afficiebatur dolore virgo Maria videns & audiens quòd Deo Christo regi tot inferbantur cōtumeliæ, irrisiones, maledictiones, & afflictiones. Et quamuis diuinitas pati non possit, tamen quia humanitas illa erat organum quoddā & vestimentum diuinitatis habitu enim inuentus est vt homo. ideo omnis iniuria facta illi humanitati & corpori Christi censetur facta Deo sicut qui frangeret vel spueret in vestem qua indutus est rex diceretur iniuriā facere regi. Cū ergo videris figuram crucifixi in tēplo cum gratiarum actione & compassione dices. O quā crudeliter dilacerata est illa vestis deitatis pro redemptione humani generis. In quantum rex homo erat de progenie regali & sacerdotali genitus rex & sacerdos summus innocentissimus sapientissimus ex miraculis sanctitate & doctrina famosissimus. Bern. Captiuorum libertas capitur, gloria angelorum illuditur, Deus omnium flagellatur, candor lucis æternæ & speculū sine macula conspuitur. Et cum vita omniū occidatur, quid restat nobis miseris agendum nisi eamus & moriamur cum eo per compassionem. s. eius atq; matris. &

Aug. Expalmatur qui est vera palma victoriae, spinis coronatur qui peccatorum spinas venit confringere, ligatur qui soluit compeditos, disciplina ceditur, salus vulneratur, vita moritur, occiditur ad tempus vita à morte vt in perpetuum à vita occidatur mors. Sextò facta est virgo Maria mater dolorosa perpendens peruersitatē & ingritudinē inferentiū quātò plures concurrunt & diuersorū statuū & amici & valde beneficiati ad inferendū mortē valde ignominiosam alicui tantò maior dolor & afflictio sequitur in passo & in quolibet attinenti & amico eius. Sed ad inferendam istam opprobriosam mortem occurrerūt de omni genere & statu, ac etiā q̄ erāt prius discipuli & beneficiati, & ideo ex hac parte in Christo & matre fuit summus dolor. Psal. 2. Altiterūt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominū & aduersus Christū eius. deductionē huius videre poteris in 4. parte sum. Anthonini, qui ad longū istos dolores & circumstantias septē passionē Christi aggrauantes deducit ti. 15. cap. 41. Septimò solennitas temporis Paschalis augebat Christi passionē & virginis dolorē: nam tunc maior erat confusio, quia tunc de omni pœnē natione conuenerant Hierusalē ad illud festū. Octauò vilitas loci ostēdit augmentationē doloris: crucifixus est enim in loco Caluarię vilissimo & foetidissimo vbi erāt mortuorū ossa & cadauera sicut nūc in patibulo & ibidē interficiebantur sceleratissimi hoīes vbi virgo Maria filiū in alto ligno pendentē respiciēs dicere poterat illud Thre. 1. Idcirco ego plorans & oculus meus deducens lachrymas quia longē factus est à me consolator. Nonò societas consultiuentiū. s. duorū latronū  
auxit

auxit dolorem in filio & in matre. Decimò paucitas  
 fructus seu vtilitatis passionis propter ingritudi-  
 nē & hominū peruersitatē augebat dolore in Chri-  
 sto patiēte & in matre cōpatientē. Sicut enim ex ma-  
 gno lucro quod quis videt se cōsequi ex suo labore  
 multū consolatur. ita econtra cum maximo dolore  
 & labore quem quis tollerat videt consequi modi-  
 cum fructū, multum inde tristatur, & ideo vt suprā  
 dixi hęc vna fuit causa quare sudorē sanguineū in  
 orto Oliueti emittens tristis erat eius anima vsq; ad  
 mortē, vidēs. s. quòd eius amatissima instans passio  
 in plurimis etiā christifidelibus ingratissimè frustraretur  
 Micheæ. 7. Vē mihi quia factus sum sicut qui colligit  
 racemū in autumnō. Nam tūc vindemiata vinea  
 non reperitur nisi aliquis racemus, ita & in tempo-  
 re passionis totā pœnē vineam humani generis vin-  
 demiauit diabolus & occupauit vt sibi subditam.  
 Remanserunt aliqui parui racemi sed pauci, vt latro  
 conuersus, Centurio Christi fidem confessus, &  
 quidā alij quos Christus collegit precio sui sangui-  
 nis. ¶ Hos dolores virgo in corde recondens me-  
 ritò dicere poterat illud Canticorum primo. Fasci-  
 culus mirrę dilectus meus mihi inter vbera mea  
 commorabitur. Attamen his doloribus intentis-  
 simis non obstantibus, maluit tamen virgo Chri-  
 stum eius vnigenitum mortem crucis subire quàm  
 genus humanum aliàs perire. vndē duo amores &  
 duo dolores in corde virginis altercabantur. Amor  
 filij, id est, erga filium nolebat ipsum pati, Amor  
 humani generis volebat ipsum pati qui præualuit.  
 Similiter dolor quidam fuit de morte filij & alius  
 quē habuit de nostra pditione qui vicit primū. vndē

non immeritò dicere potuit cum apostolo ad Phi. 1.  
Mihi viuere Christus est & mori lucrū ac si dicat, vi  
ta filij mei vita cordis mei est mors vero sua est lu  
crū generis humani. Vndè triplex fuit mors & gla  
dius doloris virginis Mariæ. Vna quando fuit sepa  
ratio matris à filio quæ fuit amara. Secunda separa  
tio animæ Christi à corpore quæ fuit virgini multū  
amarior. Tertia separatio aīæ Christi à spiritu vir  
ginis. Anima namq; Christi corpus Mariæ viuifica  
bat: spiritus verò virginis cum spiritu Christi vnitus  
fuit. magis enim erat spiritus beatę Mariæ cum filio  
suo benedictò quàm in corpore suo proprio. Stabat  
iuxta crucē Iesu mater eius Ioan. 19. super quo ver  
bo dicit Ansel. Stabat Maria in fide constantissima &  
patientissima. nam discipulis fugientibus cunctisq;  
viris recedentibus in gloriā totius feminei sexus in  
ter tot pressuras filij sui constanter ipsa sola stabat in  
fide Iesu & pulchrè, viriliter & constanter, patiēter  
stabat vt decet pudicitiam virginalem, non se lania  
bat in tanta amaritudine, non maledicebat, nō mur  
murabat, nec vindictam hostiū à Deo petebat, sed  
stabat disciplinata verecunda virgo patientissima,  
lachrymis plena, doloribus immersa. ¶ O Domina  
quos fontes lachrymarū dicā erupuisse de pudicif  
simis oculis tuis cum attenderes vnicū filiū tuū in  
nocentē corā te flagellari, maētari, & carne eius dis  
cecari crudeliter & tamen diuinæ voluntati confor  
mis fuisti patienter propter generis humani redem  
ptionē. Idem Ansel. in sermone de passioe Domini  
sic inquit. Quod in carne Christi agebant clauī &  
lancia hoc in virginis mente passio naturalis affe  
ctionis & materna angustia, clauī vtq; & lancea pas  
sionem,

fione  
fo æ  
lore  
tur  
gauc  
tum  
ditat  
sona  
filiū  
mor  
non  
guis  
eius  
spec  
erat  
quia  
pera  
erat  
& to  
tus &  
fili n  
fili d  
qua  
amp  
sine  
tu n  
nun  
pro  
lam  
de t  
ad t  
vt e

sionem, affectio materna compassionē. Quis qua-  
 so aestimare potest, quanta tristitia, mœrore & do-  
 lore vulnerabatur cor maternū super vnici & na-  
 turalis filij passione quem tam castè concepit, tam  
 gaudiosè peperit, tam dulciter aluit: vidit eum liga-  
 tum & soluere nō potuit vt suprâ. Idē Ansel. in me-  
 ditationibus in tractatu de passio[n]e virginis in per-  
 sona Mariæ loquens dicit. Aspiciebam Dominū &  
 filiū meū in cruce pendentem & morte turpissima  
 morientem, & tanto dolore vexabar in mente quōd  
 non possum eum explicare sermone. Manabat san-  
 guis ligno manibus pedibusq; confixis, de vultu  
 eius effluerat pulchritudo omnis qui tamen erat  
 speciosus forma præ filijs hominū, quia iniquorum  
 erat fœdatus sputis. Ille mihi dolor erat maximus,  
 quia videbam me deserri ab ipso quem virgo conce-  
 peram & genueram, nec supererat alius quia mihi  
 erat vnicus. videbā eum mori quē dilexit aīa mea  
 & tota liquefiebā præ doloris angustia, dabā gemitus  
 & suspiria, flebam dicendo per talia verba. O  
 fili mi charissime, ô benigne nate, ô amor vnice  
 fili dulcissime da mihi mori tecum & ne derelin-  
 quas me, nihil mihi dulcius verè quàm mori tecum  
 amplexata cruce, & nihil amari<sup>9</sup> certè quàm viuere  
 sine te. tu mihi pater, tu mihi filius, tu mihi sponsus,  
 tu mihi thesaurus, tu mihi gaudiū, tu mihi omne bo-  
 num. nunc orbor patre, viduor sponso, deseror  
 prole, omnia perdo te vno perduto. Bona. in tra. de  
 lamentatione Mariæ, licet ore non loquebatur cor-  
 de tamen dicebat. O mi fili vnice vt quid te genui  
 ad talem mortem. Tu mihi pater, &c. Quis mihi det  
 vt ego moriar pro te, suscipe me in tuo patibulo vt

qui vna vita viuunt & vno amore se diligunt vna  
morte moriantur. Pro crucifixoribus orasti, latroni  
hodie paradysum promisti, si non vis vt moriar te-  
cum saltem benignus aliquod relinque consilium,  
desine mihi esse durus qui multis semper benignus  
fuiſti. Dulcis Iesus hæc tacitus audiens matri com-  
patiens ait. Mulier ecce filius tuus. Vndè præsentia  
& compaſſio matris dedit filio indicibilem etiam  
causam doloris. Foderis ô dulcis Iesu diris clauis  
extra, asperius intra ex compaſſione virginis matris  
tecum hæc omnia tormenta participantis. Beata  
virgo Maria teste August. ita ingenti dolore in pas-  
sione filij defatigata erat vt iam deficiens ad Christi  
funus vix potuerit peruenire. vndè etiã sanctarum  
mulierũ manibus sustentata fuit, & ad sepulchrum  
Christi tertio die venire nequiuit, quantumcunque  
tamen erat dolor virginis intentissimus adeò quòd  
nisi Deus eam specialiter in vita præseruasset cor  
eius præ dolore nimio atq; vita defecisset, exterius  
tamen non ostendit aliqua impatientiæ signa ne-  
quaquam obliuiscens fidei catholicæ & virginalis  
pudicitie. Non ergo aliquod indecens suæ pudicitie  
aut virginali honestati derogans commisit. Quare  
fabulosum est & derogans virginali honestati dicere  
virginem gloriosam cucurrisse ad modum amentis  
mulieris hincinde de domo ad domum vbi Christus  
illusus & passus fuit & ductus, ac in signum angu-  
stiarum suarum crines euulſisse & alios gestus atq;  
manuum comploſus ostendisse, sicuti desperatæ &  
impatientes scemine facere solent. vndè Origen. in  
quodam ser. de passione. Omnis beatæ virginis do-  
lor in Christi passione conceptus sic intra suæ clau-  
stra

stra d  
ordin  
tum l  
fam  
sione  
dolor  
grem  
Dom  
Iudæ  
fisti r  
sic no  
grem  
in na  
vnic  
solat  
long  
spon  
mev  
O fil  
neris  
ago.  
labe  
cula  
cruc  
neri  
nos  
mæ  
& p  
rito  
in. c  
verl  
alleg

fra detinebatur, vt nec minimè impatientiæ aut in-  
 ordinationis signo exterius se proderet nisi inquan-  
 tum lachrymarum effluxio oculi materni impetuo-  
 sam anxietatem indicabant vndè maximã compas-  
 sionem cum Christo habuit. Lamentatio amorosa,  
 dolorosa, & deuota virginis Mariæ filium mortuũ in  
 gremio suo tenētis ponitur ab Aug. in li. de passione  
 Domini. Quid fecisti inquit fili charissime, quare te  
 Iudæi crucifixerunt, quæ causa mortis tuæ, commi-  
 sisti ne scelus vt tali morte perires? Non fili non, sed  
 sic nos redimere dignatus es, & monte mortuũ in  
 gremio teneo vbi est gaudium illud indicibile quod  
 in natiuitate tua habui, dic fili charissime, dic amor  
 vnice, vita animæ meæ, singulare gaudium, vnicum  
 solatium quare me sic in dolore permittis cur tam  
 longè factus es à me. Mi natæ tu mihi pater tu mihi  
 sponsus, &c. vt suprâ. quid faciam quo vadam quo  
 me vertam dulcissime, quis mihi solatium præstabit.  
 O fili mi quàm dura & amara est tibi humani ge-  
 neris redemptio, pro qua tamen patri & tibi gratias  
 ago. Si virgo Maria quæ tota pulchra fuit nec  
 labe originalis mortalis vel venialias vnquam ma-  
 culata tam patienter sustulit hos durissimos filij  
 cruciatus & gratias de beneficio redemptionis ge-  
 neris humani maximas Deo egit quantò magis  
 nos peccatores qui causa fuimus illius acerbissi-  
 mæ passionis, qui & multotiens eius vulnera  
 & passionem peccatis nostris renouamus, me-  
 rito grati esse debemus benedicendo Dominum  
 in omni tempore, ore, corde, & opere. Iuxta  
 verbum in principio huius secundæ partis præ-  
 allegatum.



¶ *Omnes creaturæ nos excitant ad gratiarum actionem.*

**P**rimò quia cum omnia fecerit Deus propter hominè teste Aug. Quælibet creatura est quoddam beneficium homini collatum vt inuitet eum ad regratiandum Deo de tali beneficio. ¶ Secundò pulchritudo virtus ipsarum creaturarum & ordo eis à Deo datus in operibus suis què sine defectu seruât, quasi per hoc cognoscentes beneficium & Deū suo modo laudantes secundum illud canticum triū puerorum. Danie. 3. Benedicite omnia opera Domini domino, laudate & superexaltate eum in secula, nos incitant ad Deum laudandum. Laudant aut & benedicunt irrationalia Deū sicut vulgariter opera dicuntur laudare suum artificē. Nam pulchritudo aliquius scripturæ vel picturæ manifestat sapientiam vel artem artificis vndè ipse laudatur. Ita videndo aliquam pulchram creaturam & in eius pulchritudine delectando, Deum illius creatorē laudabimus & ad pulchritudinem cœlestis gloriæ anhelabimus. ¶ Tertiò inuitât nos creaturæ ad regratiandū Deo, quia omnes exceptis angelis sunt nobis inferiores. Et cum Deus potuisset nos nō fecisse, vel vilissimas creaturas, nobilissimas fecit. Anima enim nostra ad imaginem Dei creata cuius pulchritudo & nobilitas vt suprâ dixi, ex tribus maximè perpenditur. Ex nobilitate creationis, sollicitudine inquisitionis, & preciositate redēptionis. Disce ergo ait Bernardus considerare singula quæ tibi apponuntur, vt nulla sint quæ debita gratiarū actione frustrētur. ¶ Quælibet creatura secundū Hugo. de sancto Victore, alioquitur nos tribus verbis Accipe, redde, fuge.

¶ *Accipe*

¶ *Accumulatione, ac ratione animalis de. f. o. ideo m. tibi ob. sibi ob. & sibi ne ing. paratu. tional. tori g. candu. titudin. contra. iudici. ætern. Arma. inimic. accusa. offenc. hil est. luna, tra no. quære. ambu. Abyr. flores. comm. non I. nunc*

Accipe inquit cœlum à me illuminationē & motum, accipe inquit ignis à me calorem, ab aère inspirationem, ab aqua refrigerium, accipe ait terra à me animalia, victualia, muneralia, & sustentationē. Redde. f. obsequiū tuo benefactori & creatori meo qui ideo me creauit vt tibi seruire ego vt grata semper tibi obsequor dum tibi seruiō. tu ergo multò magis sibi obsequium præstes in honorem suū me vtendo & sibi de meo obsequio tibi impenso gratias agēdo ne ingratitude arguaris. Fuge. f. supplicium tibi paratum propter ingratitude. nam o anima rationalis si ingrata fueris non bene me vtendo & creatori gratias agendo omnes contra te erimus ad iudicandum siue accusandum coram Deo tuam ingratitude. Sapien. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. nam reprobos & ingratos in die iudicij omnia elementa & mundus accusabunt ad æternam damnationē. Nam vt dicitur eodem cap. Armabit creaturam. f. ad accusandum ad ultionem inimicorum Deus. beatus Greg. Si quæris quis te accusabit? dico totus mūdus, offenso enim creatore offenditur totus mundus. & Chrysost. In illa die nihil est quod respondeamus vbi cœlū & terra, aqua, luna, sol, dies & noctes, & totus mundus stabūt contra nos. f. ad accusandum. Terra dicere posset si loqueretur. ego vos peccatores sustinui cum me deambularetis nec aperta sum vt viui cum Dathan & Abyron absorpti essetis, dedi vobis virides herbas, flores amenissimos & fructus suauissimos, &c. vt communi creatori seruiretis sed omnib<sup>9</sup> abusi estis non Deo sed vestro ventri seruiendo & ideo à me nunc absorbeamini. Aër dicere posset, dedi vobis  
 spiras

spiraculum vitæ, pluuiã, rosẽ, auiũ multitudinem.  
Aqua me ipsam præbui vobis in refrigerium contra  
æstus, in lotionẽ contra maculas, in materia sacra-  
mentorum, pisces in me natantes in cibũ, &cæ. sed  
ipsi peccatores me in malũ vsifunt & ideo per me  
submergantur. Ignis quia sine calore meo viuere  
non potuissent sed ingrati de vsu meo fuerunt, ideo  
à me sine consumptione semper exurantur. Simi-  
liter de sole firmamento & alijs corporibus præ-  
cipuè cœlestibus à quibus hæc inferiora multum  
dependent deduci possiet. ¶ Vndè in die iudicij  
contra ingratos & reprobos erunt multiplices ac-  
cusatores præcipuè tres, sancti, dæmones, & totus  
mundus. ¶ Sancti inquam reprobos accusabunt à  
quorum consortio per peccatum recesserunt quos  
in præsentì contumelijs affecerunt, vel quorũ festa  
violauerunt aut loca prophanauerunt vt dicitur præ-  
dicto ca. sap. 5. Stabunt iusti in magna constantia. s.  
ad accusandũ aduersus eos qui se angustia uerunt &  
qui abstulerunt labores eorum, videntes aut. s. re-  
probi turbabuntur timore horribili. & Apoca. 6. di-  
citur, quòd sancti clamant, vsquequo Domine san-  
ctus & verus non iudicas & vindicas sanguinẽ no-  
strum ab his qui sunt in terra. Et dictum est illis. Su-  
stinete modicum donec impleatur numerus fratrum  
vestrorũ vsq; .s. ad iudiciũ. ¶ Dæmon etiã accusator  
callidissimus erit Apoc. 12. proiectus est in terram. s.  
infernalem accusator noster sathanas qui accusabat  
fratres ante Deũ die ac nocte. Aug. ad Iulianũ comi-  
tem ait, Præsto tunc erit diabolus recitãs verba pro-  
fessionis nostræ obijciẽs nobis quæcunq; fecerim  
& in quo loco & in qua hora peccauimus & quid  
boni

boni  
ster c  
iudic  
esse n  
miser  
inob  
tatis  
tus e  
inno  
mea  
esse  
¶ T  
¶ T  
repro  
Prin  
Hie  
Ma  
per  
& n  
nuo  
He  
loc  
No  
ma  
& r  
occ  
do  
.s. o  
de  
bu  
Ac  
&

boni

boni tūc facere potuimus. dicturus est enim ille no-  
 ster capitalis hostis & aduersarius. Equissime iudex  
 iudica hunc. f. reprobū meū esse ob culpā, qui tuus  
 esse noluit per gratiā, tuus est per naturā, meus ob  
 miseriā, tuus ob plasmationē, meus ob suasionē, tibi  
 inobediēs, mihi obediens. A te recepit immortalitatis  
 stolam, à me accipit hanc pannosam qua indu-  
 tus est. Tunicam tuam nuptialē charitatis & vestem  
 innocentiae in baptismo susceptam dimisit & cum  
 mea huc venit. Equissime iudex iudica ergo hunc  
 esse meū & mecum aeternaliter esse damnandum.

¶ Tertiò totus mundus reprobos accusabit vt dixi.

¶ Testes etiā tūc tres erūt testimoniū dantes de iusta  
 reprobōrū dānatione. f. Deus, consciētia & angelus.

Primus testis suprā quēlibet iudicandū est ipse De<sup>o</sup>  
 Hier. 29. Ego ero iudex & testis dicit Dominus. &  
 Mala. 3. Ero testis velox oībus maleficis, adulteris,  
 periuris, &c. qui nō solū est verus sed & ipsa veritas,  
 & nō ex auditu sed ex visu testimoniū dat: Oīa enim  
 nuda & aperta sunt oculis eius, nihilq; ei ignotum.

Hebre. 4. Oculi Domini lucidiores sole qui in omni  
 loco contemplantur bonos & malos. Prouerb. 15.  
 Non autem hoc repugnat in isto iudicio sicuti in hu-  
 mano iudicio vnam scilicet personam esse iudicem  
 & testem quae veritas est, & vt testis manifestabit  
 occulta hominum, vt iudex sentētiabit & sentētiā  
 do maleficos condēnabit. Secundus testis est intus,  
 f. conscientia. Roman. 2. Testimonium illis red-  
 dente conscientia sua & cogitationibus accusanti-  
 bus & defendētibus in die qua iudicabit Dominus.  
 Accusantibus. i. remordentibus quo. f. ad mala opa  
 & defendētibus. i. excusantib<sup>9</sup> à malo quo ad bona  
 opera.

opera. De super audi verbū notatū dignū Augu. ii.  
q. 3. quod nos excitare debet vt contēnamus iudicia  
hominū. Sentite inquit de Augustino quicquid li-  
bet sola me in oculis Dei conscientia non accuset. i.  
testificetur. ¶ Tertius testis erit angelus bonus &  
præcipuè qui vnicuiq; datus est ad custodiā, de quo  
intelligi potest illud Iob 16. Ecce testis meus in cœ-  
lis & conscius meus in excelsis. Et illud reuelabunt  
cœli. i. angeli, iniquitatē eius. s. testificando cōtra pec-  
catores de malis eorū. Quamuis autē angeli nunc nō  
sciant cunctas cogitationes hominū, tamen diuina  
operantē virtute tunc scient. Nam vt dicit Thom. in  
4. dist. 43. q. vlt. In vltimo & cōmuni iudicio oportet  
quod diuina iustitia omnibus euidenter appareat  
quæ nunc in plærifq; latet. Sentētia autē dānantis vel  
præmiantis iusta esse non potest nisi secundū merita  
vel demerita pferatur. Et sicuti requiritur vt iudex  
& eius assessor merita causæ cognoscāt ad hoc quod  
iustā sententiā proferant. Ita oportet vt iusta senten-  
tia appareat quod omnibus sententiā cognoscenti-  
bus merita innotescant. Vndē sicut tunc vnicuique  
nota erit sua dānatio vel præmiatio & omnibus alijs  
innotescet. Ita oportet quod sicut quilibet sua me-  
rita vel demerita reducet ad memoriā, ita etiam &  
aliena eius cognitioni subiaceant. Et hæc est cōmu-  
nior & probabilior opinio. Quāuis magister senten-  
dist. 14. dicat contrariū. s. quod peccata quæ deleta  
sunt per pœnitentiam in iudicio alijs non patefient.  
Posset tamen hoc dictum magistri saluari dicendo  
quod peccata iustorum non venient in notitiam vt  
peccata, sed vt dimissa. Nam de eis nullum tunc ru-  
borem habebunt, sed Deo gratias agent, quod per  
pœni-

pœnitentiam deleta sunt. Quomodo autē hoc fieri  
 poterit quòd quilibet omnia merita & demerita  
 propria & aliorum vno intuitu videre poterit diffi-  
 cile est nunc compræhendere. & de modo tradunt  
 doctores diuersas opiniones, sed hoc fiet principaliter  
 diuina virtute ad hoc operante & coadiuuante,  
 vel in instanti, vel vt verisimilius est in tempore bre-  
 uissimo. nam teste Aug. 2. de ciui. Dei. Mirā celeritate  
 omnia mentis intuitu enumerabuntur. Et sic dicit  
 apostolus 1. Cori. 15. Omnes quidē resurgemus  
 sed non omnes immutabimur. s. de statu miseræ ad  
 statum gloriæ quia non mali sed boni tantum. In mo-  
 mēto, in ictu oculi, in nouissima tuba quæ tuba erit  
 virtus diuina ad resuscitandum vel ipsa Christi eui-  
 dens præsentia, aut vt alij dicunt erit vox Christi res-  
 surrectionē imperantis sicut imperat mari & cessat  
 tēpestas. Mat. 8. de qua voce dicit ppheta. Psal. 67.  
 Ecce dabit voci suę vocem virtutis date gloriā Deo.  
 O tremenda illa vox tubalis. Surgite mortui venite  
 ad iudicium, de qua Hebre. 9. Siue comedam, siue  
 bibam, siue aliquid aliud faciam semper meis inso-  
 nare videtur auribus illa horribilis tuba Surgite  
 mortui, &c. quotiens diem illum considero totus  
 contremisco, & non immerito, quia vt dicitur So-  
 pho. 1. Vox diei Domini amara tribulabitur ibi for-  
 tis scilicet in sanctitate. Et si iustus vix saluabitur, im-  
 pius & peccator vbi parebūt. 1. Petri 4. De hac voce  
 tubali dicit apostolus 1. Thessal. 4. Ipse Dominus in  
 iussu in voce archangeli & in tuba Dei descendet de  
 cælo & mortui qui in Christo sunt resurgēt primi:  
 inde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur  
 cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra &

sic semper cum Domino erimus. ¶ Prædictis detestibus & accusatoribus concordat verbum Chryso. super Mat. cum inquit, Accusat peccatorē ppria conscientia quā polluit, creator quē offendit, culpa quā cōmisit, diabolus cui seruiuit, scriptura quam transgressus est, creatura qua abusus est, tempus quo expectatus est. Tot igitur testib<sup>9</sup> quomodo valebit q̄s resistere quod se ad excusandū excusationē de peccatis laboret, conuincet illū Dominus dicēs. Nonne hæc condita sunt apud me & signata in testamento meo? tunc obmutescet pctōr. ¶ Hæc ideo de iudicio hic in mediū adduco vt Deo semper gratias agamus ne tūc ingrati habeamur, & cū reprobis ingratis illā horribilē dānationis & ingratitude scientiā audiamus, Esuriui & nō dedistis mihi māducare, &c. Discedite ergo à me maledicti in ignē æternū. Hortor igitur vos fratres præcipuē vt nunc tpe noui testamenti quod dicitur tps gratiē nulla pertranseat hora sine gratiarū actione ne inuacuū gratiā Dei recipiatis. Inuacuū & frustra recipit Dei gratiā. i. eius beneficia qui ea nō recognoscit, nō laudat, nō ea exercet in multiplicando, & sic non solū demeretur alia sibi dari sed & collata sibi auferri secundū illud Gre. ii. q. 3. Priuilegiū meretur amittere qui concessa abutitur potestate. econtrā dicitur Eccl. i. i. Ad locū vndē exeūt flumina reuertūtur vt iterū fluāt. Flumina .s. gratiarū, de mari. s. diuinæ largitatis oīa exeūt, & si non reuertantur ad ipsum mare vndē exeūt. s. per beneficiorū recognitionē & gratiarū actionē explicantur & aqua gratiē priuātur, sed si redeūt ad mare, Deū. s. regratiādo ab eo recipiūt fluxū aliarū gratiarū siue beneficiorū. ¶ Opus gratiarū actionis est  
præ-

precipuū exercitiū & opus sanctorū & sup̄ne patrię,  
 scđm illud Esa. 51. Gaudiū & lætitia inuenietur in  
 ea gratiarū actio & vox laudis. Et ideo quantò quis  
 copiosius & perfectius se exercet in gratiarū actiōe  
 tātò magis appropinquat statui beatorū. Psal. 49. Sa-  
 crificiū laudis honorificauit me. vndè & de superna  
 Hierusalē dicit Thobie 13. quòd per vicos eius can-  
 tabitur Alleluya quod interpretatur laudate Domi-  
 nū. ¶ Etiā hoc opus gratiarū actionis laudis & bene-  
 dictionis efficacissimū est remediū euadendi tribu-  
 lationes, tentationes, & angustias in quib⁹ quis con-  
 stitūt⁹ est, sicut habetur Dani. 3. de Anania, Azaria &  
 Misaele missis in fornacē ignis ardētis laudantibus  
 Deū & benedicientibus. Nam ignis ille eis non no-  
 cuit sed & angelus Domini descendēs in fornacem  
 confortauit eos. Ideo namq; in diuersis sacrę scri-  
 pturę passibus hortamur ad gratiarum actiones.  
 1. Thef. 5. In oībus gratias agite. Luc. 18. Deus gra-  
 tias ago tibi. Collos. 3. Omne quodcunq; facitis aut  
 in verbo aut in ope, oīa in noīe Domini nostri Iesu  
 Christi facite, gratias agentes Deo & patri. Tho. 4.  
 Omni tpe benedic Deū. Psal. 102. Benedic aīa mea  
 Dominū & oīa quę intra me sunt nomini sc̄tō eius  
 .s. tribus aīæ potentijs Deū laudando modo sup̄rà  
 p̄missō. O christiane benedic ergo semp̄ Domino  
 & noli obliuisci oēs retributiones eius. vndè vt dicit  
 Aug. in meditationibus. Ad diligendū Deū nihil tan-  
 tū valet sicut beneficiorū cū gratiarū actiōe frequēs  
 meditatio, vt sup̄rà etiā tetigi cap. 12. de amore Dei.

¶ *Doctrina & modus agendi gratias Deo.*

**O** Altissime omnipotens Deus liberalissime da-  
 tor & omniū remunerator, gratias immensas



ago de innumeris beneficijs mihi & toti humano generi collatis. ¶ In primis quòd teipsum nobis dedisti multipliciter. Primò in fratrem nostrum & confocium nostræ peregrinationis. Gen. 37. Frater noster & caro nostra est. & Baruth 3. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est. Secundò in seruum nostræ necessitatis in summo labore, sudore, & angustia trigintatrib<sup>9</sup> annis nobis sollicitè inseruièdo. Philip. 2. Exinanauit semetipsum formã serui accipiès. Tertiò in preciũ nostræ redèptionis Matth. 22. Filius hominis venit dare animã suam in redemptionem pro multis. Et I. Pet. I. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed precioso sanguine agni immaculati Christi & incontaminati. Glorificate ergo fratres dilectissimi & portate Deum in corpore vestro, quia empti estis precio magno I. Cori. 6. Quarto dedisti teipsum in cibum nostræ refectiois & salutationis. Ioan. 6. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ego enim sum panis viuus qui de cœlo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. O legalissime dator omnia nobis donasti. s. carnem in refectioẽ, sanguinem in ablu-tionem, animam in redemptionem, deitatem in frui-tionẽ, & omnia temporalia oues & boues cæteraq; creaturas subiecit sub pedibus nostris. In signũ hu-ius liberalis donationis in manibus perforatus fuit ad innuẽdum quòd omnia stillarũt per manus eius & nihil retinuit, nudus enim hunc mundum ingres-sus & egressus est. Nec vnã quidem guttam san-guinis retinuit sicut vas perforatum nihil liquoris retinet. Hanc donationẽ amorosam memorat Aug. dicens,

dicer  
buit  
subst  
ipsu  
enim  
in ed  
bis e  
nam  
diem  
tibile  
in æt  
guin  
pecc  
ne in  
mell  
vix  
fatig  
ten  
tien  
uici  
clau  
stus  
tibi  
nefi  
tuar  
naci  
tion  
tiar  
sti.  
cha  
gra  
dot

dicens. Quid retribuā Domino pro omnib<sup>9</sup> quę tri-  
 buit mihi, donauit vitā, scientiā, voluntatē liberā,  
 substantiam & ingenium, & quid plura donauit? se-  
 ipsum & omnia sua, vt omnia essent nostra. Quid  
 enim, inquit Bern. plus dare debuit quā seipsum  
 in edulium, maiora dilectionis signa & beneficia no-  
 bis exhibuit quā patribus veteris testamenti. Illis  
 namq; dedit manna corruptioni obnoxiiū in alterū  
 diem reseruatum: nostrū verò manna est incorrup-  
 tibile quod impingat animam & quo anima viuet  
 in æternum. Illis dedit aquam de petra, nobis san-  
 guinem de latere. O christifidelis anima à fordibus  
 peccatorum in hoc benedicto sanguine tineta & lota  
 ne immemor sis tantorum beneficiorum, dic cum  
 mellifluo Bernar. De cætero memor ero quamdiu  
 vixero laborū quos Christus pertulit in prædicādo,  
 fatigationū in discurrendo, vigiliarum in orando,  
 tentationum in ieiunando, lachrymarum in compa-  
 tiendo, insidiarum in colloquendo, postremò con-  
 uiciorum, sputorum, colaphorum, subsanationum,  
 clauorum, &c. Alioquin requiretur à me sanguis iu-  
 stus qui effusus est super terram. ¶ Secundo gratias  
 tibi ago misericordissime Deus de tam mirifico be-  
 neficio quòd animam meam ex nihilo ad imaginem  
 tuam creasti & eam in baptisinate caractere siue sig-  
 naculo indelibili insigniisti, ecclesiæ & congrega-  
 tioni fidelium incorporasti, & vsum trium poten-  
 tiarum volūtatis, intelligentiæ, & memoriæ tribui-  
 sti. Eamq; tribus virtutibus theologis, fide, spe, &  
 charitate adornasti, & varijs spiritus sancti donis  
 gratiarū sciētia, castitate, prudētia, alijsq; virtutibus  
 dotasti. reuolue ibi cum gratiarum actiōe & recog-

nosce sapientiã, scientiã, & spiritus deuotionẽ, cetera-  
raq; alia animæ dona præ ceteris tibi abudẽ collata  
non inde gloriando, nec tibi ipsi aut meritis tuis as-  
scribendo sed Deo tuo creatori omnium largitori.

✠ Tertio benedico, laudo, & glorifico te Deũ meũ  
qui mihi de tua singulari gratia tãto tpe peperceris  
vt diu nõ fuerim in profundũ abyssi dimersus pro-  
pter demerita, grauitatem, fœditatẽ, & multitudinẽ  
scelerum meorum quæ scio longẽ plura & maiora  
commisisse quàm nonnulli æternẽ morti addiẽti. Ac  
insuper à multis maioribus & varijs alijs crimini-  
bus & tentationibus me singulariter præseruasti in  
quæ verisimiliter cecidissem sicut quamplures alij,  
nisi specialiori subsidio gratia & Dei adiutorio suf-  
fultus fuisset. ¶ Quarto regrator omnipotẽti Deo  
creatori patri meo sollicito de diuersis bonis inspira-  
tionibus, iocundis uisitationibus & mentalibus con-  
solatiõibus, quodq; tot varijs modis ante ostiũ cor-  
dis pulsando vt suprã dixi 12. ca. Infinitis quoq; alijs  
medijs me vocare dignatus es. Et singulariter etiam  
regrator de tam peculiari cura mei specialem an-  
gelum bonum mihi in custodem deputando cuius  
præsidio à multis malis abstinui & bona egi. ¶ Quo-  
tò ago gratias de omnibus donis naturæ, de gratui-  
tis & fortuitis, de corporis sanitate, & quinq; sensuũ  
integritate, de diuitijs, de parẽtibus & amicis, quod  
ad hunc statum religionis spiritualem, matrimo-  
nialem, virginalem, &c. vocare dignatus es, quod  
morbo caduco, peste, morbillis, calculo, paralisi,  
ydropsi, tisi, podagra, febre, colica, mentis furia,  
cæterisq; infinitis alijs morbis quibus proximos la-  
borare indies video inquinatus nondum fuerim,

&

& qu  
quif  
gula  
tiar  
vt il  
inqu  
Vnd  
statu  
1. Co  
tion  
oper  
festa  
tur s  
oper  
nera  
verb  
idẽ s  
coll  
diti s  
est e  
mur  
de si  
dice  
tibu

C  
cit p  
can

& quòd à subitanea morte me præseruasti. ¶ Hic quisq; in statu & uocatione sua gratias, dona, & singularia beneficia à Deo recepta cum laude & gratiarum actione ad mentem reuocabit Deum rogās vt illa sibi subtrahere nō velit propter sua demerita in quantum salutiferum fuerit & Deo placuerit. Vndè diuersis diuersa secundum vniuscuiusque statum & merita Deus tribuit dona teste apostolo 1. Corin. 12. Diuisiones sunt gratiarum & operationum, idē tamen spiritus Deus & Dominus, qui operatur oīa in omnibus: vnicuiq; aut datur manifestatio spiritus ad vtilitatē. Alij quidē per spiritū datur sermo sapientiē, scientiē, fides, gratia sanitarum, opera virtutū, pphetia, alij discretio spiritū, alij generalium linguarū, alij interpretatio sermonū siue gratia verbū Dei seminādi: hæc aut oīa operatur vnus atq; idē spūs diuidēs singulis prout vult. Ex quo rectē colligimus si aliquibus gratiarū donis præ alijs præditi simus nō nobis ascribamus aut meritis nostris, est enim spiritus qui oīa operatur in nobis. Emulemur ergo charismata meliora, oīa Deo attribuētes de singulis gratias agētes, Deū omni tempore benedicentes, vt laudes cum omnibus cœlestibus spiritibus cum mentis iubilo sine fine Deo dicamus.

¶ De lectione horarum & restitutione fructuum. Capitulum XIX.

¶ Prima propositio. De existentibus in sacris.

**Q**uilibet in sacris existens videlicet presbyter, diaconus, & subdiaconus tenetur singulis diebus legere horas canonicas & satisfacit per se legēdo aut cū socio vel in choro vnā partē canendo. Sed simplici tonsura aut solis minoribus

Insigniti ordinibus ad horas non obligantur sed satisfaciunt legendo Miserere. De profundis. aut si quid aliud ab episcopo eis iniungatur. Patet hæc propositio quo ad primam & principalem eius partem ex ca. 1. de cele. mis. & ca. dolentes co. ty. & ca. Eleutherius 91. dist. Plura iura, rationes, & motiua varia doctorum hic & in alijs propositionibus subsequen- tibus adduci possent quæ causa breuitatis omitto, & ad alios doctores theologos & canonistas hanc materiam diffusè tractantes doctiores remitto. Simplicioribus verò pro quibus hunc librum principaliter ordinavi sufficit scire quia est nec requiritur semper scire propter quid, quare ponam doctrinas & qualdam resolutorias propositiones omnibus ecclesiasticis & beneficiatis doctis & indoctis perutiles.

*¶ Secunda. De beneficiatis.*

**Q**uilibet beneficiatus siue in sacris constitutus siue nõ tenetur ad lectionem horarum modò aliquid ex fructibus sui beneficij (licet modicũ sit) recipiat, aut quando ei incipit currere tempus pro quo in fine anni ex huiusmodi beneficio aliquos fructus est percepturus vel stat per eum quòd non recipiat. Sed beneficiatus in sacris nõ constitutus si nullos fructus aut emolumenta beneficiorum recipiat ad horas non obligatur. Hæc propositio fundamentaliter hebetur 1. Cor. 9. dicente. Qui altario deseruiunt cum altario participant, & econtrà. Et non alligabis os boui trituranti; scriptum est propter nos quoniam debet in spe qui arat arare & qui triturat in spe percipiendi fructus. vbi dicit Ambro. Ita Dominus ordinauit his qui euangelium enunciant de euangelio viuere. Et fundatur etiam in regula iuris  
lib. 6.

lib. 6. Qui sentit onus sentire debet & commodum & econtra. Nam vt dicit regula iuris ciuilis, Secundum naturam est comoda cuiusq; rei cum sequi quem sequuntur incommoda. Et ca. si de rescrip. dicit quod propter officium datur beneficiū. Nec obstat quamuis exiguum sit beneficiū, vndē beneficiatus tennes fructus percipiat adeo quod ex eis viuere non possit, tenetur enim nihilominus legere & imputet sibi quod tale beneficiū modicum acceperit. Hæc est verior doctorum opinio & satis fundatur in ca. Clericus victum. 90. dist. & in cap. 1. de celebra. mis. Est tamen alia quorundam doctorum opinio, præcipuè Pe. de Pa. dist. 15. 4. q. 7. art. 1. qui generaliter asserit quoscunq; beneficiatos existētes in pacifica possessione beneficiorum, aut si non sint eorum negligentia accidit quo minus sint in possessione, obligatos esse ad horas canonicas siue aliquid recipiant ex fructibus suorum beneficiorū siue nō. Hæc opinio licet satis secura sit credo tamen primā esse veriorē. Et dum plures simul legunt aut canunt horas tūc pars quæ silet tenetur audire & aduertere verba singula quæ ab alia parte proferuntur. Ex quo constat quod in quibusdam ecclesijs non satisfaciunt præcepto ecclesiæ nec integrè persoluunt horas vbi tam curiosè syncopando & imperfectè pronūciando cantantur horæ (præsertim in quadragesima & aduentu quando est horarū prolixitas) quod verba omnia perfectè audiri nequeunt.

*¶ Tertia. De studentibus.*

STUDENTES beneficiati fructus, percipientes per se aut parētes, aut in sacris ordinibus constituti, obligantur ad lectionem horarum, nec propter studiū

excusantur, siue in artibus, in theologia, aut alia facultate studeat. Hec est propositio Tho. in 6. quotli. Pauci enim vel nulli sunt qui tam feruenter studeant qui non ociose aliquod tempus deducant quo conuenienter horas legere possent, & etiam supposito quod vigilantissimè continuè studio honesto incuberent non deobligantur tamè ab onere legendi horas compensatione studij, vel alterius pij operis. Quia quæ largitione fidelium ad certum usum sunt deputata (salua sedis apostolicæ authoritate) non possunt ad aliud usum applicari ut patet ex cle. quia contingit de reli. do. Sed redditus à laicis relictus & datus sunt ecclesijs ut earum ministri & beneficiorum possessores officium diuinum missarum & horarum persoluant, & suis orationibus atq; diuino seruitio vices eorum suppleant & de superfluo pauperes inde alant. Nam ut dixi beneficium datur propter officium non propter studium, quare recipiens fructus beneficij sit Romanus de familia pontificis, sit studens, sit doctor, qualiscunq; sit, tenetur legere horas, & officium suo beneficio annexum persoluere aliàs non legendo nec officium explendo tenetur fructus perceptos restituere. Contractat enim rem alienam fraudulenter inuito Domino, & sacrilegium committit ut patet ex cap. Indigne 12. q. 2.

*¶ Quarta. De senibus, ægrotis, & legere impotentibus.*

**S**enio confracti, notabiliter ægroti, aut alio modo impotentes quos lectio horarum notabiliter grauat & lædit propter corporis visum, aut aliorum sensuum indispositionem, non propter tædium aut deuotionis defectum, excusantur à lectione horarum

rum canonicarum, nec obligantur vt per alios etiã faciunt legi. Expediit tamen si facultatem habent vt aliquem aduocent cum quo legant Psalmos vel maiorem partem Horarum & ea quæ memoriter conuenienter legere possunt & residuum quod propter defectum visus vel alio modo legere nequeunt consocius leget & ipsi aduertent. Vel in recompensam dicent ( si tamen commodè possunt) aliàs quasdam orationes, quòd si tanta sit senectus, infirmitas, vel impotentia vt sine notabili læsione nihil legere possint simpliciter liberantur. Et poterunt elemosynis ac alijs pijs manuum operibus compensare quod officio labiorum exolvere nequeant, sicuti senio, morbo, vel alia causa excusatur quis à quadragesimali ieiunio. Nemo enim ad impossibile obligatur. Nam lex debet esse iusta, honesta, & possibilis 4. distinct. Erit autem lex.

*¶ Quinta. De iuuenibus beneficiatis horas non legentibus.*

**I**uvenes & linguam latinam ignorantes & sic horas non legentes non faciunt fructus suos nec precepto ecclesiæ de horis legendis satisfaciunt quamuis alij etiam pro eis legant, obligati enim ratione beneficij aut ordinis ad legendum horas non liberantur si faciant legi per alium. Probatum quia hoc onus est merè personale personis ratione beneficij aut sacri ordinis impositum. Fructus enim ecclesiastici sunt fructus labiorum quos ipsi beneficiati tenentur persolvere & ad illam persolutionem videtur industria personæ electa. Quæ autem alicui cõmittuntur siue iniunguntur ppter industriã personæ



personæ non possunt per alium impleri, vt notant doctores in ca. Si de of. Iu. dele. Nisi forma commissiõis expressè habeat vt id per alium expedire valeat vt habetur in ca. Is cui de of. dele. lib. 6. vndè sicut obligatus ad certo die ieiunandum non satisfacit si alius pro eo ieiunet, ita in proposito. Hæc opinio licet dura nonnullis videatur est tamen secura & vera. Ex qua propositione elicio tria. ¶ Primum est quòd parentes inconsultè agunt procurantes à principibus vel prælatis quibus seruiunt beneficia & bona ecclesiastica pro suis filijs adhuc in iuuenili ætate constitutis & inidoneis ad lectionem horarũ: nam tales parentes fructus illorum beneficiorum recipientes non sunt tuti in conscientia nec deobligati à restitutione quamuis per alios horas legi faciant & missas celebrari. ¶ Secundum est. Nobiles indocti, stabularij & seruitores prælatorum qui nec latinè nec latinum loquuntur & sic horas personaliter non legentes tenentur ad restitutionem fructuũ.

¶ Tertium est. Acceptans beneficium pro aliquo infante bona fide & sub custodi nos (vt communi stilo illorum practicum vtar) non est tutus in conscientia, nisi horas legat licet in sacris nõ sit, nec aliquis etiã ratione illius beneficij percipiat, stat namq; per eum quòd nihil recipiat, ipse enim est verus dominus siue possessor illius beneficij & sic fructus ei debentur: stat ergo per eum quòd nihil recipiat nec per hoc excusatur à lectione horarum. Illa igitur est maledicta custodia & practica per quam magnum fit præiudicium fundatoribus & animabus in purgatorio, quia officium diuinum pro cuius exolutione redditus assignati sunt prætermittitur. Illi

namq;

nam  
non  
stod  
tio

B  
& t  
fru  
qu  
len  
run

P  
de  
lin  
hæ  
sec  
lin  
pat  
cle  
pe  
in  
sta  
pr  
Bo  
no  
qu  
no  
in  
ue

namq; infantes propter defectum ideomatis latinī,  
non legunt, nec etiam bona fide vt aiūt siue sub cu-  
stodi nos beneficium habentes legunt saltem nō ra-  
tione illius beneficij.

¶ *Sexta. De recipiente fructus ad tempus.*

**B**eneficium habens ex quo percipit fructus ad  
tempus cum intentione ipsam postea dimitte-  
& transferendi se ad statum secularem, tenetur ad  
fructuum illorum restitutionem, nō obstante etiā  
quōd horas legerit. Nam tales fructus sunt fraudu-  
lenter & contra iuris prohibitionem percepti quo-  
rum non est verus dominus.

¶ *Septima. De patrimonium sufficiens habentibus.*

**P**atrimonium sufficiens habēs potest recipere be-  
neficium vt seruiat ecclesiæ, & de beneficio siue  
de fructibus eius viuere bona sua patrimonialia re-  
linquendo pauperibus, vel pio operi, aut etiam suis  
hæredibus præcipuè si indigeant. Pro maiori tamē  
securitate magis expedit vt talis bona patrimonij re-  
linquat ad pium vsum. Consultius adhuc esset de  
patrimonialibus vitæ necessaria sumere, & bona ec-  
clesiastica siue patrimonium Christi distribuere pau-  
peribus & animi saltem destinatione relinquere &  
in vita & in testamento ad pium vsum. ¶ Nec ob-  
stant sanctorum authoritates quę contrarium dicte  
propositionis sonare videntur. dicit enim Augu. ad  
Bonifacium. Si priuatum possidemus bonum quōd  
nobis sufficiat, non illa bona nostra sunt sed illorum  
quorum procuracionem gerimus, nō proprietatem  
nobis vsurpatione dānabili vendicemus. Et Hiero.  
in epistola ad Damasam Papam, clericos illos con-  
uenit stipendijs ecclesiæ sustentari quibus parentū  
&

& propinquorum bona nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum & opibus proprijs sustentari possunt si quod pauperū est accipiunt sacrilegium committunt. Ad hoc respondet Adria. vi. post bea-  
tū Tho. 2. 2. q. 186. quod bona ecclesiæ dicuntur pauperum, non quia iure proprietario eis spectent vel specialiter sint vsui eorum destinata, imò similiter superflua quæ diuites retinent dicuntur etiā pauperum, sed dicuntur pauperū quia eis in necessitate debita, alio vsu equè vel magis pio nō occurrente: vnde licitè possunt expendi in luminaria ecclesiæ vel alia pia opera. Et talia bona ecclesiastica sunt specialiter ordinata ad sustentationē ministrorum ecclesiæ, & ad quemlibet vsum cedentem specialiter ad Dei honorē. Non potest autē semper punctaliter determinari quæ sit illa necessitas in qua tenemur bona nostra præcipuè ecclesiastica pauperibus cōmunicare aliàs tanq̄ sacrilegi peccātes mortaliter, sicut nec cætera particularia quæ in humanis actibus considerantur, horum enim determinatio relinquitur humanæ prudentiæ & discretæ conscientiæ, hoc verū puto quod diuites magis tamen ecclesiastici q̄ seculares bonis crucifixi & pauperū gaudentes tenentur pauperibus & egentibus subuenire nedū in extrema neecessitate, sed etiā in arcta & notabili neecessitate quādo videlicet vidēt eos notabili miseria per esuriē, sitim, nuditatē, aut aliter affligi, vt suprā tetigi in 2. parte 7. ca. Pro maiori tamē hui⁹ elucidatiōe, pono hanc octauam propositionem sequentem.

*Octaua. De elemosyna faciēda ex bonis spiritualibus.*

**E**cclēsiastici tenentur largas facere elemosynas de bonis spiritualibus, quæ abundè vltra neecessitatem

fitatē & decentē stat<sup>o</sup> intertentionē occupāt, vel ad  
 aliū piū vsum superflua illa applicare. Magis enim  
 ecclesiastici (ex quo occupant bona ecclesiæ patri-  
 moniū Christi & bona pauperum quæ specialiter à  
 fundatoribus relinquuntur ad intertentionē mini-  
 strorū ecclesiæ, & vt de residuo pauperes alātur) te-  
 nentur ad elemosynas, ac ad alia pietatis opa q̄ alij  
 diuites. Quomodo aut̄ vniuersaliter oēs diuites ob-  
 ligentur ad elemosynas nota hāc regulā. ¶ Regula  
 de superfluis naturę nostræ & nostrorum tenemur  
 dare in extrema necessitate cōstitutis quāuis etiam  
 sint necessaria personę & statui nostro. Et de super-  
 fluis personæ & statui decēti tenemur dare etiā his  
 qui arcta prēmūtur necessitate. Sed illicitū est nobis  
 facere elemosynā de necessarijs naturę nostræ aut  
 nostrorū sine spe huiusmodi necessaria aliūdē acq̄-  
 rendi, nisi personæ reipublicæ aut fidei necessariæ.  
 Hęc propositio siue regula trimēbris fundatur in  
 præcepto & ordine charitatis. ¶ Primū membrum  
 patet, quia ordine charitatis plus tenemur diligere  
 naturā & vitā proximi q̄ decentiā status nostri aut  
 nostrorū, sed extra casum extremę necessitatis pro-  
 ximi non est danda elemosyna de necessarijs statui  
 nostro, quia nemo debet se reddere impotentem ad  
 exercendum ea ad quæ tenentur secundum statum  
 suū extra casum extremæ necessitatis vt est senten-  
 tia Amb. 2. de of. ca. 16. Decentiam autem status dif-  
 ficilē est punctaliter scire: habet enim quandā latitu-  
 dinem. ¶ Secunda pars patet similiter ex præcepto  
 charitatis & per illud 1. Ioan. 2. Qui habet substan-  
 tiam huiusmūdi & viderit fratrem suū necessitatē ha-  
 bere & clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas  
 Dei

Dei manet in eo. Et loquitur ibi apostolus nedum de extrema necessitate iam subsistente, tunc enim parum aut nihil prodest elemosyna, sed etiam de proximo imminente vt ex verisimilibus signis constare potest, & etiam veritatem habet de arcta necessitate quando. s. quis est notabiliter egens ita quòd nisi ei subueniatur incidet maiores calamitates, aut cogetur confusibiliter mendicare & honorem, famam, ac bonam æstimationem in populo sic perdere, quare si prælatus prius in æstimatione hominum iuxta decentem statum vixerit populum instruendo & ædificando iam ad notabilem egestatem deueniat nisi ei subueniatur non tantum fructum faciet nec adimplere debite poterit quæ suo statui & officio incumbunt, & ergo tenemur ei atq; etiam alijs qui mendicare erubescunt in simili necessitate constitutis de superfluis naturæ nostræ & statui subuenire. ¶ Tertia pars patet, quia charitatis ordo exigit quòd homo magis sibi & suis prouideat quàm alijs. Ordinata namq; charitas incipit à seipsa. Ideo subtrahere sibi necessaria aut suis quibus tenetur prouidere vt sunt vxor, filij, serui, ancillæ, parètes consanguinei, & tribuere alijs est contrarium ordini charitatis.

¶ *Nona. De præcepto dationis elemosynæ.*

**E**lemosyna non solum est opus consilij sed frequenter est in præcepto vt dictum est. Et istud probat Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. quia propter omissionem elemosynæ plures æternaliter damnantur, quibus Dominus in die iudicij improperebit dicēs. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Mat. 25. Nullum enim est opus consilij quod non quandoq; in casu possit

pos  
ctio  
pre  
tur  
non  
dum  
ling  
tem  
ritu  
priu  
naru  
eta  
Aliu  
part  
fyna  
ctu  
fitas  
extre

PR  
tra  
do, 8  
nec p  
digè  
pecc  
& ad  
antic  
crite  
posit  
veric  
ristæ

possit cadere sub præcepto. Nā cum proximi dilectio sit in præcepto, necesse est omnia illa cadere sub præcepto sine quibus dilectio proximi nō conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet vt ei non solum velimus bonum sed operemur secundum illud 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, supple tantū, sed opere & veritate. Ad hoc autem quod velimus & operemur bonū alicui requiritur quod eius necessitati subueniam<sup>9</sup>, iuxta illud prius allegatum. Qui viderit, &c. Et ergo elemosynarum largitio est in præcepto secundum quod recta ratio requirit, secundum quam est considerandū Aliud ex parte dantis, aliud ex parte recipientis. Ex parte dantis considerandum est, vt id quod in elemosynas est erogandū sit ei superfluū nō solum respectu sui ipsius, sed etiā respectu aliorū quorū necessitas cura sibi incūbit. Ex parte recipientis requiritur extrema arcta vel notabilis miseria vt suprā dixi.

¶ *Decima. De prodige exponentibus fructus beneficiorum.*

PRodigè expendens bona spiritualia cum meretricibus, commessando, taxillando, triumphando, &c. non tenetur ad restitutionem aliquam, sicut nec pauper in delitijs abutens elemosynis vel prodigè donans obligatur restituere, sed grauissimè peccat, & tanquam sacrilegus vel raptor punietur, & ad illū sensum iuxta Hieronymi & quorundam antiquorum doctorum sententiam dicitur talis sacrilegium & rapinam committere. ¶ Patet hæc propositio quo ad primam partem quia vt est cōis & verior doctorum opinio (licet Ricar. & quidam iuristæ contrarium sentiant) beneficiatus explens officium

ficiū propter quod datur beneficiū habet illorum fructuum ecclesiasticorum verā proprietatē & dominiū. Secus esset de his bonis quæ specialiter sunt relicta vt in vsu pauperū vel pro ornāmētis ecclesiæ aut alio modo pro Dei gloria expenderentur sicut bona hospitalium. Et sicut quandoq; ep̄is relinquuntur quædā certa bona nō destinata vsui vel vite ipsorū, sed pio operi, & tunc dispensator talia inutiliter expendēs nō soli Deo obligaretur sicut quilibet p̄ctōr sed & pauperes aut ecclesiā defraudaret & illis teneretur ad restitutionē. Et de illis bonis loquūtur textus qui contrariū dictæ propositionis videntur sonare sicut ca. 2. de dona. vbi dicitur Episcopus & quilibet p̄ælatus ecclesiasticarum rerum est procurator & non dominus. Nam talium rerum habet solam administrationem. Ex hac propositione sequitur alia vndecima scilicet.

*¶ Vndecima. De recipientibus munera ab ecclesiasticis.*

**R**ecipientes dona à beneficiatis etiā prodigē dantibus atq; peccaminosē ipsi recipientes non tenentur illa restituere si dent de fructibus beneficiorum. Si verō dent de his rebus quarū habent solam administrationem non proprietatem, tunc vel donatarius procurauit sibi illā donationē & beneficium ad hoc induxit, & sic tenetur restituere sicut & dans. Altero tamē soluēte vterq; absoluitur vel donatarius non induxit clericū ad donationē illā tunc vel donator est soluendō & sic donatarius non obligatur restituere quāuis etiam constet donatorē nō velle de suis restituere. Si autē donator nō est soluendo tenetur donatarius restituere, sicut suscipiēs aliquid

quid ab eo quem scit ex hoc ad debita persoluenda reddi minus potentem. Consultius tamen putarem quòd etiam donatarius restitueret quando donator licet potens sit soluendo non velit de suis restituere.

¶ *Duodecima. De pensionarijs.*

**C**lericus non habens beneficium ex quo aliquid recipiat qui non est etiã in sacris constitutus sed solũ in recõpensam beneficiorũ dimissorũ aut alio licito modo habet pensionẽ aut pensiones assignatas ad fructus beneficiorũ aut monasteriorũ nõ obligatur propter illas pẽsiones ad lectionẽ horarum. ¶ Patet hæc propositio quia onus legendi horas canonicas inuenitur ex constitutionibus & consuetudine ecclesiæ tantũ impositũ alicuĩ ratione ordinis sacri aut beneficij cuius fructus percipit. Quia tamẽ tales pẽsionarij viuũt de bonis & patrimonio crucifixi & iuxta verbũ Apostoli prius allegatũ, Qui de altario uiuit altario seruire debet. Ideo obligati sunt vt fideliter orẽt vel alio modo Deo & eiꝰ ecclesię in spiritualibꝰ seruiat vt prodesse possint per suas orationes & spiritualia seruitia illis qui ecclesiæ ex qua fructus & emolumenta percipiunt patrimonium & redditus contulerunt pro remedio peccatorum vel pro salute ac quiete animarũ suarũ. vt dicitur in ca. indignè 12. q. 2. sed non obligatur ad illũ specialẽ modum orandi, dicendo uidelicet horas canonicas, consultius tamen eis esset vt legerent.

¶ *Decimatertia. De vigilijs dicẽdis & horis de domina.*

**A**d horas de domina quilibet beneficiatꝰ & in sacris cõstitutus tenetur iuxta generalẽ ecclesiæ consuetudinẽ atq; dispositionẽ ordinarij siue breuiarij illius diocesis vbi quis est beneficiatꝰ. Ad vigilijs



verò mortuorum & missas de requiem quæ specialiter ordinantur pro pœnitentibus & residenti-  
bus recipientibus desuper speciales distributiones non tenetur beneficiatus studens vel ex alia causa le-  
gitima absens. Sed officium mortuorū quandoq; in ecclesia dicitur sicut ordinariæ pertines ad eccle-  
siæ officium sicut vbiq; in die animarum dicitur of-  
ficium pro mortuis. Et in qualibet ecclesia est ali-  
qua super hoc specialis consuetudo vt quòd dicatur  
ordinariæ officium mortuorum semel in mense vel  
in septimana vel secundum aliud certum tempus &  
ad huiusmodi officium mortuorum tenetur cleri-  
cus beneficiat<sup>9</sup> in tali ecclesia ex legitima causa ab-  
sens vel in scolis existēs per quòd satisfacit mortuis  
quorum recipit bona vt dicit Tho. quotlib. 6. art. 8.  
vbi etiam dicit quòd beneficiatus in aliqua ecclesia  
tenetur dicere horas & officium secundum vsu &  
modum illius ecclesiæ vbi est beneficiatus: si verò  
fit in diuersis ecclesijs beneficiatus potest legere se-  
cundum alterius earum consuetudinem vt placet si  
ecclesiæ illæ sint eiusdem dignitatis & ipse non sit  
maioris dignitatis in vna quàm in alia, nam aliàs di-  
cere debet secundum ordinem illius ecclesiæ in qua  
habet maiorem dignitatem licet in alia habeat pin-  
gius beneficium.

*¶ Decimaquarta. De pluralitate beneficiorum.*

**L**icitum est vt doctus atq; idoneus obtineat plu-  
ra beneficia simplicia sine aliqua dispensatiōe se-  
cundum exigentiam & condecenciam status sui &  
beneficia non simplicia, sicut curas, personatus, di-  
gnitates in eadem & diuersis ecclesijs obtinere po-  
test per dispensationem summi pontificis causa ra-  
tiona

tionabili subsistente. Potest namque talis exemplo vitæ & doctrine plus prodesse vniuersali ecclesiæ & subditis illarum ecclesiarum melius prouidere de bonis vicecuratis atq; eos personaliter semel aut bis in anno visitando pabulum verbi Dei ministrando & in confessione instruendo (licet personaliter non resideat, quia in studio aut alio modo maiorē affert vniuersali ecclesiæ & reipublicæ fructum) quàm si illæ curæ alijs simplicibus personaliter etiam residentibus conferrentur, videant tamen curati ne facile à suis curis absint sine rationabili causa & maiori ecclesiæ vtilitate atq; animarū fructu: nam per absentiam pastorum & eorum negligentiam atque cupiditatem qui magis lanā quàm animas quærunt nonnunquam oues à lupis comeduntur, pro quibus districtā reddituri sunt Deo rationem. Vndè valde expediens esset vt nunquam de curis animarū aliquibus prouideretur nisi idoneis & personaliter residere volētibus: videmus enim quamplurimos errores in subditis & scandala in ecclesia Dei oriri, quia veri pastores à suis curis absunt oues non pascentes & simplices, illiteratos, concubinarios, crapulatores, & scandalosè viuentes ibidem præficientes plus offerentes magis ad lucri quantitatem quàm personæ qualitatem & subditorum vtilitatem atq; animarū salutem respicientes. Sed nemo potest ex beneficijs etiam simplicibus prouentus recipere vltra moderatam sustentationem, nec etiam ex vno licitum est abundans & immoderatum stipendium vitæ sumere vltra exigentiam & sustentationem pro qualitate gradus personæ & ministerij quod ecclesiæ impendit. Sed difficile est scire quod stipendium

competens & moderatum censerī debeat. An quod sufficit homini soli vel etiam includi debeat domesticī, familiares & cognati. vndē de hoc regula tradi non potest vniuersalis quæ cuiuslibet particularis casus sufficienter determinet veritatem. Sicut nec quantum de cibo & potu sit moderatum pabulum pro vniuscuiusq; sustentatione. Sed tunc bona ecclesiastica immoderatē cumulantur quando vltra quod sustentationi mediocri & executioni ministerij profunt aceruantur. Potest enim ecclesiasticus tantum de bonis ecclesiæ occupare, vt se & familiā sibi necessariam pro debita adimplentiōe ministerij aut officij ad quod vocatus est & idoneus secundum dignitatem status sui idoneitatem atq; qualitatem gradus honestē interteneat. Sed videat quilibet ne mentiatur iniquitas sibi, Deus non irridetur neque decipitur. Nonnulli prohdolor prælati ac alij beneficiati passim episcopatus, abbatias, curas, dignitates reseruas & beneficia sine numero coaceruāt sub præfato colore dicentes hoc licere secundum dignitatem suæ vocatiōis & exigentiam status, & quia familiam & seculi pompam continuē augent putant sibi licere vt iuxta hoc beneficia & Christi patrimonium abundē accumulēt.

*¶ Decimaquinta. De restitutione fructuum.*

**N**on legens horas aut debitū officij prætermittens ad quod obligatur ratiōe beneficij sicut ad celebrationem missarum vel ad certas vigilias, &c. tenetur fructus perceptos restituere secundū ratam & proportionem. Si enim rarō aut nunquam in anno legerit tenetur fructus illius anni restituere, si frequenter pluries aut aliquot vicibus sed paucis omiserit

ferit horas & missas, secundum hoc plus vel minus tenetur restituere iuxta discretionem & taxationem suam conscientiam & consilium discreti confessoris aut alterius docti viri. Similiter qui cum voluntaria euagatione & scienti distractione & sine attentione & deuotione legunt horas non satisfaciunt iuxta cap. Dolentes de celebratione missarum. Similiter qui scienter sunt & manent in aliquo peccato mortali de quo quamuis menti practice occurrat quod videlicet illo Deum mortaliter offenderint nullo modo displicentiam habent quin potius complacent sibi in illo. Aut sunt in actuali proposito peccandi, tales orando tentant Deum & sic non satisfaciunt etiam tunc sunt in conscientia qui tempore diuini officij postquam chorum semel intrauerint & se presentauerint ad statim exeunt & ecclesiam aut forum deambulando recipiendo distributiones quae solum relictae sunt vigilijs, missis, aut alijs horis vel diuino officio interestibus nisi in negotijs ecclesiae vel alia rationabili causa se absentarent. Insuper non gaudent recte priuilegijs vniuersitatis qui non causa studij sed solum ad fouendum lites & processus in vniuersitate manent & raro aut nunquam literis operam dant aut etiam solum causa solatij in ocio ibidem degunt in fraudem legis & priuilegij, nec intitulati sunt, non promoti nec lectiones in aliqua facultate visitant.

*Decimasexta. De excommunicatis beneficiatis.*

**E**Xcommunicatus pro rata temporis quo manet excommunicatus similiter irregularis quamuis non sit suo beneficio priuatus, est tamen perceptione fructuum ipso iure priuatus, & si quos fructus percipiat pro rata illius temporis tenetur restituere, ut est color opinio doctorum in capi. pastoralis

extra de appel. vbi dicitur in fine textus quòd illi  
prouentus ecclesiastici meritò subtrahuntur cui ec-  
clesiæ communitio denegatur vbi super verbo sub-  
trahuntur glo. rationem illius assignans dicit. Qui  
enim extra ecclesiam est nihil nomine ecclesiæ pos-  
sidere potest, & ergo talis excommunicatus vel ir-  
regularis tempore excommunicationis nō videtur  
esse obligatus ad lectionem horarum nisi esset in sa-  
cris, quia excōmunicatus irregularis suspensus aut  
depositus habens aliquē sacrorum ordinem obliga-  
tur ad horas canonicas propter ordinem quem re-  
tinet semper, quem nec Papa ei auferre potest licet  
ordinis illius ministerio seu executione sit priuatus,  
priuatè tamen dicere debet horas non cum alijs pu-  
blicè in ecclesia quamdiu manserit excommunicatus.  
Aliquorum tamen opinio est excommunicatū  
non esse ipso facto priuatum fructibus suorū bene-  
ficiarum, sed prior opinio verior est.

*¶ Decima septima. De his qui non ritè ordinantur.*

**S**uscipiens ordinem aliquem sub ficto vel falso ti-  
tulo suspenditur ab executione ordinis & ergo  
nō licitè recipit fructus nisi fuerit dispensatus. Item  
promotus ante ætatem legitimam licet verè ordi-  
netur, tamen suspenditur ab executione, & ergo in-  
diget dispensatione & rehabilitatione. Item si excom-  
municatus suscipiat ordines incurrit eo ipso irregu-  
laritatem. Item si alicui sacerdoti interdicta fuerit  
administratio vel executio incurrit irregularitatem  
si postea celebret, & ergo excommunicat⁹ celebrās  
fit irregularis, loquor de excommunicato maiori  
excommunicatione. In minori autem excommuni-  
catione celebrans vel scienter aliquod sacramentū

mi-

ministrans peccat mortaliter, secus si solum absolueret aliquem ab excommunicatione maiori non à peccatis, quæ absolutio non est sacramentalis, suscipiens tamen sacramentum à tali sacerdote minori excommunicatione excommunicato non peccat.

*¶ Decima octaua. De his qui paciscuntur vt celebrent.*

**L**icitum est sacerdotibus locare operas suas & pacisci vt in stipendium vitæ & pro labore missarum, regiminis, curæ, aut alterius seruitutis spiritualis temporalem mercedem recipiant sed non licet principaliter pro missa, pro officio diuino, pro administratione sacramentorum aut quouis alio spirituali pacisci, nec accipere etiam temporale commodum quoniam gratis sunt ministranda. nec debet sacerdos esse scrupulosus quauis plus recipiat quam se extendat labor, & quod sic plus iusto pro labore aut in stipendium vitæ accipit maximè quado spontè & liberaliter vel dispositione superioris ad hoc requiritur. secus vbi ad pietatè requisitus ad celebrandum pro defuncto vel ægroto aliquo nollet celebrare nisi pro ducato vel corona aurea, tunc enim quod prius iustè exegerit pro missa & spirituali officio exegisse censetur. Vndè licet spiritualia non recipiant extimationem & sic vendi non possunt, tamen interesse ex eis proueniens bene potest esse extimabile & ergo licet pro celebratione vel alio sacramento non possit recipi pecunia, tamen celebrans si ad hoc non sit specialiter obligatus licitè recipit pecuniam pro seruitio & recompensa laborum quia viuere debet. similiter non peccat clericus pecuniam accipiens vt simili modo pro defunctis legat Psalterium vel vigilias nec pauper vt oret. similiter licitum est acci-

per e pecuniã pro labore ad procurandũ negotium electionis sed non pro ipsa electione, testis etiam potest recipere pecuniã pro laboribus & interesse proficiendo de loco ad locũ sed nõ pro testimonio: sicut & aduocatus v̄dere potest suũ patrociniũ, & iurisperitus suũ consilium quando non sunt ad hoc stipendiati: nec isti etiam vendunt iustitiam vel veritatem sed suum laborem & sollicitudinem. Et nedum tunc attẽditur labor quẽ actu faciũt, sed etiã qui per studiũ sollicitudinẽ & magnas impensas præcessit.

*¶ Decimanona. De visitantibus chorum propter distributiones.*

**B**eneficiatus visitans ecclesiã propter pingues distributiones aliãs non iturus committit symoniã si vadat principaliter spe & intentione lucri, & distributiones recipiat quasi finem sui operis principaliter intentum. secus autem si propter Deũ principaliter tanquã finẽ vltimũ vadat & faciat opus diuinũ quãuis distributiones sint aliquo modo causa impulsua, aut secũdaria & minus principalis adeo etiã quod aliãs nõ esset iturus. vndẽ tũc acceptio distributionũ nõ est ppriẽ causa saltẽ principalis quare ad ecclesiã vadat sed poti⁹ huiusmodi determinatio quare nũc vadit & nõ alia vice iuxta sen. beati Tho.

*¶ Vicesima. De symonia mentali & vsura.*

**V**Surã mentalis sicut & quãlibet realis obligat ad restitutionẽ quando videlicet intentio corrupta qua ex mutuo speratur & intenditur aliquid vltra fortem recipi dat causam acceptiõis vsurariæ. vt si liberaliter mutuaui Ioanni 20. nihil sperans nec intendens me recepturũ vltra 20. Attamẽ quando Ioãnes mihi soluit vltra pecuniã ei mutuatã offert pecuniã  
vel

vel aliquod donū aut quod est pecunia æstimabile  
 quod recipio ratione mutui ei facti ego obligor il-  
 lud vltra sortem oblatum & receptū restituere, quia  
 ex animo meo quo intendo accipere ratione mutui  
 vltra sortē est lucrum vsurarium, quamuis Ioannes  
 mihi fortē liberaliter donauerit. Quando autē inten-  
 tio corrupta non dat causam acceptioni vsurarię seu  
 vltra sortem tunc non teneor restituere si vltra mu-  
 tuum aliquid acceperim, vt mutuauī Petro spe reci-  
 piendi aliquod lucrū, sed priusquā aliquid mihi do-  
 nauerit amitto illum animum & nollē quouis mo-  
 do ratione mutui præstiti quodcunq; munus reci-  
 pere sed tamen recipio aliquid vltra mutuum quod  
 Petrus mihi liberaliter donat non ratione mutui sed  
 etiam aliās recepturus si mutuum non dedissem. si  
 tamen mihi constaret quamuis non habuerim mu-  
 tuando vel post intentionem corruptam quod Pe-  
 trus illud vltra sortem mihi donauerit principaliter  
 ratione mutui & vt alia vice iterū citius mutuū ha-  
 bere possit à me ego non licitē illud recipio nec re-  
 tinere possum, secus si merē liberaliter & ex quadā  
 amicitia mihi illud donauerit, licet fortē mutuum sit  
 aliquo modo causa impulsiva illius dationis & oc-  
 casio illius contractæ amicitia. In symonia verò pu-  
 rē mentali, an restitutio necessariò sit facienda du-  
 bium versatur apud doctores. Iuristę communiter  
 tenent quòd non. Et ratio diuersitatis quare magis  
 in vsura mentali quā in symonia mentali debeat fieri  
 restitutio est secundum sententiam Adriani vi. quia  
 restitutio symoniacè acquisitorum habet fieri ec-  
 clesiæ quæ in hoc facultatem habet ius suum remit-  
 tendi si vult, sed restitutio vsurarū debetur personis  
 priuatis



priuatis à quibus vsurę ipse fuerunt extortę, quam obligationē nec Papa, nec Imperator, neq; etiā vniuersalis ecclesię sine assensu illorum à quibus fuerunt extortę remittere potest. Alia est opinio magis secura quòd videlicet omnis symonia siue etiā purę mentalis sit cum opere tamen subsequuto obligat ad restitutionem. sicut quando beneficiatus dat aliis quid merè liberaliter collatori & collator recipit propter collationem beneficij tenetur sic receptum restituere & est ibi sola symonia mentalis, quia nullum interuenit pactum. Et istud maximè veritatem habet in tali symonia mētali quę est de iure diuino, sed committens symoniam mentalem solū sine omni. s. pactione non incidit pœnam iuris, sicut dās & recipiens symoniacè aliquod beneficium cum pacto ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt quod tamen quidam doctores verū solū dicunt esse de his qui sunt symoniaci in ordine & beneficio. Alij verò symoniaci non in vtroq; non sunt ipso facto excommunicati sed incurrunt pœnas suspensionis & alias latas contra ipsos à iure. Et absolutio dictarum excommunicationum suspensionū & pœnarum reseruatur summo pontifici. Hęc materia de symonia nimis ampla est vt in hoc libello tractari possit, ideo remitto ad textus iuris in titulo de symo. lib. 5. & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur & doctores ibidem.

*Vicesima prima. De seruiente p̄lato pro beneficio obtinendo.*

**S**eruiens Episcopo vel alteri p̄lato aut domino in spe remunerationis alicuius beneficij symoniā non committit si sine omni pactione & conditione seruiat

seruiat dūmodo tamen principaliter hac intentione  
 nō seruiat, si tamē principaliter intētionē obtinendi  
 beneficium nullo tamen pacto interueniēte seruiat  
 quamuis grauitē peccet non tamen incurrit talem  
 symoniam quæ obligat ad restitutionem & resig-  
 nationem beneficij quod per symoniam adeptum  
 est vt est sententia Rica. di. 25. 4. art. 3. q. 3. episcopus  
 aut alius collator seruitium à seruitore suo recipiēs  
 si ipsum remuneret conferendo beneficiū aliquod  
 sine tamē pacto nō peccat si talis dignus & idoneus sit  
 & ipse p̄latus nō habeat principalē aspectū ad ser-  
 uitiū ei impēsū licet sit bene causa impulsua sicut  
 sunt preces pro quib⁹ pono propositionē sequentē.

*Vicesima secunda. De collatione beneficij ppter preces.*

**S**I quis idoneus fundat humiles preces pro bene-  
 ficio consequēdo etiam si habet annexam curam  
 vel dignitatem si indigeat & per ipsius possessionem  
 prodeste intendat vniuersali ecclesiæ non peccat &  
 sine labe symoniæ illud beneficiū obtinere poterit.  
 Consimiliter possunt per alios interuenire preces  
 pro aliquo digno sicuti & seruitia quæ manifestare  
 poterunt qualitatem & idoneitatem illius & sic esse  
 causa impulsua prouisionis & notificatiua quali-  
 tatis atq; dignitatis ipsius prouisi. Sed symonia esset  
 si preces & amicorum instantiæ atq; sollicitationes  
 essent causa principalis & finalis ipsius prouisionis,  
 nam tales preces sunt carnales & succedunt loco  
 precij, & sunt nonnunquā preces armatę & suffultę  
 aut violētia, affectione, pecunia, nobilitate, consan-  
 guinitate, & sic de multis alijs quæ non dignificant  
 personam pro qua preces illæ funduntur. Quare  
 quidam collatores aliquam dictarū causarum magis  
 quam

quàm personæ idoneitatem attendentes & sic beneficia quâ plura in idoneis conferentes sunt veri acceptores personarum & occasio innumerabilium errorum scandalorum & malorum quæ eorum culpa in ecclesia & populo per inidoneos ecclesiæ prælatos curatos & ministros contingunt quos ipsi instituerunt. Vndè si peccēt iuxta communem & veriorē theologorum opinionem conferētes beneficia præcipuè curata minus idoneo prætermisso magis idoneo, quantò magis ergo peccant & Deo rationem reddituri sunt præferentes simpliciter inidoneos in collationibus & spiritualium prouisionibus postpositis ac etiâ contēptis quibus plurimis maximè idoneis quos ipsi collatores optimè nouerint vel facile cognoscere possent si vellent.

*De excommunicatione. Cap. XX.*

**E**Xcommunicatio maior separat excommunicatum à sacramentis & hominum consortio. Excommunicatio minor separat tantùm à sacramentorum perceptiōe & ministratiōe. Excommunicatio à iure dicitur quæ inflicta est de iure communi seu municipali vel statuto. Excommunicatio ab homine est quæ infligitur à iudice potestaté habēte. Hæc materia de excōmunicatione & censuris ecclesiasticis valde ampla est quæ ad longū tractatur à doctoribus titulo de sententia excōmunicationis, & à Ricar. alijsq; theologis in 4. sent. dist. 18. Ponam igitur summarie solùm dimissis causa breuitatis argumentis iuriū varijs allegationibus & doctorū opinionib<sup>9</sup> aliquas succinctas propositiones quas sumopere expedit scire & menti tenere volentes rectè cōfiteri & sacramēta dignè suscipere præcipuè tamen  
fer-

seruiunt pro curatis, cōfessoribus, & verbi Dei con-  
 cionatoribus. Est enim hęc materia excōmunicatio-  
 nis valde periculosa ppter quā quamplures multis  
 annis nunq̄ ritē cōfessi aut absoluti sunt, quia vide-  
 licet sunt innodati aliquo vinculo excōicationis. Nā  
 in excōicatione existēs etiā minori solū, nō potest ā  
 pctis absolui, vt pri<sup>o</sup> dixi nisi prius ab excōicatione  
 absoluator ab habēte autoritatē. Et ergo si post va-  
 rias cōfessiones factas tandē p sermones & alias do-  
 ctrinas scripto aut voce traditas cōstiterit alicui qđ  
 in aliqua priori cōfessione fuerit in excōicatione ā  
 puaper confessorem non fuerit absolutus, vel quia  
 fortē ipse tunc ignorauit esse casum excommuni-  
 cationis, aut ipse confessor autoritatem absoluendi  
 non habuit vel ex alia causa tenetur illam confessio-  
 nem & alias posteriores medio tempore factas rei-  
 terare & peccata reconferi quantum ei memoriæ  
 occurrere possunt sicut prius dixi de iteratione con-  
 fessionis.

*¶ Prima propositio. De mortali pro quo solo infligi-  
 tur excommunicatio maior.*

**E**Xcommunicatio maior nunquam contrahitur  
 de iure nisi pro mortali, ideo quo ad sententiam  
 iuris potest quis informare conscientiam suā super  
 excommunicatione maiori an eam inciderit ex hoc  
 an peccauerit mortaliter in facto vel non. vndē per-  
 cutiens clericum indeliberatē vel ex ira surreptitia  
 non incidit excommunicationem quia non peccat  
 mortaliter vt suprā dixi. Et idem est de constitutio-  
 ne quacunque papali vel statuto. Nam cum iusta  
 non fuerint carent vj legis & sic non ligant hominē.  
 Secus de sententia hominis quę potest esse iniusta.

*¶ Secunda.*

*¶ Secunda. De absolutione.*

**A** Minori excommunicatione potest quilibet sacerdos suū subditū absoluerē. A maiori verò solus Papa, Episcop<sup>9</sup> vel habēs alteri<sup>9</sup> eorū potestatiē. Sicut habet quilibet sacerdos absoluēdi autoritatē papalē in necessitate. s. in articulo mortis euadēs tamē mortē & absolutus à simplici sacerdote q̄ extra periculū de iure nō poterat absolvere debet postmodum se presentare illi qui de iure poterat absolvere.

*¶ Tertia. De violenta iniectioe & triplici læsione.*

**Q** Vicunq; suadente diabolo manus violētās iniecerit in clericū, monachum, monialem, aut alicuius religionis conuersum vel conuersam incurrit ipso facto excommunicationem maiorem iuxta cap. Si quis suadē. 17. q. 4. &c. Non dubium & quedam alia. Et tunc dicitur quis iniicere manus violentas quando irato & deliberato animo facit violentā personæ mediatae immediatae, per se vel aliū, directē vel indirectē, instigando, consulendo, &c. Vel quando fit vis rebus ipsi clerico adhærentibus, puta si trahat æquum clericiper violentiam vel violente aliquid ex manibus eius rapit. Similiter si lapidē proijciat in clericum vel aliquam aliam realē iniuriam ipsi intulerit. Et quando est enormis læsio siue atrox iniuria vt est homicidium, mutulatio, amputatio alicuius membri, periculum mortis vel notabilis effusio sanguinis de tali mēbro ex quo sanguis de facili non exit. similiter quando fit talis violēta iniectio in Episcopū vel prælātū aut in ecclesia tūc solus Papa potest absolvere. quando verò est leuis iniuria & læsio potest semper episcopus absolvere. quando est me-

mediocris lætio potest episcopus solum in quibusdã casibus in iure expressis absoluere. Quorum vnus est si percuciens sit in articulo vel mortis periculo constitutus. secundus si habeat legitimum impedimentum propter quod non possit adire Papam vel habentem potestatem papalem, videlicet si habeat capitales inimicos in via vel est pauper omnino vel etiã pauper nõ mendicãs qui viuit ex artificio quod non potest in via exercere, aut est multũ senex vel multum iuuenis aut impotens. tertius est in mulieribus & in his qui sui iuris non sunt sicut & filij familias & serui.

*¶ Quarta. De celebrante in excommunicatione.*

**E**Xcommunicatus minori excomunicatione peccat mortaliter celebrando & quodcunq; aliud sacramentum scienter in excommunicatione aliqua ministrando. secus vt prius dixi si solum absolueret aliquem ab excommunicatione maiori vel minori quia illa non est sacramentalis absolutio. Recipiens tamen sacramentum à sacerdote minori excommunicatione excommunicato etiam scienter non peccat nec caret effectu sacramenti. secus si talis sacerdos esset excommunicatus maiori excommunicatione: nam tunc absolutio eius esset nulla, quando ergo confitẽti postmodum constaret quod confessor tempore confessionis ei factæ fuerat in excommunicatione tenetur confessionem illam & alias sequentes iterare.

*¶ Quinta. De iniusta excommunicatione.*

**Q**uanuis excommunicatio sit iniusta & ex falsa causa timenda tamen est & regulariter ligat quo ad ecclesiam si fulminetur ab eo qui iurisdictionem

nem habet super talem excommunicatum sed reuocare debet iudex vel absoluere quādo cognoscit errorem suū vel iniustitiā nō obstante cōtradictione aduersarij. talis tamē excōicatio iniusta nō ligat quoad Deū quā ille iniuste excōicatus ex quo non peccauit mortaliter nō est separat<sup>o</sup> à Deo. Nō pōt tamē sacramentaliter à pētis absolui nec alia sacramēta suscipere nisi prius ab illa excōicatione absoluator. Sicut & quilibet excōicatus etiā minori excōicatione solū, primò debet ab excōicatione quam à pētis absolui. Et vt quis excommunicetur à iudice primò debet citari siue moneri tribus monitionibus vel vna peremptoria. Secundò debet esse causa iusta excommunicationis videlicet contumacia. Tertiò debet sententia proferri in scriptis experimentibus aīm & consensum iudicis de præsenti excōicantis.

*¶ Sexta. De excommunicatione que non tenet.*

**E**Xcōmunicatio ab homine lata non tenet nec est timenda in quibusdā casibus. Primus est, quādo est lata à nō suo iudice. Secūdus, à suo iudice sed excōicato vel suspēso vel intruso vel qui violauit interdictū hoīs vel excōicauit subditū contra priuilegij sui tenorē. Tertius, quādo excōicatur quis post appellationem legitimam. Appellatio tamen post excōicationem inflictā nō suspēdit ipsam scđm Panor. in ca. p tuas li. 6. sed defert solū iurisdictionē ad superiorē. Quartus, quādo cōtingit intollerabilē errorē sicut quādo error ille est expressus vel quādo de eo notoriē cōstat. similiter quando errorem facti continet de quo notoriē constaret puta dicit iudex. Excommunico te quia fecisti furtū tale cū tamen non fecerit, illa excōicatio ligaret nisi notoriē constaret

staret de errore facti. Quintus, quādo sentētia profertur generaliter cōtra nō soluētes in certo termino & Ioannes debita tūc nō soluit vel quia non pōt vel fit ei prorogatio termini solutionis. nā tunc non ligatur illa sententia, verba enim talia & similia dicunt ciuili modo & sanè intelligi. Sextus, quando ferens sententiam non intendit ligare, nam excōicatio sumit vires ab intentione excōicatoris. Septimus, quādo excōicatio fertur sub cōditione & ante cōditionis euentū moritur excōicator, quia sic expirat sententiā & nō ligat post mortē, quosdam adhuc alios casus videre poteris in angelo in verbo excōicatio. 3. qui plixè hanc materiam determinat.

*¶ Septima. De excommunicatione generaliter lata.*

**Q**uando episcopus vel iudex aliquis excommunicat oēs sciētes eū qui certo tpe quoddā furtum vel aliud certū delictū cōmiserit si intra quinq; vel sex dies nō reuelauerint, illa excōicatio ligat solum nō reuelātes & sciētes tali modo vt pbare possint: si autē exprimeret in sentētia quòd siue probare possent siue nō teneantur denūtiare sic continet intolerabilē errorē nisi adderet & quòd qui nō potest probare teneatur sibi dicere tanq̄ patri & prouisorii & ei qui pdesse possit vt secretè puidere possit, hoc tamē credo poti⁹ debere fieri scđm legē charitatis & modū siue ordinē correptiōis fraternę vt. s. delinquēs primò secretè moneatur & auisetur vt dicit Mat. 18. Si r iniquū videtur mandatū si iudex aliq; mandat sub pœna excōicationis quòd q̄ fecerit furtū vel insultū quēdā tali nocte in tali loco cōpareat psonaliter corā eo intra octo dies & pdat se & occultū suū crimē reuelet (licet enim factū sit fortassè notoriū



occultum tamen & secretum est quoad facientē qui ignoratur) nam talis delinquens potest secretē restituere ablatum & satisfacere parti læsę per medium alicuius discreti confessoris non prodēdo se nec crimen suum occultum & famam perdendo. vndē fama & cuiuslibet bonum nomen præualens auro & omni thesauro semper seruari debet & non lædi quantum fieri potest. Sed iusta esset sententia & rationabile mandatum si iudex præciperet sub pœna excommunicationis. Quicumq; tale furtum fecerit vel alium excessum commiserit intra certū tempus nominatum teneatur restituere & parti læsę satisfacere. hæc probabiliter dixerim & verum puto licet nonnulli doctores contrarium sentiant.

*¶ Octaua. De excommunicatione lata in communitatem.*

**C**ollegium vel vniuersitas hominum prohibetur excommunicari ne cōtingat innoxios ligari iuxta cap. Romana de sent. ex. lib. 6. An autem sentētia lata contra talem communitatem teneat vel non est dubium doctorum. nam glo. in dicto ca. host. & archi. tenent communiter quòd lata tenet: alij tenent contrarium, quia communitas non est capax ad recipiendum talem sentētiā. pro securiori ergo suo deo si in collegium vel ciuitatem feratur talis sententia quòd procurent absolutionem.

*¶ Nona. De multiplicatione censurarum.*

**V**aldē inconsultum & periculosum est quòd episcopi in suis statutis cæteri quoq; iudices tam faciles sunt in multiplicando censuras. vndē expediēs esset vt etiā inquit Ger. vt omnes constitutiones sententię excommunicationis latę sententię in iure vel statutis contentę quarū vsus nullus est aut plus ob-

obest quàm proſit expreſſa reuocatione caſſaren-  
tur in prouintijs & dioceſibus & in eccleſia vniuer-  
ſali. Expediens etiam eſſet vt nulla excommunica-  
tiõis ſentẽtia ferretur de factõ à iure vel iudice neq;  
pro præſenti neq; pro futuro, niſi pro manifeſta con-  
tumacia qua quis oſtendit ſe non paratum audire ec-  
cleſiã. Quomodo aliter haberi debet ſicut ethnicus  
& publicanus ſi eccleſiã audire paratus eſt. Etiã con-  
ſultũ & expediẽs videretur vt nullũ aliũ excõmuni-  
catũ vitare teneretur niſi poſtq̃ à ſuo iudice denũtia-  
tus fuerit talis. Et qđ ſolũ excõicatus aut ſuſpenſus à  
iudice & p tali denũtiatus cõtrahere diceretur irre-  
gularitatẽ immiſcẽdo ſe ſacramẽtis & quòd ſolũ talis  
à poteſtate abſoluẽdi in foro cõſcientiẽ ſpoliatũ cen-  
ſeretur. ¶ *Decima. De prorogatione termini ſolutionis.*

**S**i iudex mandet Ioanni ſub pœna excõicationis  
ſlatẽ ſentẽtiẽ vel ſub pœnis camerẽ vt ſoluat Petro  
cui obligatur centũ ante Paſcha ſi Petrus ex gratia  
proroget terminũ illum vſq; Penthecoſten Ioannes  
non ſoluens ante Paſcha non erit excõmunicatus,  
nec in feſto Penthecoſtes etiã nõ ſoluẽs, modò illa  
prorogatio ſit facta ſolũ per Petrũ ſine autoritate  
iudicis. ſecus ſi fieret cum autoritate iudicis pro-  
rogantis mandatũ quod erat vt ſolueret in Paſcha vt  
ſoluat in Penthecoſte ſub eadẽ pœna quia ſic liga-  
retur, nam excommunicatio nõ poteſt naſci ex pa-  
cto ſed ex ſententia, hæc eſt opinio Angeli in verbo  
Excõi. i. ſ. 21. ſed etiam verũ puto Ioannẽ etiam eſſe  
excommunicatũ ſi in feſto Penthe. non ſoluat licet  
prorogatio ſit facta ſine autoritate iudicis.

¶ *Vndecima. De lata ſententia & ferenda.*

**Q**vando profertur ſententia reſpectu præteriti

temporis vt excōicatus sit vel interdictus, tunc ipso iure regulariter ligat nisi cōtrariū ex alio appareat, similiter si verba (licet nō sint respectu p̄teriti t̄pis) sint declaratoria sic ligāt ipso iure sicut cū dicitur **dicernimus ipso iure excōicationi subiaccere**, idē tenetur cōiter quando ponitur subiaccat vel habeatur quōd sit latæ sententiæ licet sonent verba in futurum, si autem verba sint dispositiua & sonant in futurum, tunc est casus ferendę sententiæ.

*¶ Duodecima. De ignorātia excōicationis in aliquo casu.*

**Q**uando est ignorātia facti, p̄babilis vel iuris vt in pueris & in talibus qui nō tenentur hoc scire tunc ignorās illā excōicationem nō incurrit p̄cā nā excōicationis, dicitur autē scire si vidit illū facere factū de quo tenetur scire quōd est excōmunicatus, puta vidit eum verberare clericū vel audiuit ipsum nominatim à iudice excommunicari vel denuntiari ante valuas ecclesiæ, vel audiuit hoc ab episcopo vel eius curato quorū est excōmunicare vel denūtiare, vel est publica fama, nam tunc ab omnibus vitari debet. Vndē ignorantia iuris probabilis constitutionis vel statuti ordinarij releuat à p̄cena per statutum vel constitutionem decreta siue disposita, non autem ignorantia crassa vel supina. Sed si excommunicatio sit per ius commune vel constitutionem apostolicā fulminata nō excusat ignorantia crassa illius constitutionis nec etiā probabilis, secundū sententiā Adriani vi. Vndē si loquamur de excōicationibus quæ infliguntur à iure communi aut per extrauagantes vel statuta quæcunq; super facto prohibito lege diuina, quæ communiter in diocesis publicantur & sciuntur, vt est illa de non contrahendo

do in gradu prohibito, de non verberando clericum & similibus, & sic talis ignorans ligatur quia est lata culpa ignorare quod omnes suæ conditionis sciunt: si verò loquamur de excommunicationibus iuris & extrauagatum vel statutorum quorumcunque quæ communiter non publicantur in diocesibus nec sciuntur tunc, hæc pœna non videtur obligare ignorantem qui est extra omnem culpam, nisi sit persona cui ex officio ignorare sit prohibitum.

¶ *Decimatertia. De vitatione excommunicatorum.*

**Q**uantumcunq; quis sit excōicatus generali sententia iuris vel hoīs si nō fuerit denunciatus nō est necessariò vitandus scđm decretū consilij Constantien. Excepto eo qui manus violentas iniecit in clericum priuilegio clericali non nūdatum.

¶ *Decimaquarta. Quando communicans excommunicato peccat mortaliter.*

**O**mnis communicans excōicato maiori excōicatione est excōicatus & peccat mortaliter quando cōicat in crimine pro quo lata est excōicatio vel in alio mortali peccō aut in diuinis, sed vtrum cōicans in actibus legitimis tali excōicato maiori excōicatione peccet semper mortaliter dubiū est doctorū: quidā enim canonistę tenēt quòd oīs cōicans excōicato maiori excōicatione etiā in humanis in casibus nō exceptis peccat mortaliter, sed veriorē aliorum theologorū credo esse opinionē videlicet quòd talis cōicans in actibus humanis peccat venialiter & non mortaliter nisi in quibusdam casibus. Primus est quando cōicat cum excōicato maiori excōicatione in peccō mortali vel in diuinis. Secundus quando excōicatus est cū participantibus. Tertius dum

cōicat contra præceptum superioris. Quartus dum  
cōicat pertinaciter in contemptū clauū vel iudicis.

¶ *Decimaquinta. Quando communicans excommunicato incidit maiorem excommunicationem.*

**C**ommunicans excommunicato maiori excommunicatione & denunciato in casibus non exceptis excommunicatus est ipso iure, siue in diuinis ei cōicet siue in humanis. Participans verò excommunicato maiori excommunicatione cum suis participibus post canonicā monitionem incidit decreto iudicis maiorē excommunicationē. Illa est monitio canonica quæ alijs ritè seruatis eos qui monentur exprimit nominatim, & fit trina vel vna pro tribus aliquorū dierū interuallis competentibus seruatis. Itē cōicans excommunicato maiori excommunicatione scienter in crimine pro quo talis excommunicatur etiā incidit maiorē excommunicationem. Ex istis patet quòd cōicans excommunicato maiori excommunicatione cū suis participibus incidit maiorē excommunicationē nō ipso facto sed si prius monitus fuerit & nō desistat. nā pro cōione cum excommunicatis nō debet quis maiori excommunicatione laqueari nisi contumax fuerit, & ergo iura ordinarūt quòd non posset excommunicari nisi præcedat monitio, excepta communione in crimine dānato.

¶ *Decimasexta. Quando cōmunicans excommunicato incidit maiorem excommunicationem.*

**C**ommunicans excommunicato maiori excommunicatione extra tres casus p̄dictos in priore. 15. p̄po. siue in diuinis siue humanis in casib⁹ nō cōcessis incidit sententiā excommunicationis minoris, vt q̄ comedit orat loquitur cum aliquo qui clericū percusserit, sed cōicans excommunicato minori excommunicatione nō excommunicatur aliqua excommunicatione nec peccat.

¶ *Dea*

*¶ Decima septima. De differentia duplici inter nominatim excommunicationem & generaliter.*

**P**Rima differentia est quia specialiter nominatim excommunicatos tenemur vitare etiam ante denuntiationem, excommunicatos vero generaliter siue generali sententia iuris vel hominis non tenemur vitare ante denuntiationem siue priusquam huiusmodi sententia fuerit in personam tale a iudice publicata seu denuntiata specialiter & expressè vnico casu excepto. scilicet notorio iniectionis manus in clericum quæ nulla tergiversatione potest cesari. Secunda differentia nominatim excommunicatum quauis alicui soli constet tenetur homo vitare in priuato quantum etiam denuntiatus non sit, sed excommunicatum generali sententia iuris vel hominis ante denuntiationem siue vni tantum constet siue multis non tenemur nec in publico nec in priuato vitare excepta iniectione, &c.

*¶ Decima octaua. De diuersis casibus in quibus licitum est & illicitum communicare excommunicato.*

**C**asus & modi in quibus vitandi sunt excommunicati continentur his versibus.

*Si pro delictis anathema quis efficiatur.*

*Os orare vale communio mensa negatur.*

*¶* Sunt plures & varij casus quorum aliquos cõiter occurrètes dicam, in quibus non peccat communicans excommunicato, de quibus habetur II. q. 3. cap. quoniam multos, & comprehenduntur his versibus.

*Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.*

*Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.*

*¶* Primus est de excommunicato generali sententia iuris vel hominis & non nominatim vel expressè, quia vt dictum est ante denuntiationem expressam non tenemur vitare excommunicatum excepta iniectione. *¶* Secundus est in

odiū excōicati. Potest enim q̄s petere vel recipere solutionē debiti ab excōicato. Similiter licet excōicato cōmunicare in his quæ concernunt damni euitationem quāuis non in his quæ concernunt lucri acceptationē nisi illud lucrū suæ sustentationi necessariū esse videatur. ¶ Tertius in his quæ concernunt fauorē & salutem aīæ excōicati. similiter quæ cōcernunt necessitatē ipsius ecclesiæ, etiam pro necessitate corporis & pro subuentione communicatiū vel aliorū egentū licet cōicare vt transiens per terram excōicatorum si non potest aliundē conuenienter victū acquirere potest ab excōicato petere & emere. Vndē quando cōmunicatio excommunicato non in eius fauorem aut commodum, sed pro euitando meo damno vel subleuanda mea necessitate non incido minorē excommunicationem dummodo non communicē in crimine aut in diuinis extra casum iusti metus. ¶ Quartus cum aliorū paci vel ædificationi est communio cum excommunicatis necessaria. Vndē non solū pro necessitate sed pro communi pace vel spiritali aliorū utilitate licet communicare, sed pro magno bono temporali non licet, verbi gratia, pro magna elemosynarum medio procurando ad structuram vel ornatum ecclesię non licet. ¶ Quintus de his qui ante excommunicationem illis excommunicatis familiariter adhærere tenebantur vt vxores, filij, serui, ancillæ, mancipia, rustici, & seruiētes, & omnes subditi de familia excommunicati qui non adeo curiales sunt vt eorum cōsilio scelera perpetrētur. ¶ Sextus de ignorantibus talem esse excommunicatum ignorantia facti non crassa vel supina. vnde secundū  
Palude,

Palude, si habitu scio Ioannem excōicatum maiori  
 excommunicatione & per surreptionē participo in  
 hora mox vt aduerto me retrahens non incurro ex-  
 cōicationem, quia nō est actus humanus ex quo su-  
 bitus & indeliberat<sup>o</sup>. Si aut post annū video quē pri<sup>o</sup>  
 sciui excōicatum si nō cōstet de eius absolutiōe ad-  
 huc teneor eū vitare, debet enim haberi pro nō ab-  
 soluto donec per literas, per testes, vel alias legitime  
 cōstiterit nisi esset talis persona de qua probabiliter  
 posset credi dicto & fide affirmanti se esse absolutū.

*¶ Decimanona. De sacerdote vidente in missa  
 excommunicatum.*

**S**I sacerdos missa inchoata vel ante videt aut intel-  
 ligit ibi esse excōicatum, si talis excōicatus sit oc-  
 cultus non debet sacerdos dimittere officiū: si verō  
 sit publicē excōicatus debet eū monere per se vel  
 aliū vt exeat, quōd si nollit exire & sacerdos nondū  
 inchoauit canonem cessabit à celebratiōe vltiori.

*¶ Vicesima. De septem casibus in quibus percutiens  
 clericum excommunicationem non incurrit.*

**P**Rimus est si percusserit clericū causa disciplinæ.  
 2. si ex iocosa leuitate. 3. si inuenerit eum turpiter  
 conuersantē vel agētem cum vxore, matre, sorore,  
 vel filijs. 4. si statim vim vj repellat cum moderami-  
 ne inculpatæ tutelæ. 5. si ignoret eum esse clericum.  
 6. si inuenerit eū in apostasia post trinā monitionem  
 ei factā. 7. si clericus se trāsfert ad actus penitus con-  
 trarios, vt si fiat miles, pugil, aut bigam<sup>o</sup>, etiam si fur-  
 to deprehendatur vel occiderit.

*¶ Vicesima prima. De excommunicatione religiosorum.*

**R**eligiosi sine rationabili causa extra monaste-  
 rium incedētes sine habitu sunt excōmunicati.

Simi-



Similiter si scapulare vel aliã habitũ occultent sub vestibus laicalib<sup>9</sup>. Secundò religiosi qui clericis vel laicis sacramentũ eucharistię vel vnctionis extreme ministrauerint, vel matrimoniũ solēnizauerint ex cõmunicati sunt ipso factõ, si hoc sine licētia presbyteri aut parochialis aut dispensatione facere prætentat. Possunt tamen inducere fœdus matrimonij vel pronunciare verba inter contrahentes. Recipientes tamen sacramenta ab eis etiã sine licētia curatorum nõ excõicantur. Terriò excõicantur etiã religiosi si absoluãt excõicatos à canone præterq̃ in casibus in iure expressis vel per priuilegia sedis apostolicæ eis concessa. Similiter si absoluãt à sententijs promulgatis per statuta synodalia vel prouincialia seu à pœna & culpa. Quartò religiosi nõ præsentati legitime iuxta formam cle. dudum audientes confessionem grauit er peccant. nã & confessio eis facta est iterãda quia nõverè absoluũt. nõ tamē incidũt in hãc pœnã.

*Vicesima secunda De metu intentato ad cõicandum.*

**P**RO nullo metu intentato ad cõicandum excommunicatõ cõicare licet. vndè si rex sub pœna mortis præcipiat Ioãni quòd cõicet alicui de familia sua excõicato, Ioannes potius debet & tenetur mortem subire q̃ excõicato cõicare. Secus si mors non intentaretur Ioanni ad illũ finē. Nã si alius à dicto tyrãno vel rege intētaret Ioãni mortē ex alia causa quã posset Ioannes subterfugere cõicando illi excõicato vel alteri, tunc posset ei cõicare secluso scandalo. Similiter si quis cogat Carthusiēsẽm vt vescatur carnib<sup>9</sup> quãuis etiã similiter concurrat necessitas famis non licet ei tamen comedere vbi tamen idẽ Carthusiēsẽs in deserto vel mari præter carnes nihil haberet ad vescen-

vel  
me  
vel

C  
sun  
sun  
A  
Ec  
Iu

C  
pli  
co  
An  
Qu  
S  
Et  
Su  
Fa  
Ra  
Ac  
Qu  
Fu  
Si  
At  
Si  
Po  
S  
ter

vescendum nō solūm potest imō tenetur carnes comedere. Similiter etiam in casu quo non posset ovis vel alio cibo se conseruare in vita.

*Vicesimatertia. De casibus Papalibus.*

**C**Asus referuatos summo Pōtifici quot & q̄ sunt difficilē est scire: nā doctores in hac materia varij sunt. Remitto causa breuitatis ad Antoni. in 3. parte summæ ti. 22. c. 7. De his casib⁹ solēt poni isti versus.

*Ad Papam feriens clerum, falsarius, vrens  
Ecclesiam, simon, audens celebrare ligatus,  
Iussu p̄elati nolens exire ligatus.*

*¶ Vicesimaquarta. De casibus Episcopalibus.*

**C**Asus episcopales quot & qui sint etiam omnino certum non est. Miror quōd tam facilē & multipliciter illaqueātur homines istis censuris. Hos episcopales casus etiam videre poteris in 3. partē summę Ant. ti. 17. ca. 11. pro quibus sunt isti versus.

*Qui facit incestum, deflorans, aut homicida,  
Sacriligus, patris percussor, vel zodomita,  
Et voti fractor, periurus, sacrilegusq̄,  
Suscipiens furtum, faciens simon, ordine saltum,  
Falsum testificans, partum qui suffocat eius,  
Raptor, adulterium, dans toxica, vel fœnerator,  
Accumbens pecudi, pueri neglector alendi,  
Qui proprium tradens dominum mactare videtur,  
Furtum suscipiens, æs dotis & ecclesiarum,  
Si quis commisit maleficia, cumq̄ sacratis,  
Atq; heresis fautor, rapiens furtim sacramentum,  
Si quis maiori manet ex anathemate vincetus,  
Pontificem querat, necnon qui miserat ignem.*

¶ Sunt quidā casus singulariter sedi apostolicæ referuati qui quotannis legūtur Romæ in cœna Domini

mini de quibus curati & confessores debent populum auisare vt abstineant quos videre poteris si textus iuris tibi non sint in Angelo in verbo excom. in casu 17. vsq; casum 32. Et sunt plures illorum contra illos qui contra sedem apostolicam & libertatem ecclesiasticam & fidem catholicam moliantur.

*¶ De irregularitate. Capitulum XXI.*

*¶ Prima propositio. Quid sit irregularitas.*

**I**rregularitas est impedimētum & repulsio executionis diuini officij & sacramenti ex canonica institutione proueniens. vnde irregularis non potest ad ordines promoueri, vel si promotus est non potest exercere suum officium sine speciali dispensatione.

*¶ Secunda. De occidente & defendente.*

**Q**uilibet alium occidens habens rationis vsum incidit irregularitatem siue iuste vel iniuste, cum peccato vel sine peccato occidat. Excepto si occidat pro defensione propriij corporis & vitæ cum moderamine inculpatae tutelæ, quando, scilicet aliter euadere non potest. Nam in illo casu alium interficiens non fit irregularis. Si autem potest fugere aut alio modo euadere mortem, alium non occidendo tunc si occidat incidit irregularitatem. Et etiam secundum opinionem plurium doctorū si mutilat vel ex toto debilitat aliquod notabile corporis membrum sic quod mediante illo nullo modo potest exire in actū illi membro porcionatum fit etiam irregularis. Et si quis alium occidat pro defensione temporalium vel etiam pro defensione vitæ proximi non euitat pœnam irregularitatis.

*¶ Tertia.*

¶ *Tertia. De causa Homicidij.*

**Q** Vicunq; mandato, cōsilio, auxilio, facto, defensione aut quavis alia cooperatione concurrat & est causa homicidij fit irregularis, exceptio est de prælato habente iurisdictionē temporalem. Nam si talis iniungat suo officiali vel alteri suo sculteto, &c. quòd in tali furto aut altero ppetrato maleficio inquirat & iustitiam faciat non incurrit per hoc irregularitatem quamvis talis maleficus per præfatum scultetum vel alium officiatum occidatur. Quia dicitur in ca. episcopus ne cle. vel. mo. li. vi. quòd licet clericis non liceat causas sanguinis agitare, eas tamen cū iurisdictionem habent temporalem debēt & possunt, metu irregularitatis cessante alijs deligare. Similiter & inquisitor hæreticorū sciēs cum pronunciauerit aliquē esse hæreticū quòd occidatur, talis pronunciaō nō fit irregularis. Et quod dictū est de causa maximè veritatē habet de causa propinqua. nō enim quælibet causa occisionis debet attendi nec inducit irregularitatē. Vndè faber faciēs gladiū quo mediāte multi occiduntur, non est irregularis. Si tamē dolo & intentione nocendi vel nō sufficientē adhibēs diligētiam aliquid fecerit ex quo tanquam ex causa licet remota etiam sequitur occisio, tunc bene consideratur causa remota.

¶ *Quarta. De cooperantibus in causa sanguinis.*

**I**udex, accusator, testis, notarius, Aduocat<sup>9</sup>, Assessor, Scabini, & quis alij officiales in causa sanguinis & mortis iudicantes & omnes cooperantes (licet non peccent imò merentur quādo ex officio eis incumbit si zelo iustitię nou vindictæ faciant) incidunt tamen irregularitatem.

¶ *Quinta.*

*¶ Quinta. De adhortatione ad homicidium.*

**P**robabile est quòd sola animatio vel hortatio ad factum licitū licet homicidiū sequatur non inducat irregularitatē. Sicut cū Prelatus admonet ciues & armigeros in bello iusto vt viriliter pugnent: nam vt dicit beatus Tho. 22. q. 4. licitū est prælatis & ecclesiasticis inducere alios ad bellū iustū & eis assistere vt pugnantibus subueniāt exhortationib<sup>9</sup>, absolutionibus, & alijs spiritualibus adiuuentis. Non tamen debent hortari vt interficiant vel mutilēt sed vt fidem ecclesiasticā defendant patriā & rempublicam ab interitu præseruent. Auxilium tamē & reatū cooperatio ad perpetrandum factum etiam licitum ex quo tamen sequitur homicidium inducit irregularitatem maximē si talis directē vel immediatē auxiliatus fuerit homicidio.

*¶ Sexta. De recuperandis rebus ablati.*

**S**i clericus imploret auxilium & officium iudicis pro recuperandis rebus & bonis furtim sublati quas alio modo recuperare nequit nō fit irregularis dummodo præmittat protestationē quòd nō intendit ad vindictā sanguinis talē furē deduci licet tamē sciat quòd sine sanguinis effusione nō poterit recuperare. similiter si petat subsidiū principis vel officiū alteri<sup>9</sup> iudicis secularis cōtra quendā q. ei minas dederit interficiēdi vel nocuentū per incendiū vel quouis alio modo in reb<sup>9</sup> suis faciēdi nō incidit pœnā, quī talis cōprehendatur & à iudice occidatur.

*¶ Septima. De accipiente ordines in excommunicatione & ordinato ab excommunicato.*

**S**uscipiens ordines in excōicatione maiori incidit irregularitatē & solus Papa secum de irregularitate

tate  
pos  
& m  
oru  
& o  
nā. l  
hab  
ben  
spe  
ver  
den  
ram  
din  
tale

**P**  
vel  
rali  
ner  
cha  
stra  
mar  
ne t  
te d  
am  
fcit  
Nor  
**A**  
mil  
cop

tate poterit dispēfare licet episcopus ab exōicatione possit absoluere. Similiter cū quis sub diaconatū & minores ordines vno die suscipit, vel cū duos ordines sacros simul recipit fit etiam irregularis, & ordinatus ab excōmunicato incidit etiā hanc pōnā. Executionē enim conferre nō potest qui eā non habet. Vndē licet hæretici symoniaci in ordine vel beneficio excommunicati, scismatici depositi, suspensi, interdicti & degradati se attentent celebrare verum corpus Christi efficiant & ordines veraciter dent si episcopi sint modò intentionē habeant & veram ecclesiæ formam seruēt, attamen à talibus ordinati executionem non habēt & sic dicuntur irritæ tales ordinationes.

*¶ Octaua De reiteratione baptismi.*

**P**ER iterationē baptismi & in suscipiente & in dante contrahitur irregularitas si scienter resumatur vel ignoranter ignorantia iuris. Quidā tenent generaliter quòd contrahitur irregularitas per iterationem omnium sacramentorū in quibus imprimitur character scienter factā quo ad suscipientē & ministrantē. Sed si quis dubitat an sit baptisatus, confirmatus vel ordinatus debet rebaptisari cum cōditione tamen sub his verbis. Si tu non es baptisatus ego te baptiso in nomine patris & filij & spiritus sancti amē. vndē nec censetur nec dicitur iteratū quod nescitur esse factum de conse. dist. i. solennitates.

*Nona. De apostasia, & recipiētes ordines ab alieno Epō.*

**A**POSTOTANDO à fide catholica similiter incurrens infamiā iuris vel facti incidit irregularitatem. similiter recipiens ordinē ab eo qui renunciauit episcopatu loco. s. & dignitati. Insuper recipiens ordi-

nes ab alieno episcopo sine dimissorio & licentia sui episcopi & absq; dispensatione fit etiam irregularis, sed secundū glo. & quorundā doctorū opinionē in ca. eos de tpe ordi. li. 6. talis ipso iure non est irregularis sed suspendendus, & ergo si celebrat anteq̄ suspendatur non efficitur irregularis licet grauiter peccet celebrando antequā eius praelatus habeat ratam talem ordinationē & ordinator est suspēsus per annum. similiter recipiens ordines extra tpa statuta fit irregularis. quidam tamen tenent quod talis non est ipso iure suspensus sed suspendendus ab ordine suscepto sicut & ordinans.

*¶ Decima. De promotō per saltum.*

**F**aciens se ad sacerdotiū promoueri non pmissis alijs ordinibus grauiter peccat & est suspendendus si in illo ordine ministret, suscipit tamē verē characterē illi<sup>o</sup> ordinis superioris ad quē promouetur, similiter episcopus si non sit sacerdos verē suscipit characterē episcopalē si talis ponatur sed non executionē, quidā etiā tenent quod si nō sit sacerdos non suscipit etiā characterē sicut nec executionē. Materia istarū censurarū frequenter est dubia utinā plurimę essent oīno abrogatę. Expediit tamē in multis casib<sup>o</sup> uti cēsuris & excoīcatione tanq̄ gladio spirituali quo vtiliter vtitur ecclesia ad coercendū malos de eorum contumacia & inobedientia & ut cæteri timorem habeant & à similibus delictis abstineant.

*¶ Undecima. De non ordinato & de excommunicato exercente actum alicuius ordinis.*

**E**xercēs aliquē actū deputatū alicui ordini sacro si careat illo ordine incidit irregularitatē, vt qui non est subdiaconus nec diaconus cantans in officio

cio missæ cum vestibus sacris epistolâ vel euangeliû efficitur irregularis & per Papâ dispensari debet. Of ficia tamê. 4. ordinû minorû exerceri licitè possunt à non ordinatis. Itê excôicatus, interdictus, vel suspensus si celebret vel exerceat aliquè actû certi ordinis etiâ minoris est irregularis & dispensatur per solâ Papâ. Si quis etiâ talis autorizando audiret diuina vt episcopus excommunicatus vel suspêsus facit corâ se celebrari etiam efficitur irregularis, secus si non autorizando fiat. Et ergo si laicus vel clericus excommunicatus interfuit diuinis peccat grauitè non fit tamen irregularis.

*¶ Duodecima. De ignorante vel dubitante se esse excommunicatum.*

**S**I quis ignoret se esse excôicatum vel suspêsum si est ignorâtia probabilis facti sic excusatur, videlicet quia misit procuratorè suum qui tamê nõ cõparuit quare fuit excôicatus, & sic non efficitur irregularis celebrâdo. Secus si crassè ignorauerit. Si verò probabiliter dubitat de excôicatione videlicet quia cõscijs de culpâ quâ fecit existimat se fuisse excôicatum, tûc celebrando fit irregularis si verè fuerat excôicatus, & peccat grauitè, quâuis etiâ non fuisset verè excôicatus agêdo contra dubiû conscientiæ & exponens se periculo. Similiter habês notitiâ excôicationis per solâ famâ si non abstinet à celebratione & alijs actibus ordinis alicuius sacri fit irregularis si postmodû verû comperit. ¶ Itê si excôicatus minori excôicatione solû celebret vel conferat aliqua sacramêta peccat mortaliter hoc faciês & sine necessitate, Absolutio tamen & collatio illius tenet & habet suû effectû. Nâ vt dictû est in præcedenti ca. Excôicatio



minor non inducit suspensionem ordinum vel officij sed tantum priuat participatione sacramentorum vt in ca. Si celebrat de cle. ex.

¶ *Decimatertia. De illegitimis & religiosis.*

**R**atione illegitimatis etiã incurritur hæc pœna vt patet in ca. i. de fi. pres. Et cum illegitimis in minoribus potest Episcopus dispensare. In maioribus solus Papa. Sed si efficiatur religiosi possunt de iure communi promoueri ad oēs ordines etiam sacros.

¶ Itẽ religiosus egrediens monasteriũ ad audiendũ leges vel physicã siue medicinã si ante duos menses nõ redeat excõicatur & Papa dispensat. Similiter exiens ad studiũ excõicatur nisi à suo prælato cum consilio maioris partis sui conuentus licentia sit concessã.

Et sententia excõicationis lata ipso facto cõtra prædictos religiosos physicã audiẽtes etiã ligat archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, & oēs sacerdotes, nisi infra spaciũ duorũ mensũ destiterint audire leges vel physicã, vt patet in ca. finali super speculane cle. vel mo. ¶ Plures adhuc sunt alij casus in quibus quis incurrit irregularitatẽ, quos causa breuitatis omitto & quia simplices non concernũt cõiter.

Contrahitur enim hæc pœna ex bigamia ratione criminis. Itẽ cũ quis in sacris existẽs contrahit matrimoniũ. Itẽ per solennẽ pœnitentiã fictã celebrando in loco interdicto. ¶ Tribus modis tollitur irregularitas. s. per baptismũ, religionis ingressum, per quẽ tamẽ nõ tollitur ois irregularitas, sed tantum illa de qua est in iure expressum quòd tollatur. tertiõ tollitur per dispensationẽ Papæ. Vndẽ in omni irregularitate Papa potest dispensare, & in quibusdã etiam episcopus, quia omnis irregularitas est de iure positiuo

tuo

tiuo. 2. q. 7. item Daniel. ¶ Hortor igitur vos fratres  
 charissimos & desideratissimos in aperto corde &  
 sanguinolentis vulneribus Christi Iesu cordialiter  
 dilectos, vt has censuras vitiaq; cuncta præcipuè con-  
 tumaciæ & inobediētiae pro quibus infliguntur  
 deuitare curemus, regulatam vitâ assumendo, in via  
 mandatorū Dei fideliter ambulando. Tempus no-  
 strū breue est, momentaneū est quicquid hic appa-  
 renter delectat, omnis enim caro fœnum & omnis  
 gloria eius quasi flos agri, sed æternū est quòd beati-  
 ficat & quòd cruciat, ne æternaliter à Deo & san-  
 ctorū consortio cum reprobis excōmunicemur, &  
 ab ordine christianitatis in baptismo suscepto degra-  
 demur audientes illam horribilem excōmunicatio-  
 nis sententiã. Discedite à me maledicti in ignē æter-  
 num, sed vt fratres eandem cœlestem paternalē hæ-  
 reditatē fraternaliter participantē mereamur no-  
 minari filij Dei & audire illam dulcissimã vocē. Ve-  
 nite benedicti filij patris mei. Concedat hoc altissi-  
 mus pater misericordiarū oīm consolator & Domi-  
 nus cuius singulari præsidio & instinctu hoc opus  
 perfecit vt sit ad Dei honorem, proximorum ædifi-  
 cationem, & animarum refrigerium. Et si in eo ali-  
 qua fortassis per incuriam aut imprudētiam meam  
 minus rectè posita reperiãtur, submitto ea & quæuis  
 alia præscripta saniori semper iudicio peritorum  
 atq; melius sentientium discutienda. Inhæ-  
 rendo semper protestationi sanæ fidei in  
 nostra præclarissima Lo uanien. Acha-  
 demia per me sæpius factæ.

FINIS.

# Index Capitulorum huius

libri. *iiii*

- Capitulum primum tractat de superbia eiusq; speciebus, diuiditurq; in tres partes Fol. 10.
- Capitulum secundū tractat de ira eiusq; speciebus, ac de alijs multis, & diuiditur in tres partes fol. 23
- Capitulū tertiū de inuidia tractat, eiusq; speciebus deq; remedijs contra inuidiam, diuitur autem in tres partes fol. 33.
- Capitulum quartū tractat de gula ac speciebus eius necnon de remedijs contra gulam fol. 39.
- Capitulum quintum tractat de luxuria & eius speciebus, de remedijs pro vitanda luxuria ac alijs multis diuiditur autem in tres partes fol. 44.
- Capitulum sextum tractat de accidia & speciebus eius, de remedijs contra accidiam, diuiditurq; in tres partes fol. 61.
- Capitulum septimum tractat de auaritia, eiusq; speciebus, de remedijs cōtra auaritiam, & diuiditur in tres partes fol. 88.
- Capitulum octauū tractat de pētō mortali & veniali diuiditurq; in quinq; partes principales fol. 181.
- Capitulum nonum tractat de occasi onibus peccatorum fol. 191. & 192. & 193. & 194. & c.
- Capitulum decimum tractat de consensu peccatorum multiplici fol. 199.
- Capitulum vndecimum tractat de contritione peccatorum habet autem sex articulos fol. 209.
- Capitulum duodecimum tractat de amore Dei habetq; vnum & viginti articulos fol. 226.
- Capitulum decimumtertium tractat de mortis medita-

# INDEX

- ditatione, timore atq; præuidentia fol. 258.  
 Capitulum decimumquartum tractat de testamen-  
 tis fol. 270.  
 Capitulum decimumquintū tractat de oratione &  
 quibusdam deuotionalibus fol. 279.  
 Capitulum decimumsextum tractat de animabus  
 in purgatorio existētibus quibus medijs liberari  
 possunt fol. 301.  
 Capitulum decimumseptimū tractat de sacramēto  
 eucharistię habetq; multos articulos fol. 313.  
 Capitulum decimumoctauum tractat de ingrati-  
 tudine, & gratiarum actione habetque duas partes  
 fol. 327.  
 Capitulum decimumnonum tractat de lectione ho-  
 rarum & restitutione fructuū beneficij fol. 348  
 Capitulum vicesimum tractat de excommunica-  
 tione & causa excōicationis ac diuersitate ex-  
 communicatorum fol. 370.  
 Capitulum vicesimumprimum tractat de irregula-  
 ritate fol. 367.

*Handwritten notes in a cursive script, possibly a library or ownership stamp, including the name "Biblioteca" and other illegible text.*

*Large handwritten signature or name in a cursive script, possibly "J. B. ...".*

# INDEX CONTEN torum in hoc libro.



<i>Videntes de-</i>	<i>Consiliū &amp; salubris admo-</i>
<i>trañtiones</i>	<i>nitio de verbo Dei au-</i>
<i>Fol. 36.</i>	<i>diendo 80.</i>
<i>Auaritia &amp;</i>	<i>Crimen concuſſionis 101.</i>
<i>amor crea-</i>	<i>Concluſio &amp; finis confeſ-</i>
<i>turarū eſt</i>	<i>ſionis 145.</i>
<i>mortale tripliciter vt de-</i>	<i>Casus in quibus licitū eſt</i>
<i>clarat Thom. 2. 2. q. 118.</i>	<i>referre audita in confeſ-</i>
<i>89.</i>	<i>ſione 147.</i>
<i>Affectio pecunie</i>	<i>97. Concubina conſtitens concu-</i>
<i>Auaritia ſecularium</i>	<i>96. binario 165.</i>
<i>Auferens rē ſuā aut ſibi debi-</i>	<i>Conſiteri per nuncium vel</i>
<i>tā propria autoritate 115.</i>	<i>ſcædulam quomodo licitū</i>
<i>Æqualitas mercis &amp; precij</i>	<i>171.</i>
<i>127.</i>	<i>Confeſſio eſt iuris diuini</i>
<i>Auaritia atq; iniuſtitia ſunt</i>	<i>176.</i>
<i>periculofa peccata 142.</i>	<i>Conſilium pro ſcrupuloſis</i>
<i>An veniale poſſit fieri mor-</i>	<i>ad remouendum ſcrupu-</i>
<i>tale 188.</i>	<i>los 186.</i>
<b>B</b> <i>reititas in orando 287.</i>	<i>Casus in quibus votum non</i>
<b>C</b> <i>ontra inanem gloriā re-</i>	<i>eſt obligatorium 194.</i>
<i>medium 11.</i>	<i>Chriſt⁹ tribus vicibus fle-</i>
<i>Conſideratio triplex. Chriſti,</i>	<i>uit 217.</i>
<i>noſtri, &amp; proximi 16.</i>	<i>Cum humilitate orandum</i>
<i>Contra curioſitatē &amp; ſuper-</i>	<i>eſt 297.</i>
<i>biam veſtimentorum 19.</i>	<i>Chriſt⁹ paſſus eſt in omni-</i>
	<i>b⁹ mēbris &amp; ſenſib⁹ 335.</i>

# INDEX.

De sedecim requisitis in vera confessione	3.	De inuidia	33.
De premeditatione ante con- fessionem	ibid.	Detractio graue & pericu- losum peccatum est	35.
De integritate confessionis	ibidem.	Doctrina quedam utilis con- tra sinistra iudicia & su- spitiones	38.
De circumstantijs peccatorũ dicendis	ibid.	De gula	39.
De confessiõe lachrymosa	5.	De confessione circa peccata gule	41.
De confessiõe quomodo de- bet esse propria	6.	De doctrina gula vitandæ & sobriè viuendi	43.
De confessiõe quomodo de- bet esse pura	7.	De luxuria	44.
De prolixitate & obscuri- tate confessionis	8.	De cogitatione & declara- tione luxurie quæ est pec- catum mortale	45.
De superbia	9.	De speciebus luxurie septẽ	46.
De vana gloria	10.	De modo consitendi in vitijs luxurie	47.
De quatuor speciebus super- biæ, & quatuor vallibus miseriæ	12.	De amore & familiaritate nimia consitentium erga confessores	50.
De confessiõe superbiæ	14.	De concubinarijs & meretri- cibus	51.
De remedijs cõtra superbiã	16.	De coniugata	52.
De ira	23.	De spurijs	53.
De confessione iræ	26.	De impedimentis & fraudi- bus circa matrimonium	55.
De remedijs contra iram in- uidiam & impatientiam	29.	De remedijs cõtra tentatio- nes & vitia carnis	58.
Documentum pro impatiens tibus	31.		
De virtute meditatiõis pas- sionis Christi	ibid.		

INDEX.

Doctrina & deuot. & medita	De negligentia & ignoran-	
tiones contra carnis tenta	tia	77.
tiones	59. De ociofitate	78.
De accidia	61. De temporis preciofitate,	
De descriptione accidie &	breuitate, & vili dedu-	
specierum eius	ibid. ctione	ibid.
De confessione peccatorū ac	De fermonibus audiendis	
cidie	62. 79.	
De lectione horarum	ibid. De prædicantibus verbum	
De auditione miffæ, & pas	Dei	81.
sione Christi	63. De deſperatione, obſtinatia	
De templo Dei	66. 82.	
De ſanctificatiōe ſabbati	ib. De puſillanimitate	83.
De præceptis Dei & eccle-	De ocio vitando & de ſtuls	
ſiæ	68. titia multiplici ocioforū	
De fide & infidelitate	ibid. 85.	
De mædatio, periurio & fal	De auaritia	88.
ſo teſtimonio	69. De multiplici auaritia	ibid.
De inobedientia	71. De confessione auaritiæ &	
De excōmunicatione & cen	iniuſitiæ	94.
ſuris eccleſiaſticis	ibid. De eccleſiaſticis & ſymo-	
De parētibus, magiſtris, &	niacis	ibid.
regimē habentibus	ibid. De auaritia ſecularium	96.
De exhortatiōe filiorū	72. De parentibus	ibid.
De prolibus in religione &	De palliatione auaritiæ	97.
ſtatu eccleſiaſtico diſpo-	De ludis taxillorum	98.
nendis	73. De prolibus & hæredibus	
De religioſis, ſacerdotibus,	99.	
& prælatis	74. De his qui bonis ſuis uti nō	
De confessionis & aliorum	audent	100.
ſacramentorum omiſſione	De principibus, magiſtratis	
& indigna ſumptiōe	76. bus & gubernatoribꝰ, de	
	pecu	

# INDEX.

peculatu &c.	ibid.	cerdotis	149.
De venditione ad terminū		De iteratione confessionis	
131.		ibidem.	
Doctrina de quibusdam casibus, & cōtractibus emptionis & venditiōis	132.	De generali & frequēti confessione faciēda	152.
De monopolij mercatorum		De occultis criminibus pro-	
133.		palandis	153.
De scienti merces superuen-		De confessoribus tractatus	
turas	135.	quidam	154.
De pluribus simul furantibus		De duplici clauē, Scientiē & Potentiē	ibid.
	137.	De confessiōe facta simplici sacerdoti	158.
De currentibus & participantibus cum fure	138.	De austeritate confessorum	
De re furata & fructibus eius		159.	
	139.	De interrogationib <sup>9</sup> per confes-	
De tempore restitutiōis & modo restituendi	140.	fessorem faciendis	161.
De ijs qui non volunt statim totum restituere, sed annuatim	141.	De verecundia in confessione	165.
De non habenti facultatem restituendi	142.	De insufficienti discussione conscientie	167.
De remedijs contra auaritiam & iniustitiā, & de contemptu mūdānorū	143.	De eo qui ignorat aliqd esse mortale & sic non confitetur	170.
Decem cause quare diuitie & omnia terrena cōtemni debent	145.	De peccatis quę constāt confessori, an teneatur confiteri	ibid.
De sigillo confessionis	ibid.	De muto & nesciente linguam sacerdotis	171.
De reuelatione pœnitentię iniunctę aut consilij factę		De his qui nolunt abstinere à peccatis	172.
		De his qui dicunt abstinere	



INDEX.

se non posse	173.	205.	
De confitenti & laboranti			De consensu multiplici ibi.
ignorantia inuincibili			De contritione 209.
175			De attritione 211.
De pueris quando confiteri			De difficultate contritionis
teneantur	ibi.	ibidem.	
De peregrinis, mercatorib <sup>9</sup> ,			De lachrymis 213.
&c.	176.		De quinq; conditionibus ve-
De tempore confessionis &			re pœnitentiæ 221.
contritionis	ibid.		De incitamentis ad deuotio-
De confessis mendicantibus			nem & contritionē 223.
178.			De amore Dei 226.
De peccato mortali & ve-			De difficultate & charitate
niali	180.		huius præcepti amoris. f.
De deuotione	186.		sue dilectionis Dei super
De remissione venialium plu-			omnia & maximo eius
res modi	189.		merito ibid.
De voto	191.		De forma præcepti charita-
Diuisio & distinctio voto-			tis 227.
rum	192.		De possessione cordis ibi.
De voto sub conditione	193.		De totalitate cordis ibid.
De his qui tempore inuentu			De fundamēto cordis nostri
tis vouent ingredi reli-			ibidem.
gionem	ibi.		De fine operationum nostra-
De viro & vxore	194.		rum 228.
De dispensatione & commu-			De causa & modo diligendi
tatione votorum	195.		Deum ibid.
Difficultas vitandi pecca-			De tēpore obligationis præ-
tum accidit dupliciter se-			cepti diliges dominū Deū
cundum beatum Thomā			tuum 229.
197.			Doctrina & oratio deuota
De occasionibus peccatorum			tempore eleuationis di-
			cent

INDEX.

ceda & Dominicis die-	De fructu proueniente ex	
bus	ibi.	mortuorum suffragio 310.
De medijs inducentibus nos	De sacramento Eucharistie	
ad Dei amorem & animi		313.
deuotionem	230.	De consecratione & diuis
De nocumētis peccati mor-	sione panis sacramentalis	
talis	251.	ibidem.
De mortis meditatione, ti-	De materia sacramenti Euz	
more atque prouidentia	charistie	ibid.
258.	De forma sacramenti alta	
De testamentis	ris	314.
De testamētis beneficiato-	De fide sacramenti altaris	
rum	271.	ibidem.
De fundationibus & suffra	De modo essendi corporis	
gij	272.	Christi in sacramento
De suffragiorum efficacia	315	
& negligentia	275.	De fractione siue diuisione
De executoribus testamen-	panis sacramētalis in tres	
torum	277.	partes 316.
De quibusdam deuotionali-	De comestione, digestionē,	
bus & de oratione	279.	& sumptione multiplici
De cessione honorum	280.	huius panis sacramenta
Dispositio corporis in orans	lis	317.
do	284.	De preparatione & dispos
Doctrina pro celebrantibus	sitione ad dignē celebra	
utilis	288.	dum 320.
De oratione peccatoris	295	De frequenti celebratione
De attentione requisita in	& sumptione Eucharis	
oratione & borarum les	stie	321.
Etione	300.	De fructu multiplici ex dis
De pœnarum acerbitate &	igna celebratione proues	
uarietate	304.	niente 322.

INDEX.

De ingratitude & gratia	de Decima	ibid.
rum actione	327.	De pluralitate beneficiorum
De malis ex ingratitude	ibid.	
provenientibus	329.	De restitutiōe fructuū
De gratiarum actione	333.	De excommunicatis benefi-
De doloribus virginis Ma-	ciatis	356.
rie	338.	De his qui non rectè ordina-
Doctrina & modus agendi	tur	ibid.
gratias Deo	344.	De his qui paciscuntur vt ce-
De lectione horarum & re-	lebrent	357.
stitutione fructuū	348.	De visitatibus chorum pro-
De existētibus in sacris ibi.	pter distributiones	ibid.
De beneficiatis	ibid.	De symonia mentali & vsus
De studentibus	349.	ra
De senibus, aegrotis & lege-	De seruiēte p̄lato pro be-	
re impotentibus	ibid.	neficio obtinendo
De iuuenib <sup>9</sup> beneficiatis ho-	De collatiōe beneficij p̄pter	
ras non legentibus	350.	preces
De recipiēte fructus ad tem-	De excommunicatione	359.
pus	351.	De mortali peccato pro quo
De patrimonium sufficiens	solū infligitur excom-	
habentibus	ibid.	municatio maior
De elemosyna faciēda ex bo-	De absolute	ibid.
nis spiritalibus	ibid.	De violēta iniectiōe & tris-
De p̄cepto dationis elemo-	plici lesiōe	ibid.
syne	352.	De celebrante in excommu-
De prodigē exponētibus fru-	nicatione	361.
ctus beneficiorum	353.	De iniusta excōicatione ibi.
De recipientibus munera ab	De excommunicatione que	
ecclesiasticis	ibid.	non tenet
De pensionarijs	354.	De excommunicatione gene-
De vigilijs dicendis & horis	raliter lata	362.
		De

INDEX.

De excommunicatione lata	De causa Homicidij	368.
in communitatem	ibid. De cooperantibus in causa	
De multiplicatione censurarum	sanguinis	ibid.
	ibid. De adhortatione ad homicidium	ibid.
De prorogatione termini solutionis	363. De recuperandis rebus ablati	
De lata sententia & ferenda	tis	ibid.
ibidem	De accipiente ordines in excommunicatione	ibid.
De ignorantia excommunicationis in aliquo casu	De ordinato ab excommunicato	ibid.
ibidem.		ibid.
De vitiatione excommunicatorum	De iteratione baptismi	369.
	364. De apostasia & recipientes ordines ab alieno episcopo	
De differentia duplici inter nominatim excommunicatum & generaliter	ibidem.	
355. De promotore per saltum	ibid.	
De diuersis casibus in quibus licitum est & illicitum communicare excommunicato	De non ordinato & exercecente actum alicuius ordinis	ibid.
ibid.	De ignorante vel dubitante se esse excommunicatum	370.
De sacerdote videte inmissa excommunicatum	366. De illegitimis & religiosis	
De septem casibus in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit	ibidem.	
De excommunicatione religiosorum	<b>E</b> Brietas quando est mortale peccatum	39.
ibid.	Emens rem furtiuam vel raptam	121.
De casibus Papalibus	Emerere, vendere, donum recipere ab usurario non licet	
367.	125.	
De casibus Episcopalibus	Effectus & virtutes charitatis variae	244.
ibidem.		
De irregularitate	ibid.	

INDEX.

<b>F</b> raus in mercibus triplex		cio aliquo obtinendo casus	
129.		109.	
Fraus in quidditate	ibid.	Media cognoscendi valorem	
Fraus in qualitate	ibid.	mercis	128.
Fraus in quantitate	130.	Mutus non obstans, non manifestans tenentur ad restitutionem	138.
Forma cōis absolutionis pro quolibet confessore	180.	Modi amandi proximos quibus & Christus dilexit nos sunt quinq;	256.
<b>I</b> uditia & suspitiones	38.	Mortis meditatio ad quinq;	
Imponentes aut exigentes ab ecclesiasticis exactio-	102.	conducit	267.
nes		Modus deuotè orandi & eleuandi mentem in Deum	
In bello acquisita	114.	281.	
Iuuenes furtum committūt multipliciter	115.	Modus alius deuotè orandi vt exaudiamur	283.
Illicite acquisitum tripliciter dicitur I ho. 2. 2. q. 32. artic. 7.	123.	Multiplicatio verborum in orando	290.
Indicare furtum tenemur, non furem	139.	<b>N</b> emo ab hoc præcepto dilectionis Christi Dei excusatur	243.
Immensitas amoris Dei erga nos ex quinq; commendatur	230.	<b>O</b> ratio deuota ad angelum bonum omni die dicenda	84.
<b>L</b> iberans incarceratū pro debito	121.	Omissio elemosynæ	98.
Lucratum ex pecuniâ usuraria	124.	Oblitus pœnitentiæ iniuræ &c	160.
Latitudo iusti pretij est triplex	127.	Opus ex vōto procedens est magis meritorium	196.
<b>M</b> edia euitandi pericula in matrimonio aliquando occurrentia	54.	Occupatio vtilis, oratio & deuota contemplatio de septus	
Mutuans principi pro offi-			

INDEX.

Septuplici sanguinis Christi Iesu effusione, quæ in diebus fieri potest vel per septem dies septimane ad habendum septem singulares virtutes & remedia contra septem mortalia peccata	279.	Quid sit ira & quæ eius species	23.
Orationes quedam deuotæ & succinctæ ex sacra scriptura collectæ	286.	Quid sit inuidia	33.
Orationes nostræ non semper exaudiuntur	294.	Quatuor filie inuidiæ	34.
Opera misericordiæ defunctis impendenda	311.	Quid gula, ebrietas, & quæ sunt eius species	39.
Orationes duæ succinctæ pro defunctis	313.	Quing. sunt modi seu species gule	40.
Omnis creaturæ nos excitat ad gratiarum actiones	342.	Quid luxuria & eius species	44.
<b>P</b> refatio in librum Godscaldi Rosmundi	2.	Quid accidia & eius species	61.
Pœnæ usurariorum	26.	Quomodo auaritia est mortale	88.
Periculum de simplicitate confessorum	159.	Quatuor modi se habendi circa diuitias	90.
Peccatum dicitur alio grauius tribus modis, scilicet ratione contemptus, libidinis, & damnificationis	205.	Quatuor sunt inducentes homines ad auaritiam	94.
Perseuerantia in oratione	291.	Quomodo seculares se habere debeant erga sacerdotes & ecclesiasticos	103.
<b>Q</b> uid sit superbia & quæ species eius	9.	Quid confessor remittit in sacerdote præcipue confessore	155.
		Quanta requiratur scientia in sacerdote præcipue confessore	158.
		Qui præ verecundia omittit crimine aliquo confiteri	160.
		Quando occurrunt casus perplexi & difficiles quid faciendum	163.
		Quid sit mortale peccatum	180.

INDEX.

- Quomodo eodem actu plura dum humilitatem 16.  
 committuntur peccata Remedium secundum ad ob-  
 181. tinendum humilitatem
- Quomodo solim in pleno con- ibidem.  
 sensu voluntatis consistit Remedium tertium. Conside-  
 mortale 182. ratio proximi 19.
- Quinque notabiles regulae Remedium contra pusillan-  
 ad cognoscendum quando mitatem & scrupulos  
 peccatum est mortale & 83.  
 quando veniale 183. Receptum ex adulterio vel  
 Quando vouens tenetur vo- die festo 122.  
 tum implere 196. Recipiens pecuniam ab  
 Quinque conditiones verae usurario sub usura & sa-  
 pœnitentiæ 221. cramenta à concubinarijs  
 Quatuor signa ardentis a- 126.  
 moris Christi erga nos Remedia varia contra caris-  
 excitantia ut iterum fer- stiam 133.  
 uenter Christum diliga- Regula de restitutione ini-  
 mus & semper deuoti & storum 136.  
 feruidi corde simus 233. **S**uperbia in vestib<sup>o</sup> & res-  
 Quaedam deuotionalia & de bus exterioribus 16.  
 oratione 279. Sex sunt filie iræ 25.  
 Quando communicans ex- Septem modi detractionis  
 communicato peccat mor- 35.  
 taliter 364. Sex modi sunt referendi a-  
 Quando communicans ex- liorum mala 36.  
 communicato incidit in Septem sunt filie auaritiæ  
 maiorem excommunica- 94.  
 tionem ibid. Simulatione paupertatis  
 Quid sit irregularitas 367. aut sanctitatis aliqd reci-  
**R**emedia contra super- cipiens 122.  
 biam & ad obtinend- Stipendium ab usurario reci-  
 piens

# INDEX.

<p>piens 125.</p> <p>Si sacerdos dormiat vel malè audit 164.</p> <p>Signa quibus scimus verisimiliter nos habere gratiã &amp; amorem Dei 233.</p> <p>Septem dies septimanae 279.</p> <p>Sumētes corpus Christi sunt in triplici differētia 318.</p> <p><b>T</b>riplex remedium contra accidiam &amp; ociū pro utilis temporis deductione 84.</p> <p>Tres sunt conditiones auari 91.</p> <p>Triplex pœna &amp; punitio auari 92.</p> <p>Triplex dicitur ligare &amp;</p>	<p>soluere 156.</p> <p>triplex lachryma 217.</p> <p>Tria impediunt orationes ne exaudiantur 298.</p> <p>Tres sunt modi liberandi animas nimas ex pœna, scilicet Intercessio, Redemptio, &amp; Afflictio 301.</p> <p><b>V</b>sus vestiū quomodo est peccaminosus 20.</p> <p><b>V</b>sus &amp; ornatus vestium peccaminosus esse potest tripliciter 20.</p> <p>Vade &amp; lauare septies in Iordane &amp; mundaberis 4. Reg. 5. 279.</p> <p>Utilia petenda sunt in oratione 295.</p>
---	--

FINIS HVIVS  
OPERIS.



✠ CVM MANE SVRGIS VEL  
*aliquorsum tendis.*

✠ In nomine Iesu Christi Nazareni surgo, pergo, &c.

Ipse me ✠ benedicat, regat à mortali, & omni periculo defendat ✠ & ad vitam eternam perducatur.

✠ CVM VADIS CVBITVM

✠ O IESV Nazarene miserere mei.

✠ O IESV fili Dei libera me à peccatis.

✠ O IESV sanguinolente, crucifixe Iesu protege me à subitanea & ab æterna morte, & ab omni dæmonum tentatione.

**CAVTVM EST CÆSAREO**  
Privilegio.

Ne quis præter Ioannem de VVinghe Bibliopolam Iuratum imprimat librum intitulatū Confessionale Godschalci Rosemondi &c. intra tres proximos annos in partibus Brabantie. Priuaticatori confiscatio eiusmodi libri & multa viginti Carolinorum in pœnam constituta. Cuius rei emolumenta ad eundē Ioannem de VVinghe pertinebūt. Iuxta literas Bruxellis datas 26. Augusti. Anno Salutis 1553. Subsignatas.

P. de Lens.

L O V A N I I .

PROSTANT  
IN FORO APVD IOAN-  
NEM DE VVINGHE BIB-  
LIOPOLAM IVRATVM E  
REGIONE ÆTHIOPIS  
APVD ANTIQVVM  
PETRVM.

22  
22 (.) 22  
22



101. Dias de ...  
Cidade de ...  
Flora de ...

#  
...



...

5  
4.  
3.

Handwritten notes and a large blue flourish at the top of the page.



Handwritten text at the bottom of the page, including the name 'The Librarian' and other illegible cursive script.

